BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 L
11

Digitized by Google

Digitized by Google

Trias Diſcurſuum.

I.

DE ARCANIS IMPERII MONARCHICI, CONTRA MONARCHOMACHOS.

II.

MONITA POLITICA AD AVREAM BVLLAM CAROLI IV. IMP.

III.

ANALYSIS PACIS RELIGIONIS.

Auctore

GEORGIO LVDOVICO LINDENSPIRO, V. I. D.

Claudian. lib. 7.

Fallitur egregiè, quiſquis ſub Principe credit
Seruitium: nunquã libertas gratior extat,
Quàm ſub Rege pio.

CVM PERMISSV SVPERIORVM.

INGOLSTADII, Typis GREGORII HAENLINI. CIↃ. IↃCI. XXXIX.

Bibl. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu
BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

[illegible]

Digitized by Google

*PERILLVSTRI AC GENE-
ROSISSIMO DOMINO,
DOMINO,*

IOAN. HENRICO NOTHAFFTIO,

L. B. DE WERENBERG,

DOMINO IN VVISENFELD,
AHOLMING &c.

*SACR. CÆS. MAIESTATIS
CAMERARIO, ET CONSILIARIO
Aulico, Domino, Domino meo
clementiſſimo.*

MOrtuo Auguſto, cùm ad Tiberium de ſuſcipiendis Imperij muneribus preces Senatûs verterentur, & ille variè diſſereret, de magnitudine Imperij,

BIBLIOTECA N.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

rij, ſuâ modeſtiâ; ſolam diui Auguſti mentem tantæ molis capacem: ſe in partem curarum (oblatâ Tribunitiâ poteſtate) ab illo vocatum, experientiâ didiciſſe, quàm arduum, quàm ſubiectum fortunæ, regendi cuncta onus. Proinde in ciuitate tot illuſtrib⁹ viris ſubnixâ, non ad vnum omnia deferrent, plures faciliùs munia Reip. ſociatis laboribus executuros. Tunc verò Rationarium Imperij ſiue Breuiarium (vt Suetonius appellat) proferebatur. Opes publicæ continebantur, quantum ciuium, ſociorumq; in armis: quot claſſes, regna, Prouinciæ, tributa, aut vectigalia, & neceſſitates ac largitio-

gitiones: quæ cuncta ſuâ manu perſcripſerat Auguſtus, addideratq; conſilium coërcendi intra terminos Imperij; incertũ metu (*vt Dio auctor eſt*, ne ſtudio plura quærendi antè parta amitterentur, *v. Iulian. in Menippæâ de Cæſarib.*) an per inuidiam. [*Tacit. 1. annal.*] Videbatur autem prolatione libelli flex[9] paulùm Tiberius, & Imperium accepturus, cùm curas ſuſciperet. [*Sueton. in Tiber.*] Auguſtum ſecutus Imperator Traianus, in Conclaui ſuo libellum aſſeruabat, in quem preces ſupplicantium, querelas, & alia negotia deſcribi curabat, vt nunquam non adminiſtrandæ juſtitiæ me-

mor eſſet, rationesq; à Iudicibꝰ, quibus ex his cõmiſiſſet aliquid, repoſceret. Annotârat etiam propriâ manu, quos poſt ſe Imperio dignos iudicabat. Quorum Imperatorũ exemplis permoti Politici, tantoperè perſuadere Principibus conantur, vt in peculiari libro eorum præcipuè nomina conſignent, quorum vel conſilijs vel fortitudine in bello aut pace inniti poſsint, eosq; beneficijs condignis ſibi obſtringant. Talis liber vitæ in cœlis eſt, in quo piorum opera & virtutes inſcribuntur, eraſâ reproborum memoriâ.

Quanquã autem hęc talia ſint, vt Principem officij ſui admo-

nere

nere queant: amplitudo tamen Imperiorum, ac difficultas regnandi, vix vno libro coërceri, aut paucorum quorundam canonũ pomœrijs includi poteſt. Vnde euenit, vt tot quotidiè nouæ artes excogitentur, quibus Principes, eorũq; miniſtri, regna ſtabilire, aut lapſa erigere moliuntur, quas communi nomine *Rationem Statûs* appellant; ambiguo ſanè, quia optimorum peſſimorumq; cõſiliorum promiſcuum eſt contubernium.

Quamobrem ne quis imprudens hîc decipiatur, aut ſceleratorum quorundam machinis, remp. contra jus fasq; tractantibus, offendatur: vera Statûs Ra-

tio noſcenda eſt; quam non metimur à priuatâ vtilitate Principis, vt Tyranni ſolent; hancq; ſpeciem Pius V. Pont. Max. appellauit, non Statûs, ſed *Inferni Rationem*, tanquam abyſſum, vnde Atheiſmus prorupit, ex contemtu æternæ prouidentiæ: ſed ab obſeruatione juſtitię & pietatis eam dijudicamus. His namq; conſiliarijs, licitum eſt in Rep. callidè agere, modò ne quis ſit prudentior quàm conſcientioſior, vtq; omnium artium gnarus, bonas tantùm ſectari, malas verò diuertere diſcat. [*Jacques Hurault liu. 1. des offic. d'Eſtat. chap. 12. Clapmar. lib. 2. & 6.*] Tot namq; victorijs potiti ſunt

bo-

boni Romanorum Impp. Titus, Traianus, Antoninus Pius, Marcus Aurelius &c. quot nunquã Tiberius, Nero, Caligula, Domitianus, aliiué reportârunt. Et his ipſis gradibus parua ab initio Romanorum Reſp. ad tantum faſtigium aſcendit, ac ſupra cætera regna caput extulit. Capuani eos aliquando ſollicitabant, vt contra Samnites, amicos Romanorum, mouerent arma, propoſitis quatuor Rationibus Status. Cùm itaq; conſultus Senatus eſſet: magnæ parti vrbs maxima, opulentiſſimaq; Italiæ, vberrimus ager, mariq; propinquus, ad varietates annonę horreum populi Romani videba-

tur: tamen tantâ vtilitate fides antiquior fuit, dum arma Deos priùs quàm homines violatura aduerſus Samnites Capuanis negârunt. [*Liu. lib. 7. decad. 1.*] Hanc verò mercedem conſtantiæ ſuæ tulerunt Romani, vt Capuani, videntes ſe nõ aliâ ratione Romanorum amicitiam ſibi conciliare poſſe, vltroneâ ſubiectione illis ſeſe ſponderent; vnde factum eſt, vt legitimo bello, pro defenſione ſubditorum, cõtra Samnites inſurgere, & breui totam Italiam ſub jugum ſuum cogere potuerint. Habet ergò Ratio Statûs ſuos limites, juſtitiam & pietatem, quibus non violatis, Principi pro bono publi-

blico facere licet etiam ea, quæ aliàs cum legibus ciuilibus pugnare videntur. Ita Tiberi⁹ Imp. noluit Agrippinæ nuptias concedere, ne ex eâ prognati, Imperium Auguſti, proaui ſui, affectarent. Claudius noluit aliam quàm neptem, fratris ſui Germanici filiam, vxorem ducere. Romulus pro congregatione facinoroſorum aſylum aperuit, vt Vrbem ciuibus impleret [*Liu. 1. dec. 1.*] eâdemq; ratione Sabinorum filias rapuit. L. Tarquinius Collatinus, vt poſt regifugium omni metu populum liberaret, vrbe, quamuis innocens, ſeceſſit. [*Liu. 2. dec. 1.*] Thomiris, regina Maſſagetarũ,

Cyrum cum ducentis hominũ millibus, ne nuncio quidem tantæ cladis relicto, occidit: & ob eandem cauſam meliùs feciſſent Samnites, ſi conſilium Herennij Pontij ſecuti, Romanos duobus montibus incluſos, ſine metu crudelitatis obtruncâſſent. In eundem ſcopulum impegerunt Hunni Euthalitæ, [*apud Procop. lib. 1. d. bello Perſ. poſt princ.*] quòd Perozam Perſarum regem, quem inſidijs circumuentum, cum toto exercitu occidere potuiſſent, cùm Euthalitarum regem vti dominum adorare annuiſſet, incolumem dimiſerunt; qui non multo pòſt tempore promiſſa irritando, ac-

ce-

ceptam ab eis contumeliã vlciſci voluit. Et pro Maximâ certiſſimâ Princeps hoc habere debet: effrenem plerorũq; hoſtiũ cupiditatem non niſi ſanguine ipſorum proprio exſatiari poſſe; ſi parcit, perit. Fundamentum Statûs populi Iſraëlitici fuit, Euerſio Cananitarum. Carolus Martell⁹ Saracenos è terrâ Francicâ nunquam expuliſſet, niſi in eâ tumulâſſet. Aëtius Attilam in Franciâ attriuit quidem, ſed omninò euertere debuiſſet. Eundem errorem errauit Conſtantinus, quòd victos Vandalos, Sueuos & Alanos, victoriæ jure haud perſecutus, ſpatium ipſis reliquit, nouas vires, ſuis

ferè

ferè pares, colligendi. Aſia dimidia Alexandro cum filiâ Darij oblatà non potuit ſufficere; & fruſtrà pacem obtulit Manfredus Neapoleos rex Carolo Andegauenſi, cuius cupiditas haud aliud frenum patiebatur, quàm illud ipſum regnũ. Hęcq; Statûs Ratio fundata eſt in jure naturali, quam & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris ipſis natura præſcripſit, vt omnem ſemper vim, quâcunq; ope poſſent, à corpore, à capite, à vitâ ſuâ propulſarent. [*Cic. in Orat. pro Milo. & l.* 1. *officior. pr.*] Vnde Ratio Status proprium quaſi priuilegiũ eſt Principalium perſonarum, à qua-

rum

rum incolumitate ciuium vita, ſalusq́; publica vnicè pendet. Quæ cauſa eſt, vt Seruilius Hala, Magiſter Equitum, Spurium Melium Equitem Romanũ; Alexander M. Parmenionem; Tiberius Seianum; jure è medio tollere potuerint. Vbi tamen notandum, quòd quando Principes conſuetum juſtitiæ ordinẽ inſequuntur, ea procedendi forma non *ex Ratione Statûs*, ſed *reſpectu Statûs* fieri dicatur: quo modo ſub Ludouico IX. Comes Stabuli de S. Paul, & Mareſchallus Bironius ſub Henrico IV. temeritatis ſuæ pœnas dederunt.

Quia verò Ratio Statûs non cuiuis obuiam eſt, & jam olim

Socra-

Socrates atque Xenophon eos damnârunt, qui ſe Politicos eſſe naturali quadam felicitate arbitrabantur; cùm tamen ſapientiſſimus Pythagoras auditoribus ſuis regendæ reip. diſciplinam, tãquam architectonicam, omniumque aliarum maximam & difficilimam, vltimò traderet, jam doctis, jam perfectis, jam beatis. Itaq; ſciendum eſt, Rationem Status ex quadruplici fonte hauriri, præceptis nempe, lectione hiſtoriarum, aliorum relatione, atq; experientiâ. Pręcepta regendæ Reip. traduntur vel expreſsè, quod factum ab Iſocrate in Orationibus quibuſdam, à Platone in libris de rep.

de

de regno, & legib., & ab Ariſtotele in Philoſophia ciuili; quos alij doctiſſimis Commentarijs illuſtrârunt, aut aliter imitati ſunt: eosq; Principes omninò ipſimet legere debẽt, quia à viuis Præceptoribus vitia ſua non facilè audiunt, nec corripi ſine metu poſſunt. Vel continentur implicitè, inductione nimirũ clarorum virorum, variorumque euentuum enumeratione, vnde non difficulter tales regulæ exquiri, variaque præcepta Politica efformari poſſunt, quorum aliqua etiam ab ipſis auctoribus annotantur; vt videre eſt apud Iſocratem in nonnullis Orationibus, Demoſthenem in Philip-

lippicis, Thucydidem, Xenophontem, Polybium, Cæſarem, Saluſtium, Liuium, Plutarchũ, Tacitum, Suetoniũ, Dionem, Procopium, Guicciardinum, Cominæum, & alios. Enucleatiùs Politici ita diſtinguuntur, vt alij verſentur in Rep., alij extra, alij verò circa eam agant. In Republ. verſantes ab Ariſtotele [*Ethic. magn. 1. c. 1.*] πρακτικοὶ vocantur, quales in Rep. Romanâ erant ex Senatoribus, quique magiſtratus gerebãt, publicisq; & ampliſſimis muneribus fungebantur. Extra Remp. erant Philoſophi, tam Academici, quàm Peripatetici, qui ob maximarum rerum peritiam Poli-

tici

tici Philoſophi palàm audiebāt, [*Cic.3. de Orator. & 3. de legib. Dion. Halicarn. lib. 9.*] & propterea Principibus, alijsq; erant gratiſſimi, Plato Dionyſio, Ariſtoteles & Homerus Alexandro, Cyro Xenophon, Scipioni Cyrus, Carolo V. Cominæus, Dario Heraclitus, Plutarchus Traiano, Marco Bruto Polybius, Iulio Cæſari Alexander, ille Alphonſo Regi Aragoniȩ, & Mareſchallo Stroſsy, alijq; alijs. [*Montaign. 2. c. 34.*] Quanquam Platonis remp. fruſtrà nunc aut Venetis, aut Heluetijs, aut Liguribus, aut alijs imitandam quis propoſuerit. [*Laur. Grimal. d. opt. Senator. lib. 1.*] Xenophontis

tis Cyrus paruam fortaſſis in Regibus noſtris erudiendis nauârit operam. Noſtræ vel optimæ Reip. imago, in veteri Athenienſium, Lacedæmoniorumque Monarchiâ fuit expreſſa. Circa Remp. Politici verſabantur, qui Principibus familiares, reique publicæ nõnunquam erant participes; veteres nimirum Iureconſulti, qui cùm Principibus aſſiduò adeſſent, exindè Comites dicebantur, *arg. l. diem functo. ff. d. offic. aſſeſſor.* Neq; enim de ſtillicidijs tantùm, ſed omni Reip. negotio Iurecõſulti olim conſulebantur, & Iuriſprudentia penè erat politica facultas. Nec enim Iuris ciuilis tantùm,

ſed

ſed rei militaris peritia quoque, & eloquentia præfulgebant, & de ipſorum conſilio Principes in Rep. omnia ordinabant. [*Cic. lib. 3. d. Orator. Coler. d. ſtudio Polit. ordin. Giphan. in Ariſtot. Polit. prolegom. n. 4.*] Alexandri Seueri Prætorio Præfectus fuit Vlpianus, ſine quo, & Sabino, Pomponio, Alpheno, Africano, Martiano, Celſo, Modeſtino &c. nullum reſcriptum emiſit Imp. Iulium Celſum, Saluium Iulianum, Neratium Priſcū, quos tamen Senatus probaſſet, in conſilium ſemper adhibebat Hadrianus; [*Spartian.*] Tribonianus Iuſtiniani velut alter parens erat. *arg. l. vn. C. ſi quis*

 Imp.

Imp. maled.] Contrà Iulius Cæſar, ipſe victor in armis, vnum togatum Sulpitium: præ cæteris Nero Remp. euerſurus, C. Longinum: Tiberius Neruam: Heliogabalus Fabium Sabinum, libidinibus ſuis refragantes, metuebant. [*Dauid Schmuck in Apologet. contra Iur. Studioſor. Obtrectator. fol. 119.*]

Alterum adminiculum præbet lectio Hiſtoriarum, quæ afferunt exempla ſingula, quarum regulas & canones generales tradit Politica. Quare vt Politico vtiliſſima eſt Hiſtoria, [*Ariſtot. lib. 1. Rhet.*] ita Hiſtorico Politica. [*Halicarn. lib. 6. an. 7.*] Nam vterque rerump. initia,

tia, origines, ſtatûs, & progreſsûs, conuerſiones denique & interitûs exponit: Hiſtoria tamen facta potiùs (vt loquuntur Iureconſulti) Politica ius, id eſt cauſas earum rerum perſequitur. [*Giphan. d. num. 4.*]

Hanc cognitionem augent (3) aliorum relationes, vel proprij ſenſus, qui Principem de Principis viribus, & inclinatione certiores reddere, & ne generales illæ regulæ ipſum decipiant, ad intima vniuſcuiusque Statûs penetralia deducere poſſunt; vnde facile deindè eſt, Maximas illas generaliores vel intendere, vel remittere. Nam cognitis v. g. vicinis, inuicem con-

contendentibus, tertius aliquis vel neutralitatem colere, vel alteri parti cautiùs ſe poterit aggregare. Pariter licet potentiorem offendere minùs tutum eſſe communis Politicorũ Schola doceat: hocipſum tamen fallit, ſi potentior ille ſit abiecti animi, & alterius audaciæ facilè cedat; ex huius enim oppugnatione haud dubiè apud alios Principes gloria manet inuadentem, qui etiam exindè facilè amicos inuenit.

Sed horum omnium optima magiſtra eſt experientia, quia, vt dicebat Imp. Hadrianus, in regendâ Rep. plus prodeſt experientia vnius, quàm decem anno-

rum

rum ſcientia; vnde idem Imp. exercitatum Antoninum Marco Aurelio, docto licet, in Imperio prætulit: & Agamemnon Conſiliarios, non doctos aut eloquentes, ſed decem Neſtores, ſiue ſenes & expertos, optauit. Neque enim perfecta prudentia in iuuenem cadit. [*Ariſtot. 9. Ethicor.*] Hæcq; cauſa fuit, quòd Lacedęmonij non vtebantur legibus ſcriptis: quò ſcilicet virtutes exercere potiùs quàm legere aſſueſcerent: contrà Athenienſium Philoſophos virtutem in ore, non in opere poſſe oſtendere reſpondit Panthoides. Quid multis? Princeps eſt medicus, cui non niſi exercitato

ægrotus fidit; fallunt complexiones corporum, ipſaq; loci natura aliud atque aliud requirit. Malo ſanè ſuo didicit Philopœmen, fortis aliás & ſapiens Capitaneus [*apud Plutarchum*,] cùm aciem naualem adinſtar terreſtris inſtruere vellet, virtutem comitem habere experientiam, quantasq; hæc ſapienti vires addat. Nec enim ex libris gladiatorijs vnquam quiſquam artem digladiandi addiſcet, niſi in palæſtrā deſcendat; [*teſte Thucyd.*] cùm nulla ſit diſciplina, in qua non peccando diſcatur. [*Colu-mell. in præf. lib. 1. de re ruſt.*]

Quandoquidem autem infinitus ſit eorum numerus, quæ in

in Rep. vel lectione, vel exercitatione comprehendere oportet, ita vt nõnullos ipſe aſpectus immenſi huius Oceani deterreat, quò minùs illi ſeſe, pro acquirendâ, ſiue ad gubernandum dexteritate, ſiue prudentia ad conſultandum, concredere auſint. Huic difficultati obuiam hactenus ire voluerunt nonnulli, editis Politicis ſcriptis, quorum ductu compendiariâ veluti viâ magnum iſtud Mare ſuperari poſſit. Eorum ego veſtigia ſecutus, in genere quædam de Arcanis Imperij Monarchici congeſſi, & vt publicæ Romani Imperij leges, Iunioribus etiam (nihil enim ſcribo vel præſcribo

doctis) innoteſcerent, earum potiſsimas ſelegi, Auream nempe Bullam, Paciſq; Religionis Compoſitionem, quas breui, dilucido tamen Commentariolo veſtitas, cuiuis beneuolo lectori commendare volui.

Illuſtriſſ. verò Generoſitati Tuæ inſcribo quicquid hoc eſt, non quòd conſpectum Tuum mereatur, Tuâue lectione dignum ſit: ſed quia præſens materia talem patronum requirit, cui⁹ in eâ rara ac elegans cognitio, indeq; pro Romani Imperij incolumitate profecta conſilia atque expeditiones; opellam hanc, vbi obſcura videbitur, illuſtrem reddere poſſint. Quâ

in re

in re tamen, vt verum fatear, Illuſtriſſ. Generoſitas Tua nõ primam in Familia facem accendit, ſed priſtinis tantùm præclariſſimorum Maiorum ſuorum veſtigijs, hæreditario quodam iure, laudabiliſſimè inſiſtit, quos ſiue in bello ſiue in pace, vetus ac recentior fama præ cæteris memorat. Quis enim ſuperiorum temporum gnarus, non miretur Albertum Nothafftiũ, qui (fortè tamen haud abſque agnatorum adminiculo) Friderici III. Auſtriaci partes ſingulari bello (veluti illud ipſum Ludouicum Bauarum nominâſſe ferunt) tutari annixus eſt: quæ indè ſecuta damna idem Impera-

tor Iuniori Alberto Nothafftio poſtmodum remiſit. Qua eadem animoſitate circa annum 1400. Henricus Nothafftius de VVerenberg, pro Ruperto Palatino contra VVenceſlaum celebris euaſit. Nempe non poſtremi eſſe, vlliue bellica gloria cedere potuerunt illi, quorum Maiores tempore Henrici Aucupis, in primis Torneamentis inter primos comparuére. Alios Familiæ Tuæ Illuſtres anteſignanos, poſtquam ex Holandia, tractuq; Nordgouienſi, in Ducatum Bauariæ conceſſiſſent, inuenio duodecim ferè numero, Vice-Dominorum præeminentia, Straubingæ, Landshuti, Amber-

bergæ, & Lengenfeldij (ſui quõdam) cõdecoratos fuiſſe. Neminem autem latere poteſt, Vice-Dominos olim Protectores atq; Aduocatos, Reichs: vnd Caſtenvögt / Schutzherzen ꝛc. Ciuitatum atque Monaſteriorum, loco Imperatorum, ac Principũ, Imperijq́; Vicarios extitiſſe, cuius rei exemplũ exhibet Monaſterium Steinheimenſe in Sueuia, quod Wernerum Nothafftium ann. 1485. & Iohãnem Nothafftium anno 1551. Protectores ſiue Aduocatos habuit; [*de quorum iuribus plura videri poſſunt apud Stumpf. lib. 5. Chron. Heluet. cap. 3. Warem. ab Erenb. lib. 1. d. fæder. cap. 4. n. 13. & ſeqq. Mager.*

d. ad-

d. aduoc. arm. cap. 2. n.256. & ſeqq. Lehman. lib. 2. Chron. Spir. c. 36. in fin. Lazi. d. Rep. Rom. lib. 12. cap. 3. fol. 1026. in fin. cum ſeq. qui idem *in tr. de migrat. gent. lib. 7. fol. 346.* Catalogum quendam Nothafftiorum exhibet. *Knichen d. iure ſuperiorit. cap. 4. n.390. & ſeqq.*] In Bohemia verò, vbi inſignia territoria iuraque immunitatis cum alijs regni Ordinibus communia poſſidetis, prædictus Albertus Iunior, ipſius Caroli IV. (cuius Aurea noſtra Bulla eſt) Summus & hæreditarius Venationis Præfectus erat. Nec tamen hæc Familiæ Tuæ origo fuit: altiùs ea repetenda eſt à Radpoldo de Eg-

mond,

mond, qui vixit ſeptingentis ante Maximilianum I. annis, & communis ſtipes eſt Hirnheimiorum atque Nothafftiorum, prout Imp. Maximilianus I. in quadam controuerſia rogatus arbiter, inſpectis vtrinque inſtrumentis, anno 1511. decidit.

Inuitauit me prætereà inſignis Illuſtriſſ. Generoſ. T. humanitas, erga literarum cultores, quas ſola nunc aura nutrit eorum, qui in excelſo loco poſiti, ſemimortuæ ferè & exuli Mineruæ fauoris ſpiritum afflant, ſine quo, in bellico hoc puluere, indubiè tandem ſuffocari deberet. DEVS Opt. Max. Illuſtriſſ. Gene-

neroſitatem T. Reip. & literis diu incolumem conſeruet. Dabam Ingolſtadij 28. Martij Anno 1639.

Illuſtriſſ. Generoſit. T.

Humilimus Cliens

GEORGIVS LVDOVICVS
LINDENSPÜR. D.

DE ARCANIS IMPERII MONARCHICI.

Proœmium.

INiurius in Remp. eſſe videor, quòd eius arcana prodere prodeo. Arcanorum namq; proditionem neceſſariò euertere vnamquamq; Remp. Politici monent. *Bernhard. Zieritz. diſſert de conuerſ. & euerſio Rerump. f.* 35 Ita Reip. Venetæ mandata, quæ Senatus legato Aloiſio Baduario dederat, cùm Turcico Imperatori, priuſquàm legatus Venetus perorare exorſus erat, jamdiu innotuiſſent, eâ ratione factũ eſt, vt conditionibus iniquiſsimis Veneti pacem redimere coacti fuerint. *Sleidan, comment, lib.* 12. Hinc adeò ma-

gnâ patriæ charitate veteres Romani tenebantur, vt arcana conſilia patrum conſcriptorum, multis ſeculis nemo Senator enuntiauerit. Quintus Fabius tantummodò, & is ipſe per imprudentiam, de tertio Punico bello indicendo, quod ſecretò in Curia erat actum, Publio Craſſo, rus petens, domum reuertenti, in itinere narrauit, ignarus eum nondum à Cenſoribus in ordinem Senatorum electum. Sed quamuis honeſtus error Fabij eſſet, vehementer tamen à Conſulibus obiurgatus eſt. Nunquam enim taciturnitatem, optimum ac tutiſsimum adminiſtrandarum rerum vinculum, labefactari volebant, *Val. Max. lib. 2. c. 1.*

Sed hæc ſilentia, Senatorum atque Conſiliariorum propria ſunt; quæ ſi Politici vel etiã Hiſtorici obſeruarent, Reip. parũm conſultum vellent, quas non aliâ ratione, quàm prudentiâ rerum ſimiliter geſtarum regi aut conſeruari patet. Variè autem arcana hæc definiuntur; Ariſtoteli ſunt ſophiſmata,

ta, alijs ſtratagemata & ſimulationes; quales Medicis ad decipiendos ægrotos familiares eſſe, & in Rep. interdū neceſſariæ eſſe ſolent, ſecundum modum præſcriptum à R. P. Carolo Scribanio *in Polit. Chriſtian. lib. 1. cap. 13. Vid. etiam Dn. Beſold. de arcan. rerump. c. 1. n. 4. Fred. de Marſelaer in ſuo legato lib. 1. cap. 39. Vbi de ſimulatione licitâ, & illicitâ Atheiſtarum.* Vtriſq; verò remedia ſunt, ad conſeruationem & ſecuritatem Reip. pariter atq; imperantium tendentia; quorum neceſsitas ſumma, promptitudo verò perpetua eſſe debet: non tantùm aduerſus exterorum æmulationes, ſed etiam ad præuertendas in interno corpore prurientes morborum occaſiones. Sæpè enim præſens rerum ſtatus, *Vt eſt apud Thucydidem*, ſubditis ſolet eſſe moleſtus. Cùm enim ſemper plus mali quàm boni ſit in rebus humanis, & præſens dolor euidentior ſit, quàm futurus, illi qui cauſas & exitus rerum non ſatis intelligunt, malunt grauioris ali-

cuius fortunæ periculum accerſire, quàm præſentem conditionem ſuam æquo animo ferre, *Bieſius de rep. lib.* 4.

Quanquam autem abſurdum ſit, vt in humano, ita in politico quoq; corpore morbos vel omninò mortem auertere velle: nam cuiusq; corporis & Reip. auxeſis quædam eſt ſecundum naturam, deinde vigor, poſtea rurſus diminutio, *Polyb. lib. 6. Arniſæus* 2. *Politicor. c.* 1. Ipſe Devs Opt. Max. ſuâ prouidentiâ omnia gubernat; & ſucceſſorem ſuum nullus occidit, ſi diuinitùs ipſi debetur imperium, *Sueton. in Vita T. Veſpas.* Nihil negligit Devs, neque negliget, ſed per ſingula tempora facit, quod eum facere decet, in mundo verſatili & mutabili. Et veluti agricola, pro varietate anni temporũ, varia ruſtica opera facit in agro, & his, quæ ager fert: ita Devs velut quoſdam annos, vt ita dicam, diſpenſat per ſecula, per eorum ſingula faciens, quicquid vniuerſitatis huius decorum poſtulat, quod ipſe ſolus abſoluit, ita, vt

verif-

veriſsimè apertiſsiméq; intelligit. *Origen. aduerſus Celſum. lib.* 4.

Diuinæ prouidentiæ adſcribi debet, quòd Gallia, Polonia, Germania, Italia & Sicilia, Sardinia, Corſica, Baleares Inſulæ, Chriſtianis adhuc parent, non Turcis; Romanis Cteſiphontem tranſgredi periculoſum erat, quin & Carum fulmine abſumptum, quòd fines fataliter conſtitutos tranſgredi cuperet, *ait Fl. Vopiſcus. Zieritz. d. tr. fol.* 49.

Sed tamen neque natura, neq; diuina prouidentia accuſari debet, ſi quæ nobis ex propriâ negligentiâ aut ignorantiâ obueniunt mala: nec in illorum Hiſtoricorum ſententiam eundum eſt, qui ignoratis cauſis proximis, interitum rerump. ad nudum fatum referunt, *vt facit Lucan. lib* 1. *belli ciu.* & *Appian. lib. de bello Pun.* Vnde Iſaacium Angelum deridet Nicet. 3. *Annal. Iſaac.* quòd ſperaret, regna in ſuam poteſtatem vltrò caſura eſſe, quemadmodum veteres Timotheum pinxerunt dor-

mientem; fortunâ interim circumeunte, & vrbes in vnum rete contractas ei tradente. *Arnis d. l.* Orandum eſt laborandumq́ſ ſimul, & in diuinâ potentiâ confidendum, cuius beneficio exterorum pericula nobis intentata eludimus, motusq́ſ internos ſæpiùs cohibemus, non tamen ſine artificio ciuili, quod in Politicis edocemur.

Cap. I.

DE MONARCHIA.

CVm verò Monarchia, & antiquiſſima ſit, *Iuſtin. in pr. hiſt. Cic. 3. d. legib. Saluſt. lib. de coniur. Catilin.* & optima Rerump.; vtpote quæ in plerisq́ſ magnis regnis recepta eſt, à cuius etiam cõſeruatione, cætera regna omnia dependere videntur, eamq́ſ tanquam minores ſtellæ ſolem ambiunt atq́ſ venerantur: Nos judicium Dei, *inquit Tertull. in apologet.* ſuſpicimus in Imperatorib, qui gentibus illos præfecit.

fecit. Ad vtilitatem gentilium terrenum regnum poſitum eſt à DEO, *inquit S. Iren. lib. 5. aduerſ. hæres. Valent.* cuius enim juſſu homines naſcuntur, huius juſſu & Reges conſtituuntur, apti illis, qui in illo tempore ab ipſis regnantur. Cuius rei euidens exemplũ nobis exhibent Romani, qui poſtquã pernicioſâ libertatis dulcedine capti, regnũ in Democratiam conuerterunt, licet ſummâ voluntatis conſpiratione legem de non admittendis iterum regibus ſanxiſſent: tamen quoties vel repentinus hoſtium aduentus, vel maior ſolito externi belli apparatus, vel tumultus vrbani, & inteſtinæ coniurationes, ingentem aliquam trepidationem afferebant, ad Monarchiam ſemper, tanquam ad ſacram anchoram confugere, & quia Regum odio regium nomen aſpernabantur, Dictatorem cum regiâ poteſtate & imperio creare ſolebant, quod à gubernatione regiâ, præter nomen, nihil diſtabat, *vt ex Eutropio & Halicarn. docet Ioh. Bar-*

 clai.

clai. de regn. lib. 3. *cap.* 5. operæ pretium ergò eſt, de præſeruatiuis eiuſdem remedijs nonnulla nouiſſe, quorum ignoratio vel potiùs incuria, multa regna peſſundedit, vel ſaltem eò redegit, vt veterem formam amiſerint, & nihil ferè quàm inane σκέλεθον ampliùs præ ſe ferant. *Vide. VVeſton. in theatro vitæ ciuil. lib.* 4. *c.* 1.

Is autem verè Monarcha eſt, qui ſolus poteſtatem habet legis ferendæ vniuerſis & ſingulis, ſub qua poteſtate reliqua jura & ſigna ſuperioritatis cõtinentur, quæ Iureconſulti Regalia vocant, ſub his octo ferè comprehenſa: dare & abrogare leges; bellum indicere & pacem inire; judicia omnium magiſtratuum poſtremò recognoſcere; conſtituere & remouère maximos Officiales; imponere ſubditis onera & ſubſidia, iiſque eximere; diſpenſare contra juris rigorem; accipere à ſubiectis & hominibus ligijs fidelitatis juramentum, nullo excepto: *videatur Iacob. Bornit. de maieſtat. cap.* 15. *Dn.*

Lans.

Lanſ. d. L. R. n. 101. *&* 46. *&c.* Hæcq; jura ſi quis ſubditorum ſibi arrogare velit, crimen læſæ maieſtatis incurrit, ſtatumq; Reip. nefariè conuellit, *l. 3. ad L. Iul. Maieſt. Cic. 2. de inuent. & 2. d. Orat. Charond. in not. ad Cõſtit. reg. Gall. lib.* 17. *c.* 9. *conſt.* 1. *Bodin. lib.* 1. *de rep. c.* 10. *verſ. & verò quis nõ arbitretur.* dumq; Carolus Sudermaniæ Princeps in Sueciâ, abſente Rege Sigiſmundo III. Comitia indicere, tributa colligere, homines ſeu exercitum in vnum locum cogere, Officia publica diſtribuere, magiſtratu regio miniſtros abdicare non dubitauit: non obſcurè regiæ maieſtatis vſurpationem, quam in animo conceperat, detexit. *Chriſtoph. Sturc. in Refutatio. Apolog. Carol. in pr. f* 8. Et hoc quidem ab initio naſcentis mundi præcauere facilè erat, cùm rarò occurrerent tanto faſtigio pares, & propterea plures vni libentiùs parerent, *vt opinatur Ariſtot.* 3. *pol. c.* 10. *&* 11. Hodiè verò cùm plures regnare videamus, pluresq; nouâ imperandi libidi-

bidine quotidiè ferè accendantur: certis omninò repagulis obfirmari Monarchia ſiue regnum debet, quibus procorum iſtiuſmodi conatus excludantur, & perpetua bellorum incendia, quæ inter paruos regulos exoriri ſolent, in tempore reſtinguantur, cùm viciſsim ſub magno imperio pax ac quies gentium vbiꝗ ſiet, veluti de Romano Imperio pulchrè Ariſtides: Bella, *inquit*, vix vnquam nunc creduntur extitiſſe, ac pro commentis habentur à pleriſꝗ. Quod ſi alicubi ad limites conflictus fuerit (vt in magno & immenſo imperio facilè fit, ob Getarum inſaniam, vel Afrorum miſeriam, vel rubri maris accolarum infelicitatem, qui commodis bonisꝗ ſuis neſcierunt vti) mox iſta, tanquam fabulæ, cũ omni memoriâ euanuerunt. Tanta pax apud vos viget, ò Romani, etſi militiam bellumꝗ habetis inter patria inſtituta. Vt miſeratione planè digni videantur, ſi qui imperio veſtro non ſubiacent (qui pauci tamen ſunt)

vt qui tantis bonis careant. *Lipſius de magnitud. Rom. lib. 4. cap. 12. per diſcurs.*

CAP. II.
DE SVCCESSIONE *in Regno.*

NVnquam reges ſine aliquâ ſucceſsione creari queunt. *Bonfin. lib. 30. rer. Vng.* & apud vniuerſos homines inſtitutum eſt, vt maximus natu liberorum, obtineat parentũ Principatum, *Herodot. lib. 7.* Hæcq́ DEI eſt, & naturæ ordinatio, vt regnum alicui collatum, etiam in poſteros tranſmigret, *latè Guil. Barclai. d. regn. lib. 3. c. 3.* Sicq́ lege 12. tabb. ſancitum fuit, vt hæreditates non dignisſimo aut ſeniori, ſed proximo deferrentur, *Balduin. in Comment. in 12. tab.* Habet, opinor, electio ſuas vtilitates, ſed ad domeſticam tranquillitatem retinendam nulla cõmodior ratio eſt, quàm lege ſucceſſore deſignato, ne ſtudijs populo-

rum, aut cupiditati Principum locus ſit. Scimus, Romani Imperij opes & potentiam corruiſſe nullâ re magis, quàm Principum electione à Prætorianis occupatâ. Sub perpetuo autem Principe, perpetua eſt obedientia, perpetua Reſp., & reuerentia maior, nulla facilè ſeditio, vtpote qui meritò naturali quodam jure à ſuis diligatur, & quaſi de cælo delapſus ſupra conditionem mortalem à ſubditis honoretur, ita vt ei ſatis ſit ad regnum ſuum ſtabiliendum, ſi maiorum ſuorum inſtituta non tranſgrediatur. *Vid. latè Marian. l.* 1. *de regno. c.* 3. Vbi verò locus eſt electioni, quiſq; quem vult eligit, vnde bella ciuilia oriuntur, in quibus victor, qui non ſemper optimus eſt, Imperij habenas arripit; quantaſq; calamitates pariant interregna, ſatis ſuperq; commonſtrant ſecula ſuperiora, cùm Imperium Romanum atq; Pontificatus capite carerēt, *& enarrat Matth. VVehner. in metamorph. rerump. cap.* 22. *per tot.* Hinc Theorica hæc apud Iure-

con-

conſultos Politicos iam pridem recepta eſt, Imperia, quæ à ſtirpe quæruntur, rariſsimè conuerti, eò quòd licet patris optimi imperium perditæ vitæ filius exceperit, tamen eius imperium arbori ampliſsimæ conſimile videri poſsit, quæ tam latè radices egit, quàm rami ſurſum latè repandi explicantur; qui autem nouus ad Imperium accedit, nullâ maiorum virtute ac potentiâ commendatus, arbori quidem excelſæ ſimilis ſit, ſed quia non ſatis firmis radicibus hæret, rapido ventorum turbine conuellatur, *Bodin. de rep.* 4. *c.* 1. *Zieritz. d. tr. f.* 20. Sæpè quoq; reditus regnorum coronæ aufert electio, regiumq; brachium coarctat, ſic vt eos, qui te ad imperium euexerunt, in amicitiâ retinere nō poſsis. Qui enim optimatum ſubſidio Principatū ſubit, difficulter ſeſe ſuſtinet: quoniam cum multis, qui ſe circumſtant, Principem agit, qui ſe ei pares exiſtimant. Quapropter in eos nec plenam, vt eſſet in votis, adminiſtrandi poteſtatem,

nec imperandi habere videtur. Subditos quoq; facilè offendit, qui ſpe meliora conſequendi illecti, libenter ſtatum rerum præſentium ſui Principis mutatum volunt, eáq; opinione adducti, arma in eum capere ſtudent. Videatur omninò Chriſtoph. Lehman. *in Chron. Spirenſi lib. 5. cap 95. per tot.* vbi multa ex Iulio Pflugio, Epiſcopo Naumburgenſi, ob exquiſitam prudentiam Imperatori Carolo V. valdè charo, vt & ex Nicolao Cuſano, Cardinale & Conſiliario Sigiſmundi Imp. adducit, quorum aliqua ex hoc poſteriori, *lib. d. concord. Cathol. cap.* 30. huc repetere libuit: Eſt inſuper, *inquit*, alia deſtructio, quoniam cùm Imp. ſolùm adminiſtrator in Reip. vtilitatem exiſtat, ſæpè per pacta Electorum ſua quærentium intrat regimen. Curantibus enim omnibus ſua augmentare, Imperio ad nihil tendente, quid ſequitur, niſi vniuerſorum deſtructio? quoniam non exiſtente potentiâ maiori conſeruatiuâ & pacatiuâ Imperij, inuidia,

uidia, eadem ſemper creſcens cupiditas, bella, ſchiſmata, diuiſionesq́ faciet, & tunc, ſicut omne regnum in ſe diuiſum, deſolabitur iniquè collectũ. Decipiuntur itaq́ Principes ſub Imperio, dum ob illum finem attrahunt & colligunt vbiq́ Imperialia, vt potentiores & fortiores fiant, quoniam poſtquam totam capitis & Imperij poteſtatem, membraq́ laniauerint, & deglutiuerint, deſinet hierarchicus ordo. Non enim eſt primus, ad quem concurratur. Et vbi non eſt ordo, ibi eſt confuſio, & vbi confuſio, ibi nullus tutus. Et ſic nobilibus inter ſe altercantibus, jus omne in armis proprijs quærentes ſurgent: quoniam ſicut Principes Imperium deuorant, ita populares deuorabunt Principes. Viciſsim, *inquit Pflugius ibid. in fin.*, quãto Imperator noſter plus poterit, tanto ſinguli Reip. noſtræ ciues & quietiùs viuere, & è bonis eiuſdem faciliùs creſcere poterunt. In Poloniâ fuit initio liberior poteſtas Principis; cùm verò

rò pôſt temporaria eſſe cœpiſſet, bellicoſæ nobilitatis meritis, & obſequiis, ac fortè etiam contentionib⁹, multa de ſuo jure remittentibus & indulgentibus Nobilitati Regibus ac Principibus: Nunc ſanè anguſtis finibus regia poteſtas, in Eccleſiaſticum & Equeſtrem Ordinem circumſcripta eſt. De nobilis capite ac famâ, Rex non niſi in Comitijs cum Senatu iudicat, certis aliquot cauſis exceptis: Senatu autem inconſulto, neque bellum cuiquam facit, neq; fœdus publicè cum quoquã icit, neq; tributa, vectigalia, ac telonia noua inſtituit, neq; alienat quicquam de bonis regni, neq; vllam rem maiorem ad Remp. pertinentem ſtatuit aut facit. Porrò leges nouas rogare, pecuniam extra ordinem publicè imperare, monetã ſignare, ſucceſſorem ſibi deſignare, ne cũ ſenatu quidem poteſt, abſq; conſenſu cæteræ Nobilitatis. *Salom. Neugebauer. hiſt. rer. Polon. lib. 1. f. 19.* Ex quo ortum eſt, vt multi exiſtimarent, diſcrimen ſummi Imperij, aut ſum-

ſummo minoris,petendum eſſe ex delatione Imperij per electionem & ſucceſsionem; nam quæ hoc modo deferuntur imperia, ea ſumma eſſe contendunt, non item quæ illo. Quæ tamen vniuerſim vera non eſſe pro certo haberi debet. Nam ſucceſsio non eſt titulus Imperij, qui Imperio formam aſsignet, ſed veteris continuatio. Ius enim ab electione familiæ cœptũ, ſuccedendo continuatur; quare quantum prima electio tribuit, tantum defert ſucceſsio. Apud Lacones regnum ad heredes trãnſibat, etiam poſt Ephoros conſtitutos. Contrà Romanum Imperium, etiam ſublatâ omni Senatus & populi poteſtate, per electionem conferebatur. *Hugo Grot. d. iure belli ac pacis lib.* 1. *c.* 3. *n.* 10.

Princeps igitur, ſibi populoq́ conſulturus, ſucceſſorium habere debet regnum, non electiuum. Commoda namq́ Electionis, potiùs in imaginatione conſiſtunt quàm in rei veritate; *Le Conſeiller d' Eſtat part.*1.*c.*8. Et quòd

vitia

vitia regum in Electiuo regno citiùs corrigi poſſe videantur: hoc nouitatis ſtudioſorum blanditia eſt; nec enim ad Imperium magis aptus cenſeri debet, quàm qui à patre Imperatore virtutibus Imperialibus imbutus fuit. Excute veteres annales, atq; memoriam antiquitatis repete, illas Romani Imperij fæces, monſtraq́; Claudium, Othonem, Vitellium, Heliogabalum, alios conſidera; num aliâ ratione euectos ad Imperium putas, quàm ſuffragatione militari? Et quis eſt gnarus rerum Hiſpanicarum, qui non confiteatur, in Hiſpaniâ rerum potientibus Gothis, quo tempore ex omnibus eligebantur Principes, multò peiores Reges, quàm tempore conſequenti fuiſſe? *Marian. d. l.* Taceo varios in electione variorum populorum modos, dum quidam ſolius Nobilitatis; alij ſenectutis, vt Arabes; nonnulli proceritatis ſtaturæ, veluti Aethiopes; quidam etiam temulentiæ rationem habuerunt, quemadmodum de

Scy-

Scythis memorat Ariſtoteles, quòd eum elegerint, qui meliùs bibere poterat. Quid multis? omnis mutatio eſt occaſio promptiſsima turbarum, proq́; ſucceſsione verè prædicari poteſt illud quod Anglis olim poſt mortem Henrici II. ſolatium dedit:

Mira canam, ſol occubuit, Nox nulla ſecuta eſt. *Dn. Chriſt. Beſoldus, p. m. in tr. de ſucceſſ. & Elect. in proœm. num. 12. f. 14. vide. Lipſ. Monit. Polit. lib. 2. c. 3. & ſeq.* Quò reſpicit Iean de Serres *en l' inuentaire de l' hiſtoire de France, tom. 1. f.* 358. cùm de Reip. conuerſione, quę extinctâ Carolinâ familiâ, in Germaniâ & Gallijs eſt facta, ita ſcribit: *Les Francois n' eſtoient pas en moindre pouuoir, que les Allemands, pour faire vne Republique Electiue: mais leur humeur les reporta à ceſte Royautè hereditaire, ſans laquelle ils ne pourroient ſubſiſter.* Subiungere lubet caſcorum noſtrorū Germanorū hac de re iudiciū, quod extat *apud Illuſtriſſ. Seliniū in tr.* vom Schachſpihl *lib* 1. *c.* 6. ſed tamen de eo tempore intel-

intelligendum eſt, quo omnes Principes promiſcuè Imp. eligebant; indéque magnas turbas ciebant, quæ poſt ſalutarem A. B. conſtitutionem, ſub 7. Electoribus Imperij non facilè oriri poſſunt. *Ita autem verba habent:* Es iſt beſſer / daß man habe König/ die geerbet ſeyen von Natur / vnnd nach der art der erſten geburt / dann daß man ſie von der Fürſten Chur erwöhlet. Dann wann das Reich ledig würd / ſo geſchicht dick/ von Krieg der Wahlherren / daß das Reich lang verwaiſet würdt vñ bleibt. Dauon würd das Reich beſchädiget / vnnd das Recht vertrukt. Auch geſchicht / daß die Wahlfürſten mehr anſehen jhren beſondern aigen nutz / dan der gemeinen frommen: vnd vnder den ſachen würdt verzogen des Reichs haab/vnd würd dauon verármet. Iſt aber das man es erbet / ſo zeücht man deſſelben Erben von Jugendt auff darzue / daß er guet werd zu eim König/ vnd nach eines weiſen Vatters willen/ vnd nach deß

deß Vatters Sitten / Wercken / vnnd Tugenden. Auch müeſſendt ſich die Fürſten vñ Herzn / die in dem Landt / vnd vnder dem Reich ſeindt / hüetten / daß ſie icht Krieg erwecken in dem Reich / noch daß ſie des Reichs guet icht vergeben / wann der Herz von natur / hält ſein nit ſtatt. Quò collimare videtur, quòd hodiè Germani, Dani, Sueci, & Poloni, reges quidem in Concilio gentis eligant: filij tamen demortuorum regum prærogatiuam habeant; quod inſtitutum, tanquam Reip. maximè ſalutare, multis collaudat Hotomannus *in Francogall. cap. 6.*

Sed aliam prærogatiuam electioni aſsignat Arúm. *ad A. B. c. 2. n.* 1. quòd nimirum illa euectum ad gubernaculum arctioribus conſtringat legibus, idq; exemplo Principum Imperij, quorum cùm alij ſucceſsione, vt ſeculares, alij verò electione, vt Eccleſiaſtici, ad Principatus deueniant: hi non eâ libertate ſuos, quâ illi ſibi ſubiectos conſtringere poſsint, propter capitulationes,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nes, quæ, vt ſcriptæ, ſine rubore de illis omnibus, quæ & ſubditi volunt, & promiſsi ratio expoſcit, liberè monere ſoleant. Verùm in ſucceſsiuo quóque regno ſolent eſſe capitulationes certæ ſiue leges fundamentales, ad quarum obſeruantiam ſeſe Principes obſtringunt: ita vt dicta ratio, ratione electionis non admodum ſpecifica ſit. Quin &, quantum ad electionem Eccleſiaſticorum, non ſolùm Capitulum ſede vacante neque contra ius commune, neque contra Eccleſiam, vel Prælatum ſuum quicquam poteſt ſtatuere, *Tuſch. lit. C. conclus.* 56. *n.* 11. & *concl.* 58. Sed quoque Electoribus non licet repetere iuramentum ab electo de conſtitutionibus ſeruandis; quia hoc ſuperiori tantùm competit, *Iohann. Calderin. de iurei. conſ.* 3. Multô minùs igitur licebit eligentibus Epiſcopum ad nouas capitulationes adſtringere, ad quas ipſe poſt electionem teneatur, præter illas, quæ à ſuperiori conſtitutæ, vel de conſuetudine iam priùs introductæ fuerunt.

c. quia

c. quia propter. de elect. Facit, quòd nec Electores Imperij futurum Imperatorem in electione & coronatione adſtingere pactionibus oneroſis poſsint, *Florent. de Vennigen inter conſil. Claud. Cantiunc. conſ.* 16. *num.* 201. *allegatus ad hoc ab Arum. d. diſc. in proœm. n.* 7. *Vbi tamen hoc limitat Arum. in pactionibus iuratis.* Aliâs enim electio electo idem jus tribuit, quod ſucceſsio ſucceſſori, *Arum. d. c.* 2. *n.* 20. ad eamq́ Electores ſeſe inſtrumentaliter tantùm habent, tanquam à DEO vel Imperatoribus ad hoc conſtituti: ita Balduinus Flandriæ Comes, Imperium Orientis adeptus, ſtatim etiam Electores conſtituit, *Aubert. Miraus in Cod. Donat. piar. f.* 317. *c.* 99. ad quos, morte Imperatoris, legib. de electione ſancitis, Imperium non relabitur tanquam feudumq ſiue proprietas ad dominum, cuius arbitrio, quo libet modo illud de nouo alteri conferendi, ſubiaceat: ſed per modum curatelæ ad eos tranſit, quam intactam ſeruare, & eâ integritate, quâ acceperunt,

nes, quæ, vt ſcriptæ, ſine rubore de illis omnibus, quæ & ſubditi volunt, & promiſsi ratio expoſcit, liberè monere ſoleant. Verùm in ſucceſsiuo quóque regno ſolent eſſe capitulationes certæ ſiue leges fundamentales, ad quarum obſeruantiam ſeſe Principes obſtringunt: ita vt dicta ratio, ratione electionis non admodum ſpecifica ſit. Quin &, quantum ad electionem Eccleſiaſticorum, non ſolùm Capitulum ſede vacante neque contra ius comune, neque contra Eccleſiam, vel Prælatum ſuum quicquam poteſt ſtatuere, *Tuſch. lit. C. conclus.* 56. *n.* 11. *&* *concl.* 58. Sed quoque Electoribus non licet repetere iuramentum ab electo de conſtitutionibus ſeruandis; quia hoc ſuperiori tantùm competit, *Iohann. Calderin. de iurei. conſ.* 3. Multô minùs igitur licebit eligentibus Epiſcopum ad nouas capitulationes adſtringere, ad quas ipſe poſt electionem teneatur, præter illas, quæ à ſuperiori conſtitutæ, vel de conſuetudine iam priùs introductæ fuerunt.

c. quia

c. quia propter. de elect. Facit, quòd nec Electores Imperij futurum Imperatorem in electione & coronatione adſtingere pactionibus onerofis poſsint, *Florent. de Vennigen inter conſil. Claud. Cantiunc. conſ.* 16. *num.* 201. *allegatus ad hoc ab Arum. d. diſc. in proœm. n.* 7. *Vbi tamen hoc limitat Arum. in pactionibus iuratis.* Aliâs enim electio electo idem jus tribuit, quod ſucceſsio ſucceſſori, *Arum. d. c.* 2. *n.* 20. ad eamq; Electores ſeſe inſtrumentaliter tantùm habent, tanquam à DEO vel Imperatoribus ad hoc conſtituti: ita Balduinus Flandriæ Comes, Imperium Orientis adeptus, ſtatim etiam Electores conſtituit, *Aubert. Miraus in Cod. Donat. piar. f.* 317. *c.* 99. ad quos, morte Imperatoris, legib. de electione ſancitis, Imperium non relabitur tanquam feudum ſiue proprietas ad dominum, cuius arbitrio, quo libet modo illud de nouo alteri conferendi, ſubiaceat: ſed per modum curatelæ ad eos tranſit, quam intactam ſeruare, & eâ integritate, quâ acceperunt,

nes, quæ, vt ſcriptæ, ſine rubore de illis omnibus, quæ & ſubditi volunt, & promiſsi ratio expoſcit, liberè monere ſoleant. Verùm in ſucceſsiuo quóq; regno ſolent eſſe capitulationes certæ ſiue leges fundamentales, ad quarum obſeruantiam ſeſe Principes obſtringunt: ita vt dicta ratio, ratione electionis non admodum ſpecifica ſit. Quin &, quantum ad electionem Eccleſiaſticorum, non ſolùm Capitulum ſede vacante neq; contra ius comune, neq; contra Eccleſiam, vel Prælatum ſuum quicquam poteſt ſtatuere, *Tuſch. lit. C. conclus. 56. n. 11. & concl. 58.* Sed quóq; Electoribus non licet repetere iuramentum ab electo de conſtitutionibus ſeruandis; quia hoc ſuperiori tantùm competit, *Iohann. Calderin. de iurei. conſ. 3.* Multò minùs igitur licebit eligentibus Epiſcopum ad nouas capitulationes adſtringere, ad quas ipſe poſt electionem teneatur, præter illas, quæ à ſuperiori conſtitutæ, vel de conſuetudine iam priùs introductæ fuerunt.

c. quia

c. quia propter. de elect. Facit, quòd nec Electores Imperij futurum Imperatorem in electione & coronatione adſtingere pactionibus oneroſis poſsint, *Florent. de Vennigen inter conſil. Claud. Cantiunc. conſ.* 16. *num.* 201. *allegatus ad hoc ab Arum. d. diſc. in proœm. n.* 7. *Vbi tamen hoc limitat Arum. in pactionibus iuratis.* Aliâs enim electio electo idem jus tribuit, quod ſucceſsio ſucceſſori, *Arum. d. c.* 2. *n.* 20. ad eamq; Electores ſeſe inſtrumentaliter tantùm habent, tanquam à DEO vel Imperatoribus ad hoc conſtituti: ita Balduinus Flandriæ Comes, Imperium Orientis adeptus, ſtatim etiam Electores conſtituit, *Aubert. Miræus in Cod. Donat. piar. f.* 317. *c.* 99. ad quos, morte Imperatoris, legib. de electione ſancitis, Imperium non relabitur tanquam feudumq; ſiue proprietas ad dominum, cuius arbitrio, quo libet modo illud de nouo alteri conferendi, ſubiaceat: ſed per modum curatelæ ad eos tranſit, quam intactam ſeruare, & eâ integritate, quâ acceperunt,

nes, quæ, vt ſcriptæ, ſine rubore de illis omnibus, quæ & ſubditi volunt, & promiſsi ratio expoſcit, liberè monere ſoleant. Verùm in ſucceſsiuo quóq; regno ſolent eſſe capitulationes certæ ſiue leges fundamentales, ad quarum obſeruantiam ſeſe Principes obſtringunt: ita vt dicta ratio, ratione electionis non admodum ſpecifica ſit. Quin &, quantum ad electionem Eccleſiaſticorum, non ſolùm Capitulum ſede vacante neq; contra ius comune, neq; contra Eccleſiam, vel Prælatum ſuum quicquam poteſt ſtatuere, *Tuſch. lit. C. conclus.* 56. *n.* 11. *&* *concl.* 58. Sed quoq; Electoribus non licet repetere iuramentum ab electo de conſtitutionibus ſeruandis; quia hoc ſuperiori tantùm competit, *Iohann. Calderin. de iurei. conſ.* 3. Multô minùs igitur licebit eligentibus Epiſcopum ad nouas capitulationes adſtringere, ad quas ipſe poſt electionem teneatur, præter illas, quæ à ſuperiori conſtitutæ, vel de conſuetudine iam priùs introductæ fuerunt.

c. quia

c. quia propter. de elect. Facit, quòd nec Electores Imperij futurum Imperatorem in electione & coronatione adſtingere pactionibus onerofis poſsint, *Florent. de Vennigen inter conſil. Claud. Cantiunc. conſ. 16. num. 201. allegatus ad hoc ab Arum. d. diſc. in proœm. n. 7. Vbi tamen hoc limitat Arum. in pactionibus iuratis.* Aliâs enim electio electo idem jus tribuit, quod ſucceſsio ſucceſſori, *Arum. d. c. 2. n. 20.* ad eamq́; Electores ſeſe inſtrumentaliter tantùm habent, tanquam à DEO vel Imperatoribus ad hoc conſtituti: ita Balduinus Flandriæ Comes, Imperium Orientis adeptus, ſtatim etiam Electores conſtituit, *Aubert. Miraus in Cod. Donat. piar. f. 317. c. 99.* ad quos, morte Imperatoris, legib. de electione ſancitis, Imperium non relabitur tanquam feudum ſiue proprietas ad dominum, cuius arbitrio, quo libet modo illud de nouo alteri conferendi, ſubiaceat: ſed per modum curatelæ ad eos tranſit, quam intactam ſeruare, & eâ integritate, quâ acceperunt,

intelligendum eſt, quo omnes Principes promiſcuè Imp. eligebant; indéque magnas turbas ciebant, quæ poſt ſalutarem A. B. conſtitutionem, ſub 7. Electoribus Imperij non facilè oriri poſſunt. *Ita autem verba habent:* Es iſt beſſer / daß man habe König / die geerbet ſeyen von Natur / vnnd nach der art der erſten geburt / dann daß man ſie von der Fürſten Chur erwöhlet. Dann wann das Reich ledig würd / ſo geſchicht dick / von Krieg der Wahlherzen / daß das Reich lang verwaiſet würdt vñ bleibt. Dauon würd das Reich beſchädiget / vnnd das Recht vertrukt. Auch geſchicht / daß die Wahlfürſten mehr anſehen jhren beſondern aigen nutz / dan der gemeinen frommen: vnd vnder den ſachen würdt verzogen des Reichs haab / vnd würd dauon verármet. Iſt aber das man es erbet / ſo zeücht man deſſelben Erben von Jugendt auff darzue / daß er guet werd zu eim König / vnd nach eines weiſen Vatters willen / vnd nach

deß

deß Vatters Sitten / Wercken / vnnd Tugenden. Auch müeſſendt ſich die Fürſten vñ Herrn / die in dem Landt / vnd vnder dem Reich ſeindt / hüetten / daß ſie icht Krieg erwecken in dem Reich / noch daß ſie des Reichs guet icht vergeben / wann der Herr von natur / hält ſein nit ſtatt. Quò collimare videtur, quòd hodiè Germani, Dani, Sueci, & Poloni, reges quidem in Concilio gentis eligant: filij tamen demortuorum regum prærogatiuam habeant; quod inſtitutum, tanquam Reip. maximè ſalutare, multis collaudat Hotomannus *in Francogall. cap. 6.*

Sed aliam prærogatiuam electioni aſsignat Arúm. *ad A. B. c. 2. n.* 1. quòd nimirum illa euectum ad gubernaculum arctioribus conſtringat legibus, idq́ exemplo Principum Imperij, quorum cùm alij ſucceſsione, vt ſeculares, alij verò electione, vt Eccleſiaſtici, ad Principatus deueniant: hi non eâ libertate ſuos, quâ illi ſibi ſubiectos conſtringere poſsint, propter capitulatio-

nes,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nes, quæ, vt ſcriptæ, ſine rubore de illis omnibus, quæ & ſubditi volunt, & promiſsi ratio expoſcit, liberè monere ſoleant. Verùm in ſucceſsiuo quóq; regno ſolent eſſe capitulationes certæ ſiue leges fundamentales, ad quarum obſeruantiam ſeſe Principes obſtringunt: ita vt dicta ratio, ratione electionis non admodum ſpecifica ſit. Quin &, quantum ad electionem Eccleſiaſticorum, non ſolùm Capitulum ſede vacante neq; contra ius comune, neq; contra Eccleſiam, vel Prælatum ſuum quicquam poteſt ſtatuere, *Tuſch. lit. C. conclus.* 56. *n.* 11. *& concl.* 58. Sed quoq; Electoribus non licet repetere iuramentum ab electo de conſtitutionibus ſeruandis; quia hoc ſuperiori tantùm competit, *Iohann. Calderin. de iurei. conſ.* 3. Multò minùs igitur licebit eligentibus Epiſcopum ad nouas capitulationes adſtringere, ad quas ipſe poſt electionem teneatur, præter illas, quæ à ſuperiori conſtitutæ, vel de conſuetudine iam priùs introductæ fuerunt.

c. quia

c. quia propter. de elect. Facit, quòd nec Electores Imperij futurum Imperatorem in electione & coronatione adſtingere pactionibus oneroſis poſsint, *Florent. de Vennigen inter conſil. Claud. Cantiunc. conſ.* 16. *num.* 201. *allegatus ad hoc ab Arum. d. diſc. in proœm. n.* 7. *Vbi tamen hoc limitat Arum. in pactionibus iuratis.* Aliâs enim electio electo idem jus tribuit, quod ſucceſsio ſucceſſori, *Arum. d. c.* 2. *n.* 20. ad eamq; Electores ſeſe inſtrumentaliter tantùm habent, tanquam à DEO vel Imperatoribus ad hoc conſtituti: ita Balduinus Flandriæ Comes, Imperium Orientis adeptus, ſtatim etiam Electores conſtituit, *Aubert. Miraus in Cod. Donat. piar. f.* 317. *c.* 99. ad quos, morte Imperatoris, legib. de electione ſancitis, Imperium non relabitur tanquam feudum ſiue proprietas ad dominum, cuius arbitrio, quo libet modo illud de nouo alteri conferendi, ſubiaceat: ſed per modum curatelæ ad eos tranſit, quam intactam ſeruare, & eâ integritate, quâ acceperunt,

runt, eligendo regi tranſmittere tenentur; ſunt enim cauſa, vt talis ſit Rex, & vt habeat eam poteſtatem, non verò dant ipſi eam poteſtatem, neq; ſunt cauſa eius poteſtatis. *Bellarm. 2. d. Pontif. c.* 17. vnde vox eligere idem ferè eſt, quod declarare. *Goldaſt. d Bohem. lib. 6 pr. Dn. Beſ. d. mai. in gen. c. 2. n.* 5. niſi in omnibus regnis abſolutis Ariſtocratiam introducere velimus: cùm econtrà modus ad Imperium perueniendi neutiquam confundi debeat cum jure imperandi. Vt enim Ariſtocratia eſſet, oporteret vt factâ electione Principis adhuc maior eſſet in Senatu ſiue Optimatibus, quàm in Principe autoritas, & à ſententiâ Principis ad judicium Statuum prouocaretur; *Vt in ſimili argumentatur Cardin. Bellarmin. lib.*1. *de Romano Pontif. c.* 6. id quod Venetijs, Genuæ, & in Belgio obtinet, ac olim Aragonenſes contra reges ſuos ſibi vendicabant: Nos, qui valemos mas que vos, y podemos mas que vos, vos elegimos Rey: con eſtas y eſtas con-

condiciones, intra vos y nos, vn, que manda mas (es mayor) que vos. Ex quâ ratione apud Lacedæmonios neq; Ageſilaum neq; cęteros Spartanos, poſt Ephororum creationem, inter reges ampliùs numerandos eſſe judicauit Aemil. Prob. (*ſeu Cornelius Nepos*) *in Vita Ages. & in breu. annot. d. regib.* proptereà quòd hi à Theopompo Regibus appoſiti, imò oppoſiti, Regiam prorſus autoritatem infringebant, & de rebus grauiſsimis ipſimet tyrannico planè modo pro arbitratu ſtatuebant, *Plut. in Cleom.* & reges, vt Tribuni Rom. conſules, in carcerem conijcere nõ verebantur, *Obert. Giphan. lib. 2. polit. Ariſt. c. 7. f.* 252. cùm tamen priores reges liberam poteſtatem ſine vllius hominis contradictione habuerint, vt vel ex vno Lycurgi reſponſo notum eſt, qui poſtulanti, vt populo adminiſtrationem reip. traderet: tu prior, *inquit*, domi tuæ Imperium domeſticis tuis trade *Plut. in Lycurgo. Barcl. d. regn. lib. 2. f. 254. & lib. 3. f. 346. qui idẽ d. l. 3.*

f. 332. 333. & 338. regum electorum abſolutam poteſtatem à rerump. differentiâ & naturâ ſatis luculenter oſtendit. & lib. 5. c. 12. inuehitur in eos, qui Regnũ & Remp. callidè confundunt.

Ergò, vt ſucceſsio ſuâ naturâ non facit plenum regnum, ita nec electio *Ariſtocraticum ſiue* (ſi modò hic datur) mixtum ſtatum: ſed vtrumq́ꝫ, tam ſucceſſorium quàm electiuum imperium, poteſt eſſe abſolutũ, vtrumq́ꝫ eſſe mixtum. Et ita quemadmodum electio admittit plenitudinem poteſtatis: ſic & viciſsim jus ſuccedendi haud adimit eius limitationẽ. Omne ferè regnum ab initio electiuum fuit, *Ariſtot. 3. Polit. c. 10. 5. Polit. c. 10. Cic. 2. off. & 3. d. legib Lactant. lib. 1. diu. inſtit. c. 15.* ſi verò fiat ſucceſſorium, tunc primo electo, hujusq́ꝫ in jus ſucceditur. Indê quoq́ꝫ in multis ſucceſſorijs regnis vſu eſt receptum, vt ad regni adminiſtrationem non priùs admittatur Regius Hæres, quàm priuilegia, libertatesq́ꝫ Ordinum confirmârit. Eoq́ꝫ ex fundamen-

damento, Brunſuicenſes homagij præſtationem recusârunt: *Videantur acta homagialia Ciuit. Brunſu. cum reſponſis iuris ijſdem ſubiunctis.* Parilemq́ litem ferè, Superioris Auſtriæ Ordines, poſt obitum Imp. Mathiæ, auguſtiſsimæ memoriæ, mouerunt, *Vt docet* Vero in truck gefertigter bericht / wie es in beeden Ertzhertzogthumben Oeſterreich / auff verenderung der regierenden Landtsfürſten ꝛc. mit der adminiſtration des Landes / von alltem hero gehallten worden. Sed Interregnum fortè ſtabilire voluerunt Ordines, donec ipſis in confirmatione priuilegiorum ſatisfieret.

Potiſsima verò ſollicitudo, omniumq́ maxima cura Principis eſſe debet, vt ſibi proſpiciat de certo ſucceſſore, quemadmodum fecit Auguſtus, aſſumens Agrippam, Tiberius Druſum, vt hoc modo fraudulentas ſpes aliorum impediret, *dicente Tacito.* Idipſum quoq́ in Carolo V. Imp. Henrico IV. Galliæ Rege, alijsq́ deprædi-

eſt Antoine le Pippre, *intent. moral. cap.* 74. Tantoq́; minori gloriâ dignus eſt Guſtauus Adolphus Sueciæ Rex, quàm Auguſtiſsimæ memoriæ defunctus nuper Imperator noſter Ferdinandus II. quòd ille magnis ſuis conatibus omninò neminem ſubſtituit, qui poſt ipſum laboris atque fortunarum ſuarum particeps redderetur: hic verò intenſiſsimo Romani Imperij amore ductus nihil enixiùs expetijt, quàm vt viuus adhuc videret eum, qui poſt ſe afflictam Rempubl. eſſet ſolaturus; viditque & maximo ſuo gaudio, & ineffabili Imperij Germanici emolumento, virtutum fortunarumque ſuarum natiuum ſucceſſorem, Auguſtiſsimum Imperatorem noſtrum modernum Ferdinandum III. quem ſupremus Orbis arbiter contra Imperij hoſtes roboret, glorioſumq́; efficiat. Anglia ſanè pro nullis meritis maiorem gratiam debet reginæ ſuæ Eliſabethæ, quàm pro relicto ſucceſſore Iacobo Scotiæ rege, vnde rectè Angli ex Vel-

leio

leio Paterculo exclamare potuiſſent: cuius vrbis ruinam timueramus, eam ne commotam quidem ſentimus; tantaq; vnius viri maieſtas fuit, vt nec bonis neq; contra malos opus armis foret. Cambyſes verò poſtquam ſine ſucceſſore defecit, toto jam regno nutante quaſi & exitum minante, Magiſque Regiam inuadentibus, decem Dynaſtæ & Primicerij, clandeſtinâ inter ſe conſpiratione factâ, regni alijs æmulis interfectis paciſcuntur, vt cuius equus ante Solis ortum hinniret, is regno potiretur. Sic Darius regnum adeptus eſt, ac deinceps eius poſteri ſucceſſoriâ lege maximum illud Imperium vſq; ad Alexandrum M. tenuerunt. Cujus proſapiâ identidem cum ipſo ſimul extinctâ, maxima ſecuta eſt rerum immutatio, & tot regnorum, quæ vni Alexandro non ſufficiebant, inter ſucceſſores partitio, vsq; dum Romanorum rebus & fatis ſic vrgentibus, denuò Sol nouus terras illas illuſtraret. *Zieritz. d. tr. f.* 19. Fortiſsimũ ergò

regni fulcrũ eſt copia regiorũ filiorũ, qui lineâ rectâ patri in regno ſuccedere poſsint; namq́ & collateraliũ ſucceſsio non omni periculo vacat, *vt Portugallia Galliaq́ exemplis oſtendit Pippre d. tr. cap.* 183. Et inter miſerias regias connumerat Roderic. Zamorens. *lib.* 1. *ſpecul. vita hum. cap.* 2. habuiſſe ſucceſſorem non ſuum, ſed alterius filium.

Cap. III.

DE RELIGIONE.

NVllâ re magis imperia quàm religionis cultu confirmantur, ſiue rem ipſam intueamur, ſiue opinionem hominum. Principibus illa in rebus aduerſis ſolamen, in ſecundis temperamentum, ne animus ſe efferat, & rerum licentiâ vtatur ad perniciem: imò in quacunq́ fortunâ imperterritos facit, vnde Numa, cùm ipſi diceretur: Hoſtes, ô Numa, bellum contra

tra te parant; At ego, *inquit ille ridens*, ſacrifico. Quippe glorioſa in DEVM pietas regijs honoribus immobile fundamentum eſt, *Cyrill. de rectâ fide. Vid. Paul. Diacon. lib. 6. de reb. geſt. Longobard. c. 17. latè R. P. Car. Scriban. in Politicâ Chriſtianâ, lib. 2. cap. 19. R. P. Henric. VVangnereck. lib. 2. Vindiciar. Politic. cap. 3. & ſeq.* Ciuibus etiam inter ſe & cum ſuo capite ſupremo cōſtringendis vinculi inſtar validiſsimi eſt: ſtant eius incolumitate mores patrij, legum ſanctitas; cadente eâ res communes perturbātur atq; cōcidunt. Lege Regum libros, vt intelligas, quot Reges iuſtè vixerunt, eos à DEO auctos fuiſſe, & ijs promiſsionem vitæ æternæ apud ipſum permanſiſſe: quot verò reges ab eo defecerunt, rebellione ſuâ breui tempore interijſſe juſto DEI judicio, & vitâ eos priuatos fuiſſe, & pro requie, æternum ſupplicium accerſiſſe ſibi. *Clemens Papa lib. 1. de Conſtitutionib. Apoſtol.* Hocq; idem fatentur Theodoſius & Valētinianus Impp.

inter B. Cyrilli epiſtolas in 17. A pietate, quæ in Deum eſt, Reip. noſtræ conſtitutio pendet, & multa vtrinq; eſt cognatio & ſocietas: cohærent enim inter ſe, & altera alterius creſcit incremento, ita vt vera religio juſtitiæ ſtudio, Reſp. verò ab vtrisq; adiuta reſplendeat. Romanus Senatus adeò ſemper magni religionem fecit, vt quemadmodum Varro ſcripſit, quotieſcunq; Senatum magiſtratus coëgiſſet, idipſum quod primò proponebatur, ad religionem pertineret, nullaq; quanquam grauior causa, vel quæ celeritatem requireret, hunc morem anteuertebat: vt publicorum conſiliorũ, quemadmodum etiam aliarum rerũ, diuino cultui primæ partes darentur, *Bapt. Fulgos. lib.* 1. *c.* 1. Vnde illa Ciceronis glorioſa vox: nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos; ſed pietate ac religione omnes gentes nationesq; ſuperauimus, *d. aruſp. reſponſ.*

Magna omninò vis eſt religionis, omni-

omnibus ferè antiquis legiſlatoribus nota, qui cùm intelligerent, vanam ſine religione omnem induſtriam fore, legibus ſanciendis ſacrorũ ritus, ac reliquum religionis apparatum & ceremonias adiunxerunt, in eoq́ maximè laborârunt, vt populo perſuaderent, leges, quas ipſi ferrent, non humanâ prudentiâ excogitatas, ſed acceptas diuinitùs eſſe. Indè Minois cum Ioue confabulatio in antro Cretenſi, nocturni Numæ cum Egeriâ congreſſus; & Sertorius, tanti hominis dux, imperio Hiſpaniæ occupato, ad fallendos barbaros, ceruam, cibũ anteâ aure petere aſſuefactam, inſuſurrare diuinitùs, quæ facienda erant, ſimulabat. Ineptè hæc omnia, *inquis*, & aniliter. Fateor: ſed in eo ſapienter, quòd vniuerſi naturæ impulſu excitati, intellexerunt, quod res erat, neq́ congregari homines ſine lege, neq́ leges ſine religione conſtare, *Marian. 2. c.* 14. *latè Guyon Variar. lectio. tom.* 3. *lib.* 4. *c.* 10. *& ſeqq.* Cùm Florentini tanto

ciuilium armorum furore inter ſe exarſiſſent, vt ciuium ſtrage ac ſanguine vrbs ipſa redundaret, nec vlla vis humana alios ab aliorum cæde diuellere poſſet: Franciſcus Soderinus Pontifex Maximus, ornamenta Pontificia indutus, ac Sacerdotum coronâ crucem præeunte comitatus, inter medios ciuium cuneos proceſsit, repenteq́ ciues religionis metu arma poſuerunt. Ita quoq́ Iadus Pontifex Hebræorum, Alexandro Magno ad Vrbem Hieroſolymorum vnà cum exercitu venienti, ſacris veſtibus ſubornatus occurrit: cuius ſpecie ac ſplendore exterritus Alexander Pontificem adorauit, ac tantùm abfuit, vt regionem aut ſacrã vrbem diriperet, vt etiam maximis beneficijs illam amplificaret. Eadem arte Vrbanus Pont. Max. Attilam ab vrbis Aquileiæ obſidione dicitur auertiſſe. *Bodin. lib* 4. *d. rep. cap* 7. Sic cùm Iulius II. Pont. Max. Cruciatam cum remiſsione peccatorum induxiſſet, ad bellum contra Turcas & Saracenos,

magna

magna hominum multitudo ad eam prouinciã acceſsit, *vt ait Surius in hiſt. & Sleidan. lib.* 1. Ita Eugenius III. Pont. Max. excitauit contra Turcas Ludouicum R. G. *vt ait Platina in vita Eugen.* & alijs temporibus idem factum eſt.

Et nulla quidem vnquam religio extitit, quæ ſubditorum animos magis Principibus deuinxerit, obedientesq́ reddiderit, quàm religio Chriſtianorũ. Illi enim inter cæteras rationes atq́; vias, quæ ad pietatem ferunt, etiam illud præceptum tradiderunt: Imperijs omnibus obediendũ eſſe, quantumuis infeſtis, 1 *Petr.* 3. *v.* 18. nõ ſolùm ob pœnam, ſed & propter conſcientiã, *Rom.* 13. *v.* 1. & 5. vnde licet olim Chriſtianis neq́ militum copiæ, neq́ exercituum duces, nec opes opportunitatesq́ ad res gerendas defuerint: fœdiſſimas tamen maculas ſectæ ſuæ ſe aſperſuros ſuſpicati ſunt, ſi notos diſciplinæ ſuæ fines eâ in parte tranſgrede-

rentur, in qua cauſam ſuam omnibus mortalibus cupiebant eſſe commendatam, *Euſeb. lib. 7. c. 5. Niceph. Calixt. lib. 7. c. 5.* La religion Chreſtienne a toutes les marques d' extreme juſtice et vtilité : mais nulle plus apparente, que l' exacte recommendation de l' obeiſſance du Magiſtrat, et manutention des polices, *Michel de Montaig. lib. 1. des eſſais, chap. 21.* vnde quæ ſeditiones contra legitimum Magiſtratum excitant, omninò ſpurias eſſe oportet. Aliter de primis Chriſtianis judicat Plinius Secundus *lib. 10. in epiſt. ad Traian. Imp.* Affirmabant, *inquit*, (Chriſtiani) hanc fuiſſe ſum̃am vel culpæ ſuæ vel erroris, quòd eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire, carmenq́ Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem: ſeq́ ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent: quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſusq́

ſusq́ coëundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen & innoxium. Oroſius quoq; teſtatur, Traianum Imp. Plinij Secundi, qui inter cæteros judices perſecutor datus erat, relatu admonitum, eos homines præter confeſſionem Christi, honeſtáq; conuenticula, nihil contrarium Romanis legibus facere, fiduciá ſanè innocentis cõfeſsionis nemini mortem grauem aut formidoloſam videri: reſcriptis leuioribus temperâſſe edictum. Reuerendi Patres Societ. IESV, qui Indiæ regiones nuper repertas perluſtrârunt, memoriæ prodiderunt: Principem quendam eius regionis, prudentem & prouidum, cùm ſimplicitatem Christianæ religionis nonnihil deguſtâſſet, etſi in cõſuetâ ſuâ idololatriâ firmiter perſiſteret, attamen ſubditis ſuis, vt baptiſmate initiarentur, & fidem Christianam amplecterentur, permiſiſſe, baptiſmati & alijs Christianæ religionis exercitijs interfuiſſe, & pro viribus DDnn. Patrum conſilia & actio-

nes promouiſſe, eâ ſcilicet intentione, quòd ſibi certò conſtare affirmabat, fore, vt tributa ac vectigalia libenter & ſine contradictione ſubditi numerent, fidemq́ & obedientiam debitam præſtent, ſi præcepta & leges, quas DDni Patres profitebantur, & auditores diſcipulosq́ ſeruare jubebant, diligenter obſeruarent, *Renat. de Luſing. de increm. imperior. lib. 2. cap.* 1. *Dn. Beſold. d. educat. c. 7. n. 6.*

Multi verò religione abutuntur, & fraudulentis ſuis conſilijs prætexunt. Ea namq́ eſt ambitionis natura, vt ſub ſpecie pietatis, veluti per cuniculos, in fraudes ruat, obijciatq́ periculis & inuidiæ, quibus ſe benè velle cōſultum ſimulat, *Guil. Poſtell in præfat. lib 2. de Orbis concord.* Neſcio, *inquit R. P Scriban. d. Polit. Chriſt. lib. 2. c.* 1. quomodo in omni propè regnorū occupatione pulcherrima nomina prætexantur, religionis & libertatis; pauci in hunc diem alienum ſeruitium ac dominationem ſibi concupierunt,

vt

vt non eadem nomina vſurpauerint. Sæpè namq́ꝫ vitia ſub virtutibus ſe vẽditant, vt tenacitas ſub parſimoniâ, effuſio ſub largitate, crudelitas ſub zelo juſtitiæ, remiſsio ſub pietate, *vt ait Greg. lib.* 1. *Reg. ep.* 24. vnde Andrecotus ſub ſpecie libertatis, Indiam contra Alexandri præpoſitos excitauit, *teſte Iuſtino lib.* 15. quod fecit & Deioces, *vt ait Herod. lib.* 1. Sic prætextu amicitiæ, Ioab Abnerum parùm ſibi proſpicientem occidit, 2. *Reg.* 3. ſic multi, prætextu religionis & pietatis mala agunt, *ca. ſanit. d. relig. dom. in extraVag. Ioh.* 22. *Clem. fin. de hæret.* quibus difficulter occurri poteſt, cùm ſpecie boni lateant, niſi eorum impoſturæ detegantur. Hoc eodem prætextu quidam perſecuti ſunt Iudæos, 1. *Machab.* 1. 2. & Caiphas eodem prætextu ſententiam tulit contra Dominum, *Iohan.* 21. & Demetrius concitauit populum contra Chriſtianos, *Actor.* 19. Sic quidam Anabaptiſta Sangalli oppidi Heluetiorum dixit, ſibi diuinitùs imperatum, vt

vt caput fratri germano præcideret, quod tamen magiſtratus non permiſit, ſed ipſum eadem pœnâ ſuſtulit, *Sleidan. lib. 6.* Ac tempore Claudij & Neronis, quidã facinoroſi arma ſumpsére, Zelatores ſe vocantes, & ſub prætextu religionis impia & ſceleſta committebant, & demum ignem ſuppoſuerunt templo Hieroſolymitano, pro cuius defenſione ſe pugnare dicebant; *vt teſtatur Ioſephus lib. 5. de bello Iudaic. c. 5. & lib. 6. c. 1. 2. & ſeq. pluraq; huiuſmodi crudelia ſub prætextu religionis facta, commemorat Polianus lib. 2. ſtratagem. Dion Halic. in 2. Val. Max. lib. 5. c. 3. B. Auguſtin. lib. 3. d. ciuit. Dei. cap. 15. Plin. lib. 29. de viris illuſtr.* Ita anno 1525. ruſtici infauſta arma contra Magiſtratum arripientes, furori ſuo diuinum nomen religionemq; præſtruxerunt, *vt pluribus demonſtrat Petrus Gnodalius in deſcript. ruſt. tumult. in Germa. f.* 31. 39. 44. *& paſſim.* idemq; nuper fecerunt ruſtici Auſtriaci. Sed ijs Principes ſæpiſsimè abutuntur, con-

tra

tra Senatum, vel Senatus contra Superiorem; haud ignorantes, nobiliores eſſe naturas nobili è genere, quàm ignobili, *Plato in Alcibiade.* quippe vulgus ingenio mobili, ſeditioſum atque diſcordioſum, cupidum nouar. rerum, quieti & otio aduerſum eſt. *Saluſt. in Ingurth.* Ita dubio procul cũ Auſtriacis factũ fuit. Hacq; in re apud hęreticos publicarum concionum mira vis eſt atq; efficacia. Quapropter veteres, delineaturi vires eloquentiæ, pinxerunt Herculem, trahentem populos catenis ex ore ipſius prodeuntibus, inq; aures eorum inſertis. Et Bodin. *6. de Rep.* 5. *à pr.* inuehitur in eos, qui antiquiſsima regna, à ſtirpe ducta, ad ſuffragia populi, libris peruulgatis, aut concionibus ac diſputationibus traducere moliũtur. Facilè namq; eſt Concionatoribus hæreticorum, religionis metu turbare animos auditorum, & in quamcunq; partem placuerit, ducere, vt cætera vitia, & quid præterea cogitet quisq;, non videant.

Hoſq;

Hoſque importunos Concionatores, Predicateurs à poſte vocat Paſquier. 5. *de recherch. cap.* 31. Et de his conqueſti ſunt in Galliá nonnulli Huguenotæ, propter rebellionem ad ſuppliciū educti, Miniſtros nempe ſuos cauſam mortis ſuæ exiſtere, eò quòd in concionibus nil aliud quàm ſeditiones rebellionesq; contra Regem tractarent, atq; populo perſuaderent, *Merc. Franc. tom.* 15. *f.* 475. Quorum vicem in Democratijs ſuſtinent Demagogi, ſiue Oratores populares, à quorū ſophiſmatis ſedulò cauendum eſſe monet Ariſtot. 5. *Polit.* eò quòd populum ad libitum ſuum agitent. Hoc autem eſt, religione pro ratione ſtatûs vti, quâ in re Ottonem Imp. notat Tacit. *lib.* 3. *hiſtor. cap.* 8. & *lib.* 14. *annal. c.* 11. cauſam rebellionis Anglicæ conijcit in Ethnicos flamines nonnullos, qui ſpecie religionis omnes pauperum fortunas effundebant *Laur. Melliet, diſcours. polit. li.* 3. *diſc.* 11. Alexander M. cùm in Indiam proficiſci certus eſſet, vtinam,

nam, *inquit*, Indi quoq; me Deum crederent, *Curt. lib.*8. Imbecilles enim animi ſuperſtitioſa concipiunt, præſertim in bello, vbi omnia plura & maiora videntur timentibus: quæ eadem non animaduertuntur in pace. *Cic.* 2. *de diuinat.* Hinc Romani alijs comprimendæ plebis remedijs deſtituti, tandem ad ſuperſtitionem confugerunt, auſpitiaq; turbari à plebe dixerunt, *Liu. lib.* 5. *Arnis. lib.* 2. *Polit. cap.* 4.

Multi etiam nouam religionem excogitârunt pro firmando regno ſuo, vt fecit Mahomed; vel veterem mutârunt, atq; innouârunt, quod olim rex Ieroboam, & non ita pridem Iſmaël Perſię Rex, ipſiusq; cognatus Harduellus fecerunt, & prætextu nouæ & purioris religionis, res maximi momenti in Aſiâ geſſerunt, eiectis legitimis hęredib' Vſſumcaſſani. *Renat. de Luſingâ d.l.* Sub eodem prætextu religionis Mahometanæ, cōcionator quidam familiam Ioſephi de regio Marocci ſolio deturbauit,

bauit, *Guyon liu. 2. chap. 33. des diuerſes leçons.* Quod idem cùm nuper Galli attentâſſent, multiplicibus malis macti fuerunt, *quæ exaggerat Mich. de Montaign. es eſſais. lib. 1. cap. 12.* multiq; putant, motus illos Gallicos ſub prætextu religionis fouiſſe nonnullos Machiauelli ſocios, ad ſuſtinendam ſuam autoritatem, populumq; varijs vectigalium generibus exhauriendum; quo artificio Pharao Rex aduerſus Iſraëlitas, & Ariſtodemus Cumis erga ciues vſus eſt, *Exod. 1. Plutarch. de fact. virt. fæminar. Franc. de Grauelle, Polit. royal. cap. 11. n. 7.* Refert enim Thuanus, conſilium aliquando in Galliâ initum fuiſſe, de Franciâ, Turcici Imperij inſtar, ſub abſolutam poteſtatem redigendâ. Vbi Poncetus quidam hoc ſuggeſſerit conſilij: ad tollendos Proceres, & Nobilitatem in ordinem cogendam, placere, vt bellum religionis prętextu alatur. Nam ſic paulatim ad internecionem eos, præſertim quò quisq; generoſior ſit, deleri poſſe, neq; defutu-

ras

ras artes, ad eos, quibus belli fortuna pepercerit, in pace opprimendos. Intereà dignitates, honores, munia publica, nulli tribuantur: inuidioſæ ſolummodò, & ſumptûs periculiq; plenæ præfecturæ, aut delegationes, ijs reſeruentur: quó vaſta illa corpora, quaſi alimento negato, ad maciem paulatim adducantur, ac poſtremò concidant. *Caſp. Facius, part. 3. Polit. Liu. error.* 28. Huicq; par eſt arcanum illud neſcio quod Gallorum, qui juuant hæreticos, ne ſibi noceant Hiſpani.

Vna autem religio in vno regno, veluti vnus ſol in vno mundo, eſſe debet, *Veluti hoc contra Dialogiſtam defendit Lips. in libr. d. Vna religio per tot.* cuius vnitatis diuiſionem Ethnici prorſus ignorârunt, *Franc. Bacon. c. 3. des œuur. moral. & Politiq. f.* 18. Quare Mahometes, vt leges, quas tulerat, perpetuò obſeruarentur, expreſsè in ijs cauit, ne cui de vllo religionis articulo diſputare licitum eſſet, ideò ſuas con-

conſtitutiones leges gladij vocauit. Ipſe Turcarum Imperator, Mahometicam ſuperſtitionem deuotiſsimè obſeruat, ſolusq; & vnicus, arbitrium & judicium in controuerſijs religionis ſibi arrogat, easq; pro libitù decidit. Nouam exoriri ſectam nullam patitur, ſed ſi quam natam deprehendit, ſubitò extinguit, autoresq; funditùs euertit. Scilicet fructus talium diſſenſionum, quas noua legum interpretatio ſuſcitârat, è ſuorum anteceſſorum geſtis optimè cognouit. Harduelus enim exiguo temporis ſpatio, ingentes progreſſus in populo illo barbaro fecit, nouâq; legis expoſitione vniuerſam ferè Aſiam commouit, tantosq; excitauit tumultus & turbas, vt parùm abfuerit, quin Baiazethis XI. dominatum euerterit. *VVehner. d. metamorph. rerump. cap.* 15. Vna itaq; religio eſt inter Turcas, nec ad honores aut militiam cuiquam aditus, niſi per illam vnam: & væ illiuscapiti, qui eam verbo aut facto turbet. *Vide Bellon,* 1. *c.* 29.

35.

35 & 3. c. 3. 4. &c. *Dn. Beſold. thes. pract. f.* 684. §. *Turca.* Alienas tantùm, nec corruptas ex eâ, ſed planè aduerſas permittunt: atq; ita communicandi aut differendi vix cupiditas eſt aut cauſſa. Contemnunt enim magis inter ſe quàm contendunt. Nulla enim cęteræ religioni poteſtas ibi, ſed eius aſſeclæ ſunt ferè ſeruilis conditionis, veluti in Babyloniâ Iudæi. Pone in mediâ Europâ Iudęos, Turcas, Sinenſes (modò ne immani nimis numero) nihil turbabis religionis aut Eccleſiæ pacem. Nulla ferè calamitas excogitari poteſt, quam non experiantur, qui ſub dominatu Turcico degentes aliam obſeruant religionem: Chriſtiani verò omnium grauiſsimè affliguntur. Quanquam vix ita crudeliter inuehatur in eos Turca, quemadmodum Rex Britanniarum in Catholicos: Hi namq;, tanquam excommunicati, non poſſunt debita vel iniurias in iudicio proſequi; ſub pœnâ criminis læſæ maieſt. tenentur jurare,

quòd

quòd Regem eiusq́ ſucceſſores, pro capite Eccleſiæ recognoſcere velint; non baptizantibus, non maritantibus ſe juxta leges Eccleſiæ proteſtantium, grauiſsima imponitur pecuniaria pœna; viuentibus liberum commerciũ, morientibus ſepultura denegatur; aliaq́ innumera onera ceruicibus ipſorum incumbunt, *quæ videri poſſunt au Mercure Francois, tom.* 13. *f.* 784. *& ſeqq.* Quâ etiam aſtutiâ, ad extirpandos Catholicos in Angliâ, nouum quoddam fidelitatis juramẽtum fuerit introdu-ctum, recenſet Cardin. Bentiuogl. *part.* 2. *della relatione delle prouincie vbbidienti di Fiandra. cap.* 3. *fol.* 225. *& ſeq.* Pariter Moſcouiæ Dux, videns populum ſuum diuiſum eſſe in factiones, concionibus miniſtrorum, ſub pæna mortis pohibuit, pro ſuggeſtu religionem in dubium vocare, *Sigiſm. B. L. ab Herberſt. in hiſt. Moſcouit.* Vnde Principes etiam Germanię non niſi vnicam in territorijs ſuis agnoſcere volunt religionem, omnesq́ juriſdictione ſuâ

cir-

circumſcriptos, propriam religionem reuocant, negato diuerſum ſentientibus exercitio publico & priuato. Et valdè iniurij ſunt in Catholiciſsimum Hiſpaniarum Regem, qui hoc jus ipſi adimere volunt, licet ſeuerius remedium adhibeat, rigoroſæ nimirum Inquiſitionis. Sanè verò tali cuneo opus erat ad diſſecandos duriſsimos nodos Maurorum, Mahumetanorum, Iudæorum, aliorumq́; ſeditioſorum & Diabolicorum hominum, quibus Hiſpaniarum regna ſcatebant, nec, eiectis niſi iſtis, tranquilla vnquam eſſe poterant. Hæcce igitur, cùm pacem perpetuam in Hiſpaniam reduxerit (qualis vix in cæteris omnibus regnis comparere ſolet) tam ſancta jam Hiſpanis eſſe cœpit, vt etiam ipſe Rex libenter ſe ſubmittat judicio Inquiſitionis, & juret in ſuſceptione regni, ſe velle eam defendere, & animo, & armis, & ſi ille ipſe inueniatur hæreticus, vel aliarum malarum artium architectus, quòd non recuſabit ſecundum ſanctiſsimæ

C Inqui-

Inquiſitionis ſententiam, ire ad ignem & comburi, vel ſecus puniri, ſecundum grauitatem & menſuram delicti, non ſecus ac aliquis ex plebe. Quapropter nemini mirum videri debet, quòd Inuictiſsimus Rex Philippus II. id in filio Carolo judicium exercuerit, quod ipſe, ſi nocens fuiſſet, non detrectâſſet. Turcæ Chriſtianiſmum, eiuſq; potiſsimã ſedem Hiſpaniam prodere, patri verò vitam eripere voluit Carol⁹, vt minora delicta taceã; annon patriæ proditor, parricidaq; mori debuit? Patriâ indignus eſt, filij nomen amittit, qui patriam, qui patrem jugulare nefariè conatur. *Videatur Henric. Dorgangk in Inſtitut. lingua Hiſpanica, in præfatio. ad Lector. Pierr. Matthieu, hiſtoir. de la Paix, liu* 1. *fol.* 125. *qui facilè cuiuis adhuc addubitanti ſatisfacient.*

Verùm Franciſcus I. Galliæ Rex, cùm in Hiſpaniâ captiu⁹ detineretur, & à ſuis interrogatus per literas eſſet, vtrum eandem Inquiſitionem in ſuo regno introduci vellet: admittere eam

eam recuſauit,eò quòd ipſemet ſupremum Iuſtitiæ caput, ſacraq; anchora, ad quam criminoſi confugere queant, in regno ſuo permanere in animo haberet. Etſi longè aliter Dagobertus I. vndecimus Franciæ rex,regum Hiſpaniæ inſtituta æmulabatur; cùm enim audiret, Sisibutum Viſigothorum regem Iudæos in regno ſuo exiſtentes ad Chriſtianiſmum compellere, eorumq; nonnullos fugâ ſibi conſulentes, in Franciâ ſuperſtitioni ſuæ latibulum quærere: protinùs Edicto cauit, ne vlli, niſi Chriſtum amplexaretur, vſquam in Galliâ locus eſſet, *Bernard de Girard hiſt. Franc. lib. 2. f.* 148. Veneti quoq; à Pontifice Max. admoniti, vt Inquiſitionem inſtituerent, poſt longam tergiuerſationem tandem eam non Eccleſiaſticis perſonis (ne Iudicis ſimul & partis, vt prætendebant Veneti, vice fungerentur) ſed nobilitati ſuæ commiſerunt. Quæ verò mala ipſum Galliæ meditullium, repulsâ Inquiſitione, inuaſerint, cùm poſt mor-

tem Regis Henrici omnia bellis ciuili
bus propter religionem exortis arde
rent, Gallia ipſa adhuc loquitur, totâ
præclaræ ciuitates, & prouinciæ va
ſtatæ, & vltra vicies centena millia ho
minum crudeliter cæſa atq; dilaniata
Louys Guyon tom. 2. des diuerſes leçons
liu. 3. chap. 11. Veneti quidem iſtis m
lis nondum fuerunt obnoxij: nega
tamen non poteſt, hæreticis ibi libe
verſari licere, quorum conſuetu
quàm ſit periculoſa, cætera regna h
ctenus magno ſuo damno perſen
erunt. In Germaniâ noſtrâ contra
pellum iſtum, nullum certius anti
tum habemus, quàm Reuerendos
tres Societatis IESV, quos veluti c
ſerpente veris tempore iterum pr
pente fraxinus ei inimiciſsima ſ
re incipit: ita DEVS ſub initium

ſtianæ pietatis ardor planè refrixerat, quam tamen S. Ignatius incredibili ſermonis ardore rurſus accendit, quod omen è nomine eius quidam ſingulari dexteritate exſculpſerunt, inuento hoc anagrammate:

Ignatius de Loiola,
O ignis à DEO illatus!

Quod namq; haud miraculo caret, ipſo S. Ignatio adhuc viuente, duodecim conſtitutæ ſunt prouinciæ, in quibus centum ferè erant Collegia Societatis, è quo Lutherani facilè conijciebant, doctrinæ ſuæ propagationem iam in puncto eſſe ſolſtitij & retrogradationis; ac præclarè ſecum actum iri, ſi omiſſo omni vlterioris acquiſitionis conatu, ſe ſuaq; poſſent defendere. Videmus enim integras prou[illegible] Ducibus iſtis [illegible]lica[illegible]m poſtlimin[illegible]t[illegible]a-
[illegible]n-
[illegible]iot
[illegible]re-
[illegible]ecta
[illegible]on-

conglomerentur, infixæ fuerunt. *Vide omninò Florim. Ramund. d. orig. hæreſ. lib. 5. c. 2. & 3. Petr. Cutſem. in Saxo. Cathol. f. 199. Aug. Viſcher. d. electio. regis & Imp. Rom. concluſ. 1. n. 6. Aubert. Mira. de ſtatu relig. c. 35. & paßim.*

Communis omnium ſenſus & ratio ipſa declarat, nil magis remp. diſſoluere quàm cùm animi Principum atq; ſubditorum diuerſis planè religionibus in contraria ſcinduntur. Eſt enim religio ſocietatis humanæ vinculum; cuius ſanctitate fœdera, commercia, ſocietatesq; ſanciuntur. Quæ autem cõmunio & ſocietas inter eos eſſe poteſt, qui non ijſdem fidei retinaculis ad vnius Dei ſinceram venerationem colligantur aut concurrunt? cùm alij alios vt impios auerſentur, in ijsq; violandis diuinum numen promereri ſibi perſuadeant. Nulla ſanguinis propinquitas, nulla morum ſimilitudo, vitæ genus aut patria, tantum conſtringunt voluntates beneuolentiá, quantum religionis diuerſitas labefactat. Sed & quan-

quanquam vera religio cōtra quaſuis hæreſes diuinâ ſuâ virtute emineat, earumq; gangrænam facilè enecare poſſit, & in omnibus ſeculis fuerint viri Catholici, ſanctitate conſpicui, qui ſuborientibus hæreticorū inſidijs occurrerunt, atq; ſalutarem obicem illis oppoſuerunt: attamen nunquam ferè deficit Politica occaſio, ob quam naſcentes hæreſes Reipub. ſtatum acriter vulnerant, & interdum omninò turbant. Mahometanam ſuperſtitionem fouit, non maieſtas doctrinæ (ridicula namq; eſt) ſed oppreſsio authoritatis priorum dominorum (quâ re populus magis quàm vllâ aliâ delectatur) & effrenis licentia ſectatoribus ſuis conceſſa ſub nouo capite. Pariter cùm Lutheri theſes de libertate Chriſtianâ Germanicè conſcriptæ innotuiſſent, Thomas Munzerus Saxo, homo aliàs illiteratus, eiq; doctrinâ & furore par ſucceſſor Melchior Hoptmannus, noua & Anabaptiſtica paradoxa in vulgus ſparſerunt, eò maiori progreſſu,

quòd furibundam plebem ab obedientiâ Principibus debitâ, vectigaliũq; præſtatione liberare prætenderent, certis ad hoc Sectæ ſuæ articulis conſarcinatis: quam ob cauſam lues hæc dicto citiùs totam Germaniam, inferiorem præſertim, VVeſtphaliam, Friſiam, Hollandiam, finitimaq; loca peruaſit; *quâ de re conſulatur Lambert. Hortenſius in lib ſing. d. tumultib. Anabaptiſtar.*

Deplorandum hoc in religione diuortium & ſchiſma Græcæ & Romanæ Eccleſiæ, firmiſsimum ſecuritatis Imperij Turcici fundamentum, & optimum remedium ad præcauendas omnes Principum vicinorũ cum ſubditis Turcis aliás metuendas colluſiones, Ottomañicis Impp. exiſtit. Quas ſtrages dedit, quæ templa non diruit anno 1400. in Bohemiâ Huſsiticum bellum, vſquedum anno 1434. iuxta Pragam vltra 22000. hominum internecioni darentur. Simile fatum experta eſt Germania hactenus: idem Hol-

Hollandos atq; Zelandos ad denegan-da naturali regi ſuo debita ſubiectio-nis obſequia iniuſtè compulit, mul-tisq; ciuilibus bellis implicuit, qui ij-dem etiam, Reformatâ ſuâ religione, de quâ ſolâ retinendâ primitùs conuẽ-tum erat, in plures iterum ſectas, Ar-minij, Vorſtij, aliorumq; diuisâ, ma-gnarum aliquando mutationum non obſcurum alere metum videntur. *Vi-deatur Frid. de Vry in hiſtor. turbar. Ec-cleſiaſt. in Holland.* Nec vna nunc ab a-liquot annis, per omnes ferè in con-fœderato Belgio prouincias, tempe-ſtas in eos (Arminianos) ſæuijt, qui-bus illi rigido Caluini atque aſſeclarũ eius de abſolutâ vtriuſq; generis præ-deſtinatione placito applaudere atq; ſubſcribere graue erat, *Iohan. Greuius tr. d. tortur. in præfatio. ad Lector.* In Poloniâ quies eſt, ſed infida profe-ctò, & videmus, quàm in omni occa-ſione, vt in Comitijs aut electione re-gis, inter ſe diuidantur, imò in ſe ar-mentur. Continentur adhuc pruden-

tiâ & auctoritate paucorum capitum (in Poloniâ namq; hæretici, regni Senatores eſſe non poſſunt, *Flor. Ramund. d. tr. lib.* 4. *c.*12. *n.*1.) quæ vbi deſierint, vereor vt deſinat illa. *Lipſ. d. l.* f. 83. In Hungariâ quoque triplex religio exiſtit, Catholica, Lutherana, & Caluiniana, quæ poſterior vtraq; niti videtur priuilegio quodam pacificationis Viennenſis *de anno* 1606. *die* 23. *Iun. art.* 1. eamq; approbat Guil. Artner *diſſert. d. regno Hungar. cap.* 3. hac ratione: nimirum quia animus ſoli Deo, & corpus tantùm Principi ſit obnoxium, *Senec.* 3. *de benef. c.* 20. Optima ſanè ratio, & quæ ſubditos facilè à rege ſuo diuellere poteſt; qui excogitatis, ſiue aliorum inſtinctu ſuſceptis, nouæ alicuius fidei dogmatibus, ab omni ſubdititio nexu, hæreticâ prauitate faſcinatâ conſcientiâ licentiam ſubminiſtrante, ſeſe abſoluere, iamq; de dominij jure ac poteſtate partìm ſolliciti, ipſum regnum priuâ manu proq; arbitrio voluere annituntur. Dogmata ſcili-

ſcilicet erronea tollere, ſuaq́ introducere cupiunt. Vtinam verò illud dogma inprimis auferrent, quòd ſub religionis prætextu peccare præſumunt. Illud enim maximè erroneum eſt dogma, vt inquit Chriſtoph. Sturcius, Profeſſor Roſtochienſis, *in refutat. Apolog. Caroli Sudermanniæ &c. Principis, f.* 43. hæreſis ea ſignum eſt, quæ naturâ ſuâ ſemper debilis exiſtens, cùm doloſis perſuaſionibus emergere nequit, vi & armis rem aggreditur. Hancq; veram differētiam ponit inter Catholicam religionem atque inter hæreſin Edouard. VVeſton. *in theatr. Vita ciu. lib.* 4. *c.* 13. *& lib.* 5. *cap.* 1. quòd illa ingenium poſtulet mite ac ciuile, contrà hęreſis in vniuerſum, inſitâ ſibi vi, barbara atq; rabioſa, indeq́ idonea, quæ Remp. perturbet, immanémq; reddat. *Et de perfidiâ Huguenottarum Vid. Mercur. Franc. tom.* 15. *f.* 37.

Hinc tam crebræ, poſt infauſta Lutheri dogmata, in regnis Chriſtianis

paſsim exortæ rebelliones, vbi Proceres regum ſuorum juriſdictionem armis ſiſtunt, quam ipſi tamen erga ſuos ſubditos liberè exercent, hosq́ obſiſtentes tanquam rebelles opprimunt, necant. Gladij jus contra Superiores arrogant ſibi, quod ipſis haut magis competit, quàm ſi Idololatrici populi Regi ſuo Chriſtiano juratam obedientiam denegare, ob conſcientiam (cuius libertatem illi tantam faciunt) vellent. *Dn. Lanſ. tr. de L. Reg. num.* 99. Sed hoc eſt, ex nouâ lege, *vt ſuprà dixi*, Martyrum primorumq́ Chriſtianorum temporibus ignotâ, cùm tamen eo tempore robur & numerus Chriſtianorum Romano Imperio metuendus videretur. *Anton. Faber. de relig. reg. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 24. *&* 30. & vnam Italiam, Galliamuè plures tunc bonos Catholicos aluiſſe, quàm vniuerſa ferè nunc continet Europa, affirmare non dubitârit Guil. Barcl. *de regno. lib.* 3. *c.* 5. Hinc cùm quidam ex proceri-

bus

bus aulicis Chriſtianus Nicomediæ apud arcem Diocletiani Cæſaris, Edictum Imperatorium de templis ſolo exæquandis & libris diuinis igne comburendis propoſitum refigere, & diſcerpere auſus fuiſſet: cæteri Chriſtiani conatum iſtum apertè damnârunt, quod niſi factum, procul dubio per totum Imperium ingens ſeditio orta fuiſſet, *Euſeb. lib. 7. c. 5. Niceph. Calixt. lib. 7. c. 5. Petr. Gregor. lib. 26. c. 7. n. 10. §. ſupperunt. Verſ. & quanquam.* Hoc idem in more poſitum DEO fuit ab antiquiſſimis temporibus, vt Eccleſiam ſuam non armis, nec viribus, nec præſidijs, ſed ſignis atq; miraculis tueretur; & quantò maioribus illa premeretur angustijs, tantò potentiore manu eam defenderet. Propterea nec regem in populo ſuo eſſe voluit; ne ſancti homines regios nutus intuerentur, vel immanibus opibus confiderent. Tandem verò regem ipſis dedit in irâ ſuâ, *1. Sam. 8. 7. Act. 13. v. 21.* nec vnquam ſeculis conſequentibus paria priorum

virtutum teſtimonia edidit. *Pſal.* 147. ℣. 20. In Aegypto non clàm, ſed approbantibus regibus per Ioſephum introducta fuit Hebræorum religio, *Pſal.* 105. ℣. 22. propterea nec iniuſtè egiſſe videri poterat Moyſes, ſi Pharaoni toties pacta violanti, vim & arma oppoſuiſſet, quòd nec opportunitas deeſſet, nec ipſi robore indigenis cederent, *Exod.* 1. ℣. 7. *& ſeqq. Exod.* 3. ℣. 9. *Pſal.* 105. ℣. 24. 25. *Actor.* 7. ℣. 17. quin etiam ſumma eſſet Moſis autoritas apud Regem, Regni proceres, atq; populum. Attamen vi nihil tentauit, ſed cedere maluit furori Regis, quàm conatibus intempeſtiuis atq; præpoſteris diuinũ conſilium anteuertere. Fuit igitur Iſraëlis ex Aegypto exitus omnibus victorijs atq; triumphis glorioſior, hocq; miraculum vno ore omnes Prophetæ deprædicàrunt, vt eſſet monumentum conſeruatæ diuinitùs Eccleſiæ, ad memoriam poſteritatis ſempiternã, *Deut.* 6. ℣. 12. *& ſeqq.* ℣*ide latiſſimè Anton. Fabrum, Iſtum & Conſiliarium Lutheranum*

in d.

in d. tract. de relig. regend. lib. 3. cap. 5. per tot. Vbi in fin. addit : Veluti à Veterum ſtudijs atq; moribus ferè vbiq; receſsimus: ita præſens DEI auxilium euaneſcere, & ex oculis nobis eripi palàm cõſpicimus. Senſim enim obſcurata eſt, & ferè exaruit ſpes atq; fiducia priſtina erga DEVM in Eccleſijs, &c. Ex quo fit, quòd bellorum atq; periculorum anguſtijs circumcluſi diuinã opem, quam hactenus reſpuimus, tandem deſperemus, & gentilium more in profundiſsimas errorum tenebras præcipitemur. Nimium exaggeratis poteſtatis juribus, omnia ciuibus ſuſpecta fieri, Principum peccata populi peccatis cumulari, & maxima Rebuſp. accerſiri atq; attrahi pericula ſolent. *Hac ille.* Iohannes Brentius, Lutheranus Præpoſitus Stutgardiæ in VVürtẽbergiâ, & Phil. Melanchthon *in Epiſt. ad Philip. Landtgrau. Anno* 1530. *in Comitijs Auguſt.* ſcribunt: Dux Fridericus, laudatiſſ. memo. ſuo periculo Lutherum docere permiſit, nec contra

Cæſa-

Cæſaream Maieſt. tueri voluit. Si eodem modo nunc Principes affecti eſſent, nos miſeri miniſtri leuiores curas haberemus, & alacriori animo pericula ſuſtineremus. *Et paulo poſt:* Conſtat, nos ſemper inquietas practicas & tumultus diſſuaſiſſe & orâſſe, vt nos doctrinam noſtram ipſi defendere ſineremur. Illuſtriſſ. C. V. nouit, hanc cauſam DEI cauſam eſſe, in quâ DEI auxilium expectandum ſit, qui haud dubiè noſtri etiam non obliuiſcitur, ſi modò non nimium feſtinabimus illegitimis præſidijs & conſilijs nos ipſos tueri, &c. Idem ſentiebat Lutherus, *teſte Hortled. tom. 2. in præfat.* cæteriq; eius aſſeclæ, *vt videre eſt apud eundem Hortl'd. tom. 2. lib. 1. per tot.* Vide etiam cōſilium Melāchthonis (primarij tunc temporis Lutheranorum Principum in cauſis conſcientiæ conſiliarij) ad eundem Philippum, *ibid. lib. 5. cap. 2.* vbi *in fine* addit, Cæſare oppreſſo, vel ipſo & Galliarum Rege inuicem colliſis, neceſſariò plures in religione diſſen-

ſenſiones atq; hæreſes ſuborituras eſſe. Sed quemadmodum opinionum nouiter repertarum natura eſt, vt non facilè concordent, earumq; diſcipuli in varias ſtatuendi libidines rapiantur atq; rotentur: ita jam circa Lutheri tempora nouus hic Magiſter proprios ſuos diſcipulos habuit contradictores, *vt apparet ibid. ex lib.* 2. qui de hac re primùm dubitare, deinde bellum defenſiuum contra ſummum Magiſtratũ ſuum ſuadere cœperunt, vſquedum ad offenſiua tãdem arma publicè prolaberentur; vt iam nec juramenta ligios vaſallos, arma contra Imp. ſuum detrectare volentes, excuſare valerent, vid. *Hortled. d. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 7. *qui idem ponit cantilenam quandam Saxonicam cap.* 10. *inter alia ita habentem, verſ.* 10. *& ſeq.*

Chur/ Land/ vnd Leüt ſetz ich daran/
GOtts Wort muß nicht zu Boden
gahn/
Darauff da thue ich bawen/
Wer es gleich Pabſt vñ Kayſer laid/
Zu GOtt ſteht mein Vertrawen.

Fürſt

Fürſt od' Pabſt/ſeyſt wer du wolſt/
Ob du gleich daran zörnen ſolſt/
Nach dir thue ich nicht fragen/
Was du mir haſt zu Trient gethan/
Will ich dir noch wol ſagen.

Ex quo Troiano equo prodeunt periculoſa illa fœdera, tam inter ſe inuicem, quàm cum exteris inita, quibus non raró priuata ſociorum compendia, cupiditates, odia continentur, quæ ſub religionis velo opportunè occultantur, & in aliorum fortunas inopinató erumpere ſolent. Inprimis veró deteſtanda eſt Maxima illa Huguenottarum in Galliâ, quâ concitatis à ſe exteris Principibus contra regem ſuum, & in ipsâ Franciâ ſuccenſis bellorum ciuilium facibus, iniquiſſimæ cauſæ ſuæ patrocinium deſpōdebant, & nunc Hiſpaniarum, nunc Angliæ regem aduerſus regem ſuum armare cupiebant, *vt paſſim docet Merc. Fran. tom.* 15. *f.* 336. *& ſeqq.* Similes illi ſunt hac in re Turcis, qui inter alia rogant Prophetam ſuum, vt diſſenſiones inter

inter Imperatorem Regesq́ Chriſtianos ſerere, & hac ratione Alcoranum ſuum in Europâ dilatare velit. Furor iſte Huguenotas tam grauiter inuaſit, vt corporali juramento Duci de Rohan promiſerint, non, niſi Regis Angliæ cum conſenſu, pacem à Rege ſuo petere; quod certè ſine totali oppreſſione vnius aut alterius regis vix euenire poſſet. *Merc. Fran. d. tom.* 15. *f.* 289.

Sed in Germaniâ noſtrâ obtinet Officiũ judicis ſiue Imperatoris, ſi Princeps Imperij in detrimentum Imperij, non conſulto Imper. ligam cum aliquo vicino faciat aut facere tentet: ita Carolus V. Imp. 3. *Maij Anno* 1521. mandauit Epiſcopo Lauſanienſi ſub pænâ 200. marcarum auri puri, ne cum aliquo (ſunt hæc verba mandati) confœderationem, ligam, aſſociationem ſeu ciuilegium, Principe, Poteſtate, vel Communitate, ſine noſtrâ licentiâ, audeat, vel præſumat inire. *Rutger. Ruland. tr. d. Commiſſ. part.* 3. *lib.* 5. *c.* 10. *n.* 1. Sic illegitimum & proinde ſatis

ſatis infelix fuit fœdus illud Smalcaldicum, non ex omnium etiam Lutheranę religioni eo tempore addictorum mente ſancitum, quorum ſi conſilijs fuiſſet obtemperatum, nunquam in tanta pericula Principes confœderati incidiſſent. Captis enim Ducibus, in ditionem Cæſaris redactæ erant ciuitates, propugnacula, munitiones, & cætera ſociorum præſidia omnia: adhæc ambo Franciæ & Angliæ Reges, quibus nec opportunitas nec voluntas deerant, & impediendi & retardandi conſilia Cæſaris: alieno prorſus tempore è viuis diſceſſerant. Daniæ verò Rex, quantumuis fœderis ſocius, auxilia debita denegauerat, *Sleid. lib.* 18. Quæ fortunæ adiumenta maxima, etſi acriùs incendere Cæſarem, victoriamq́ꝫ eius ferociorem reddere poterant: tamen ſalua ab ipſo (prætenſo) hoſte conſeruabatur libertas, patria, religio, vita atq́ꝫ ſalus ciuium. Per cætera ſi quid eo tempore ſeueriùs actum fuit, armorum iſta & Martis communis

nis fuerunt facta, non Cæſaris. Quòd enim pòſt pace publicâ, quòd cæteris communis vitæ commodis fruebantur Lutherani: hoc totum, æqualibus Cæſarum Auſtriacorum imperijs tribuendum erat, veluti fatetur ipſe judicioſiſsimus Anto. Faber *d. tr. d. relig. regend. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 192. & 200. Bellum namq́ gerentes Auguſtiſsimi Imperatores noſtri Auſtriaci, finem ſibi ſtatuunt, non victoriam ipſam, & vt imperio ſuo cuncta ſubijciant, ſed iucundum aliquod vel honeſtum, vel vtile, quod ex victoriâ ſequi videtur. Quapropter Carolus V. Imp. Antonio Leuæ alijsq́ Ducibus, Iulij Cæſaris & Alexandri exempla laudantibus, neq́ vti ſcire Carolum ſuis victorijs ad potentiæ & magnitudinis incrementum, adſerentibus, grauiſsimè reſpondit: Alexandro & Iulio ſolum honorem & gloriam fuiſſe propoſitam pro ſcopo, ſibi verò & omnibus Chriſtianis Principibus ad honorem & gloriam reſpiciendum quidem eſſe, ſed tamen cum

hoc

hoc temperamento, ne dum illam aucupentur, animæ ſalutem deperdant: victoriâ proinde ſic vtendum, vt Deo quoq; actionum ſuarũ rationem reddere poſsint, *Dn. Beſold. de arte iureq; belli, cap. Vlt. num. 6.* Vnde non eſt, quod Proteſtantes de Hiſpanicâ quadam Monarchiâ ſiue Dominatu timere vel ſuſpicari debeant, vide Londorp. *tom. 1. lib. 10 cap 1. & ſeqq. & maximè cap. 10. Vbi reſpondet* auff den bericht der Anhaltiſchen Cantzley / *de quo tom. 2. lib. 2. cap. 10. eodemq; tom. 2. lib. 8. tract. 16. f. 1319. itidem reſpondetur*, nouam hanc Monarchiam (quam Hiſpanorum vndiquaq; diſperſæ, defenſioniq; tot diſsitorum regnorum pares vix vires, Auſtriacusq; candor, nullo modo admittunt) ad traducendas niueas Auſtriacorum mentes, ſuumq; fucum cum præſenti Reip. ruinâ palliandum ſomniantibus. *Videatur omninò eod. lib. 8. tract. 18. nota 5. fol. 1333.* Hucq; collimat Surius, licet eum, ex illaudabili religionis odio, & af-

fe-

affectu, ſuggillet Hortled. *tom. 2. lib. 5. c. 4. in pr.* Quin potiùs coniunctis viribus Regi Galliæ obuiandum, ne cuius ſuſpicionem in Hiſpanum cõijcit, Imperium Romanum ſub dominatũ ſuum ipſe fallaciter conſtringat. Nihil Imperio Hiſpanus ſubtraxit, ſed benè Gallus, vt iam ſequetur. Quàm enim frigida planè atq; friuola cauſa fuerit cõfœderationis illius initæ ab Henrico II. Francorũ Rege, prætenſæ libertatis Germaniæ ita nominato vindice, cum Principibus quibuſdam Imperij: id ex literis ipſius hac de re in publicum datis videre licet *apud Hortleder. tom. 2. lib. 5. cap. 3.* vbi ſanctè iurat, nullâ ſe ſpe lucri ad fœdus hoc acceſsiſſe; quî ergò tres illas vrbes Imperij, Gallis finitimas, Metim, Tullum, Virodunũ, contra iuratam hanc fidem occupare potuit? *Hortled. d. l. Vbi in Bodinum & Thuanum, Regem ſuum falsò excuſantes inuehitur.* Seueriùs aliquantum Regis ſui partes tuetur Huguenota Serres, *hiſt. Franc. Vol. 3. ſous l' an* 1552. quaſi Gal-

Galliæ regibus antiquum & hæreditarium jus à Carolo vſq; Magno in Imperio Romano, ipſis aliquando à Saxonicis Imperatoribus ereptum, competeret; Additque Serres *d. l.* Regem Franciæ eodem, quo Metis ſupplantata, aduerſus Argentoratum vti voluiſſe ſtratagemate, ſed impari imò nullo cum effectu. Nec jam eâ quam quærebant, ſiue animæ ſiue cõſcientiæ atq; bonorum libertate, quin imò minori fruuntur ſuprà dictæ ciuitates, Metis, Tullum, ac Verdunum, quàm cùm legitimo ſuo capiti adhuc parerent. Præterea omnes ferè Galliarum Reges ſummè reuerentur S. Sedem Pontificiam, vnde facilè colligere licet, quòd ſimulata hæc pro defendendâ Proteſtantium religionis libertate ſint fœdera, & vt opinor, vnicè eò tendant, vt Germaniam, quam in ſuã poteſtatem reducere Rex ſatagit, potentiſsimo Hiſpanorum Regi, tanquã vallum aliquod opponat, ipſeq; in jura atq; bona Procerũ pariter atq; ſubdito-

ditorum Imperij pro arbitrio debacchari poſſit: id quod ex modernis Galliæ ſcriptoribus, qui Regem ſuum tantùm non in Iouis ſolio collocant, dum eũ ſupra omnes viuos & mortuos Reges atq; Imperatores exaltāt, facilè cuiuis perſpicuum eſſe poteſt. *Vide le Prince de Balſac paſſim, & maximè fol.* 395. Gallia contra Gallos, Germanos ab eiuſmodi fœderibus dehortari poteſt; tùm namq; in factiones diuiſa eſſet, & alij Ariouiſtum Germanum, alij Romanos in auxilium vocâſſent: Galliam ingreſſus Iulius Cæſar, eam in prouinciæ formam redegit, *Comment. Caſ. lib.* 1. & 6. Velut etiam Græcos ſuâ diſcordiâ & ciuilibus bellis eò redactos ſcribit Herodot. *lib.* 3. vt non gloriam tantùm dominationis, ſed libertatem ſuoq; amitterent. Generaliorem Politicam rationem, ob quam Galliarum Rex facilè ſe exteris adiungit, aſsignat Matthien Peleus, *in hiſtor. Henr. IV, lib.* 3. *p.* 787. *parce qu' il faut donner à la cõtrarieté des Francois vn exercice, qui cõ-*

ſume ſes mauvaiſes humeurs, et entretienne ſa ſanté: c' eſt à dire, qu' il faut entreprendre vne guerre dehors, pour entretenir la paix au dedans, Hoſtem ſubditis ſuis opponere oportet, ne ipſi hoſtes fiant. *Le Francois ayant vnefois eſté Soldat, ne veut plus faire autre meſtier, & par faute de la guerre, la fait aux paſſans ſur les chemins.* Quid multis? inanes ſunt minæ, non ſuâ vi ſubnixæ, facileq́ ſibi interitum accelerat qui aliena auxilia efflagitando, virium ſuarum imbecillitatem etiam apud auxiliatores, qui ſemper ferè pro redhoſtimento ex clientibus ſubditos facere ſolent, ſuſpectam reddit. Teſtatur id Vngariæ regina Iſabella, quæ cum rege Iohanne, contra Ferdinandum Auſtriacum, Regem Romanorum, Solymanni Turcici Imperatoris protectioni, magno ſuo regniq́ malo ſubiecit. Idem experti ſunt Græc Perſæ, Tartari, Georgiani, alijq́ ſu protectione Turcarum Tyrañi ex Clientibus ſubditi facti. Ita cùm Baiaz

th

thes II. ab Alphonſo Rege Neapoleos contra Gallos, atq; idem Turca à Ludouico Duce Mediolanenſi contra Venetos in auxilium euocaretur: tam benè expiſcatus eſt conditiones portuum iſtius maris, vt adhuc ipſi ſaliuam moueant, crebrasque inſidias eius adhuc hodiè experiantur. Sic Pruſsia Regi Poloniæ ceſsit, ſic Vienna (*ſi VVehnero credimus d. memam. rerump. c.* 18. *f.* 294.) Conſtantia, Cameracum, Vltraiectum &c. Vrbes Imperiales eſſe deſierunt. Nec aliâ ratione Romani, quàm per cuniculos protectitios, ad tantum faſtigium aſcenderunt; id quod Latini, ſed ſerò nimis, olfacere tandem inceperunt.

Hos nempe effectus pariunt religiosis illa, à priuatâ heteroclitorum quondam capitum Zelotypiâ profecta ſsidia, hacq; ſub ſpecie, excuſſo naturalis obedientiæ legitimo jugo, apud ieni ſtatûs fraudulētos aucupes amta auxilia: contrà vbi vna religio b vno capite agnoſcitur, non tam

facile eſt, ſubditos, quacunq; aliâ de
causâ, in dominum ſuum armare. Et
Bodinus quidem opinatur *lib. 4. de re-
pub. c. 6.* nihil periculoſius eſſe, quàm
in duas ſententias ſcindi ciuitatem, ſi-
ue de legibus, ſiue de religionibus, ſiue
de rebus alijs ciues inter ſe diſſentiant:
quia vnum vni per rerum naturam
contrariũ quidem eſſe poteſt, plura vni
contraria fingi non poſſunt: itaq; cùm
plures inter ſe diſcrepãt, medios quoſ-
dam interiectos eſſe neceſſe eſt inter
extrema contraria. Quòd enim plerîq;
mirantur, quamobrem in ipſis Chri-
ſtianæ Eccleſiæ primordijs, tanta ſe-
ctarum ac numinum, tanta religio-
num multitudo, quantam Tertull. &
Epiphanius fuiſſe memorant, id eſt
centum circiter ac viginti, ſine belli
ciuilibus contineri potuerit: in cauſ
fuiſſe videtur ipſa diſcrepantiũ inter ſ
opinionum varietas. *Quæ ille.* Sed hæc
ſententia ad atheiſmũ quàm proxim
accedit; quâcunq; enim ratione muta-
tur religio, magisq; quum in eâ cuili-
be

:t audendi ex arbitrio conceditur fa-
ıltas: haud dubiè rerump. conuerſio
ınſequitur, totq; exinde factiones o-
ıntur, quot ſectis religio dilaniatur.

CAP. IV.

DE PERPETVO MILITE.

Ppium Claudium ſæpè dicere ſo-
litum memorat Valer. Maximus
7. c. 2. negotium populo Romano
liùs quàm otium cōmitti, nō quòd
oráret, quàm jucundus tranquilli-
s ſtatus eſſet, ſed quòd animaduer-
:t, præpotentia imperia agitatione
ım ad virtutem capeſſendam exci-
, nimiâ quiete in deſidiam reſolui.
â de causâ Pericles, ne facultatem
et otio torpeſcendi Athenienſibus,
triremes in alienas terras miſit, vt
endia illic mererentur, cùm patria
ıta eſſet. *Plutarch. in Pericle.* Hinc
ır. Zernemannus, *d. laborib. C. Iulij*
tris, num. 274. ſequentia veterum
manorum Imperij arcana recen-

ſet: Ne aſsiduâ conſuetudine capti, ſtudium belli gerendi agriculturâ cõmutent: ne latos fines parare ſtudeant, potentioresq; humiliores poſſeſsionibus expellant: ne accuratiùs ad frigora & æſtus vitandos ædificent: ne qua oriatur pecuniæ cupiditas, quâ ex re factiones diſſenſionesq; naſcuntur: vt animi æquitate plebem contineant, cùm ſuas quiſq; opes cum potentiſsimis æquari videat. Populus namq; quieti ſtudens, tributarius ferè eſt, *Geneſ. 49. verſ. 15.* Romani non aliâ de causâ facti ſunt prǫda Hañibalis, quàm quòd 24. annorum ſpacio arma magnoperè non vſurpârant, *Sturm. ſerm. 2. de bello contra Turcam ineun.* Si quis velit eos Principes, qui recentioribus temporibus in Italiâ Principatum amiſerunt, conſiderare, vti Neapolitanum regem, Mediolanenſium Principem, & id generis alios, animaduerteret in eis, præter cæteros errores, cõmunem quendam in parandis armis defectum. Econtrà Philippus Macedo

(non

(non Alexandri M. pater, ſed qui à T. Quintio ſuperatus fuit) habebat non ſatis amplum Principatum, ad Romanorum & Græciæ totius magnitudinem, vnde inuadebatur: nihilominus cùm eſſet vir bellicoſus, multarumq; rerum vſu peritus, ad retinendos populos maximè idoneus, & quà ſe ſecurum à potentioribus redderet, rationis gnarus, plures annos contra eos bellum ſuſtinuit: & licet nonnullarum ciuitatum poſſeſsionem amiſerit, regnum tamen retinuit. Meritò igitur *à Plato. 3. d. legib. & Ariſt. 5. Polit.* ad excitandas vigilias ciuium præſcriptum eſt, vt aliquando ex veteri metu periculi excitentur; quod *Frontin. lib. 1. c. 9. lib. 2. c. 9. & Polyan. lib. 5.* inter ſtratagemata militaria reponunt. Cui non abſimile eſt, quòd alicubi ciues in certas legiones diſtribuuntur, quò militaria exercitia addiſcant; id quod jam olim Venetis, hodiè verò omnibus ferè Principibus Europæis ſolenne eſſe conſueuit, *Dn.*

Beſold. d. tr. c. 2. n. 2. Ariſtoteles quidem, dum tractat hanc quæſtionem: an Rex vires circa ſeſe habere debeat? Si, inquit, habeat poteſtatem legibus conſtrictam, vt nihil ex voluntate ſuâ faciat, ſed ex præſcripto legum: neceſſariæ erunt vires, quibus leges tueri queat; & forſan, ait, conueniat huiuſmodi regem vires habere, ſed tantas, quibus ſingulis & compluribus potentior ſit, multitudine vniuerſâ impotentior. Sic antiqui cuſtodias temperabant, cùm aliquem ciuitati præfeciſſent, quem Aeſymnetam vocitabant, vel tyrannum. Et cùm Dionyſius peteret ſatellites cuſtodię causâ, quidam Syracuſanis tot eſſe cuſtodes dandos conſuluit. Verùm de his nobis iam non eſt quæſtio.

Legionum certè fulcimentis totius Romani Imperij machina ſemper ſuſtinebatur, remotisq; cadebat. Horum mentionem facit Tacit. 4. *annal. n.* 4. quales nimirũ fuerint tempore Druſi. Auguſtus Cæſar in Germaniâ ſuperiore

re ad Danubium quatuor legiones locauerat, quæ minimum 24000. peditum & ferè 5000. equitum continebant, *Veget. lib. 2. cap. 26.* Auguſtam, Geminam, Piam, Fidelem, Geminam Martiam, Victricem, & XVI. Claudius Auguſtam in Britanniam à ſe ſubactam tranſtulit, quæ cùm bello ciuili Vitellio adhæſiſſet, à Veſpaſiano per Illyricum eſt diſperſa, Gemina in Pannoniam traducta, primò & ipſa pro Vitellio pugnauit, demum in ſua caſtra remiſſa, poſtremò à Traiano in Daciam tranſmiſſa fuit; Gemina Martia, & ipſa à Claudio in Britanniam ducta, feliciter pugnauit; exindè à Nerone in Dalmatiam deducta pro Othone in Italiam venit: quo occiſo, in Britanniam reuerſa, demum in ſuperiorem Germaniam rediit. XVI. cùm pro Vitellio pugnâſſet, tandem in ſua caſtra eſt remiſſa. *Dion. lib. 55.* Germaniæ primæ ſecundum Rhenum eiuſq; tractui pręerat Dux Mogontiacenſis; reliquæ

Germaniæ primæ alius Dux præfuit, & Comes cum copijs Argentorato, quę & ipſa eiuſdem prouinciæ erat vrbs clariſsima. Et quidem ob incurſionem Hunnorum tot in eâdem prouinciâ copiarum Duces eſſe oportuit, vt hoſtium furori faciliùs ocurrerent, cùm vnus tam multis in locis ſufficere non poſſet, *Marcellin. lib.* 14. In Pannoniâ, quæ nunc Auſtria dicitur; vt & in cōterminâ Bauariâ, ſimiliter Dux præerat, qui aliorum Ducum habebat inſignia, videlicet librum purpureo tegumento notis inſcriptum, cum codicillis magiſtratûs & typo caſtrorum decem. Præſidia habebat XXVII. quæ Hunnis opponere oportuit. *Vid. Guid. Panciroll. in notit. Imp. Orient. & Occident. f.* 176. *& paſſim.*

Et vt rem ab initio repetam, perpetuus iſte miles ad tutelam imperij fuit ex inſtituto Imp. Auguſti, qui ſapienter pleraq; in nouo Imperio aut inſtituit, aut reſtituit, vt res viſæ poſtulare. Hæc autem inter noua, & in laudibus Auguſti jam mortui Tacitus ponit 1.

annal.

annal. legiones, prouincias, claſſes, cuncta inter ſe conexa. Auguſtus enim rerum potitus, cùm prouincias inter ſe & populum Romanum diuideret, illi *(non ſine causâ)* pacatas tradidit: barbaras verò gentes, & quæ præſidio militariq; curâ indigebant, ſibi retinuit. Itaq; militibus in finibus Romani Imperij locatis, nouem limites à legionibus defendendos conſtituit, *Dion. lib.* 55. Vnum in Hiſpaniâ cum tribus legionibus, ſecundum in Germaniâ inferiore ſuper Rhenum cùm quatuor, tertium in ſuperiore ſuper Danubium cum alijs quatuor, quartum in Dalmatiâ cum duabus, quintum in Pannoniâ cum tribus, ſextum in Syriâ cum quatuor, ſeptimum in Aegypto cum duabus, octauum in Africâ cum vnâ, nonum in Mœſiâ ſuper Danubiũ cum duabus, quæ omnes erant legiones 25. *vt ex Tacito & Dione patet.* Cæterùm nouis quotidiè hoſtibus in orbem Romanum ingruentibus, antiquis limitibus alij quandoq; additi, quandoq; veteres minuti fuere. Zoſi-

mus autor eſt *lib*. 8. Diocletianum extremis in limitibus vbiq; Imperiũ Romanum oppidis, caſtellis, & burgis muniuiſſe, omnesq; copias militares in his domicilium habuiſſe, ne barbari eos fines tranſire poſſent. Quædam autem legiones & in oppidis erant, etſi pleræq; in caſtris: ſed in oppidis dico, quæ valida aut magna, & ideò motui aut rebellioni opportuna. *Eutrop. lib. 7. Bulenger. de Imper Rom. lib. 3. cap. 16. Lipſ. d. magn. Rom. lib. 1. c. 4.* Atq; ita ordo & diſpoſitio fuit, vt limitanea loca militem haberent, interiora vix haberent: & eſſent, vt in magnâ vrbe, circa mœnia diſpoſiti & vallum. Cohærebant autem prouinciæ; ideoq; & legiones, per cohortes ſuas & alas ſparſę, & inter ſe vicinæ. Singuli verò Comites aut Duces, diuerſos prouinciarum limites tuebantur, nomineq; Ducis appellabantur olim vniuerſo exercitui præfecti, *l. 5. ff. d. paſt.* poſtmodum autem hoc nomen ad limitum præfectos tranſijt, *Vt ex Tacit. lib. 18. & Vopiſci*

piſc. in Aurelia. conſtat. Itaq; Ducum limitaneorum origo vetuſta, ab antiquioribus Principibus initium trahit. Comitis verò titulo aliqui Duces à Conſtantino Magno honeſtati fuére. Nam vt Euſebius ſcribit *lib. 4. c. 1. de Vita Conſtantini.* Comitũ alios in primo ordine collocauit, alios in ſecundo, alios item in tertio. Atq; iſtâ ratione alij propè innumeri clariſsimos honores adepti fuére. Nam vt plurimos honoribus afficeret, diuerſos dignitatum gradus excogitauit. Quos igitur ex limitaneis Ducibus Comites ordinis primi creauit, Comites per prouincias appellat, *l. 3. C. d. offic. rector. prouinc.* Eratq; hic gradus, *ait Caßiodor. in 6. Varior.* aliquando altior ſpectabili, ſed inferior illuſtri: & ideò ij vt Ducibus digniores, ante ipſos collocabantur, qui nunc propter temporũ abuſum poſtponuntur, *vt ait d. Guido Panciroll. in notit. Imp. Orient. cap. 139. f. 85. col. 2.* Comites verò à Principis Comitatu, à quo prodeunt, dicti, ſeu

quòd ipſum ſoleant comitari, *Lamprid. in Alex. Marcellin. lib.* 16. Aliquando Duces milites ſuos legebant, quos poſteà Zeno ſolius Principis autoritate creari voluit, *l. pen. C. d. re milit.* Ducibus & limitaneis militibus, vt alacriùs pugnarent, & quæ tuebantur loca, libentiùs amarent, captos ex hoſtibus agros, vnde alerentur, primus Alexander Imp. aſsignauit. *Lampridius*, quæ de hoſtibus, *inquit*, capta ſunt, limitaneis Ducibus & militibus donauit, ita vt eorum eſſent, *ſi hæredes eorum militaſſent*, ne vnquam ad priuatos pertinerent, dicens, eos attentiùs militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Addidit his & animalia, & ſeruos, vt poſſent colere, quod acceperant, ne per inopiam hominum, vel ſenectutem poſsidentiũ desererentur rura vicina Barbariæ, quod turpiſsimum eſſe dicebat. Ante Alexandrum agri ex hoſtibus capti ſæpè publicabantur, *l. ſi captiuus. ff. d. captiu. & poſtlim. reuerſ.* & diſtrahebantur, quandoq; etiam in

bo[illegible] præ-

præmium veteranis adſignabantur, vt in prædijs in Germaniâ trans Rhenum captis factũ fuiſſe Paulus IC. ſcribit *in l. Lucius. ff. d. euict.* in quibus quia certi limites ſtatuebantur, limitati agri appellabantur, *in l. agris. ff. d. acquir. rer. domin. l. 1. §. 3. & 4. ff. de flumin.* Hi Duces non, vt alij magiſtratus ad tempus, ſed in perpetuum creabantur. *Procopius lib. 3. de ædif. Iuſtin.* Locum, *inquit*, nomine Artales, muro muniſsimo cingens, præſidium inexpugnabile ibi ordinauit, militaresq́; conſtituit cohortes, quibus Principẽ perpetuò futurum definiuit, quem Romani Ducẽ latinâ voce appellant. Sed & prædia illis in limitibus in perpetuũ colenda tradita, eos perpetuos fuiſſe arguunt. Apud Francos verò, non ad vitam, ſed tantùm ad certum tempus Duces conſtituti fuêre, & pro Regum arbitrio creati, ſic vt dignitates illæ Nobilitati communiter paterent, nec ad familias reſtringerentur. Atq; indẽ tot in añalibus Comites, pleriq; etiam

Du-

Duces absq; locorum mentione relati; etſi merita interdum huic conſuetudini derogârunt, *Reineccius lib. 1. annal. Caroli M. f. 13. idq; patet ex Gregor. Turonenſi paßim, & maximè lib. 4. cap. 36.* Indè etiam frequenter *apud eundē* hæc verba leguntur: Exduce, expræfecto, excomite, exuicario. Labente poſtmodum æuo, perpetuos & hæreditarios conſtitutos, vel Hollandici Comitatûs donatio à Francicis Regibus facta ſatis loquitur. *Iſac. Pontan. orig. Franc. lib. 6. c. 14.* Iamq; ſub Carolo Caluo Comitatus fuiſſe hæreditarios, patet *ex Annal. Belg. Miræi f. 403. & ſeq.* Rufas tunicas & alia ornamenta geſtabant Duces, *quæ deſcribit Vopiſc. in Aureliа. & Pollio in Claudio.* Illis diſcumbentibus, retrò conſiſtere equites mos erat, *inquit Procop. lib. 2. d. bello Vandalor. ad fin.* nec vllis quâm Ducibus ſecum armatos ducere fas erat. Amplæ ijſdem annonæ dabantur, *quæ in Epiſtola Valeriani à Pollione in Claudio referuntur.* Baltheo præcipuè ſiue cingulo con-

conſpicui erant, id enim eorum erat & militum inſigne, *S. Ambros. ſermo.* 14. In prouinciam ſibi decretam proficiſcentes Duces, veredis curſûs publici vti poterant, *l. nemo. C. d. curſu publ.* poſteà cùm iter faciebant, ſuis jumentis vtebantur. In Occidente limitanei Duces, Comitesq́ Magiſtro militum Præſentali paruerunt, quo & in Italiâ poſt everſum occidentis Romanum Imperium à Iuſtiniano recepto, vsq́ ad Longinum Iuſtini ſecundi Præfectum idem eſt obſeruatum. Is Exarchatus ſede Rauennæ poſitâ, non prouincijs, vt anteà, ſed ſingulis oppidis Duces præfecit, quod per multos annos obtinuit, *inquit Blondus lib. 8. 1. decad.* Vnde Narnienſis, Spoletanus, atq́ adeò Romanus, dicti ſunt Ducatus. Huius exemplo Longobardi, Clephis regis tyrannidem exoſi, eo extincto, 30. Duces creauerunt, qui in ſingulis vrbibus imperabant. Sed & Germani, Principes oppidorum, quæ in feudum concedebant, Comites dixe-

xe-

xerunt: in limitibus verò conſtitutos, Marchiones i. limitibus præfectos: quibus verò 12. Comites ſubijciebant, Duces appellârunt, *vt ex Grego. Turonenſi & Aimone colligitur*, quod tamen Pipini tantùm æuo obtinuiſſe *docet Iſac. Pontan. orig. Francic. lib.6.c.13.* Itaq; minores Ducibus facti ſunt Comites, qui priùs præcedebant. Ad Ducem ita Princeps ſcribebat, Experientia Tua, aut Laudabilitas, *l. 27. C. Th. d. curſu publ.* vel Grauitas veſtra, *l. 4. C. Th. de cohortalib.* Innocentius III. P. M. Duci Carinthiæ ſcribens ait, Nobilitas Tua, *c. Venerabilem. d. electio.* Officiales Comitum & Ducum judicio Principis creabantur, officij enim codicillos ex ſcrinio libellorum accipiebant. Hæc exemplaria & probatoriæ appellabantur, quia primò à Principe, deinde à Comite aut Duce, cui inſeruiebant, ſubſcribebantur, & in officio conſeruabantur. *l. Vlt. §. fin. C. de diuerſ. offic. Apud Francos*, Duces non exercitibus tantùm ſed juri etiam dicundo

præ-

præpoſitos *oſtendit Formula apud Marculf. Monach. lib.1. c.8.* quemadmodum & Comites erãt quidem illi, qui Principem ſuum ſectabantur, eiusq; lateri adhærebant; ſed demum ex horum ordine aſſumebantur, qui ad regendas prouincias mitterentur, hiq; non tum Principis, à quo aberant, ſed prouinciæ dicebantur, quam ipſi cum Comitiuâ dignitate gubernabant. Comitis, *inquit Zoſimus lib.* 5. ea poteſtas eſt, vt omnibus prouincias Orientis adminiſtrantibus præſit, & quæcunq; non aguntur, vti par erat, corrigat. Apud Francos autem, Comites vtplurimum erant ordinarij, qui jus dicebant, *Gregor. Turon. Vbi d. S. Nicetio,* ac ſingulis non modò ciuitatibus, ſed & regionibus præerant, *Id. d. B. Gregor. & lib. 6. c. 22.* tributa quoq; curabant, & ærario inferebant, *Marculf. 1. c.8. Turonenſ. 5. c. 22. & 7. c. 23.* Quin & ſinguli Comitatus in Cẽtenas ſeu territoria quædam diuiſi fuére, quibus minores judices præerant ſub Comitis diſpoſitione,

ne, *Bignon. ad Marculf.* qui Centenarij dicebantur, & Tungini à ting, quod forum judiciarium Germanis olim erat, & adhuc Danis ſignificat, *Pontan. d. lib. 6. c. 14. Vide de Comitibus ſiue Imperatorijs iudicibus, Conſtitut. Frid. de pace tenend. & eius violat. §. ſi verò violator pacis. 2. Feud. tit. 27.* Talesq; Duces ac Comites ex Adelingis ſiue nobilibus olim creari ſolebant; *quâ de re videri poteſt Reiner. Reinecc. ad annal. Caroli M. fol. 13.*

Et his quidem limitibus Imperium Romanum, ceu firmiſsimo vallo atq; præſidio diu conſeruabatur; donec Conſtantinus, amotis præſidiorũ munitionibus, maiorem militum partem à limitibus abſtractam, in oppidis præſidio minimè egentibus collocâſſet, qui theatris & voluptatibus emolliti, vrbes onerabant, quæ deſertæ manſerunt, vnde hoſtes fines denudatos irruperunt, *Zoſim. lib. 8.* Ex pari infortunio Aſia in Turcarum manus peruenit. Conſtantinus namq; Gladiator,

tor, theſauris exhauſtis, pecuniâ inutiliter conſumptâ, tributa quoq; liberis Prouincijs impoſuit, pro quorum ſolutione eas immunes reliquit à prædiarijs alendis: quâ ratione Turcis latiſsima feneſtra aperta fuit, qui etiam exindè citiùs in Græciam pedem intuliſſent, niſi Chriſtiani Principes, maximis expeditionibus in Aſiam ſuſceptis, ſub auſpicijs Gothofredi Bullionei, furorem Saracenorum retudiſſent, *poſt Zonar. & Traducc. Dn. Beſold. d. arte belli c. 1. n. 3.* De ſimili negligẽtiâ accuſatur Iuſtinianus Imp. *à Procopio in hiſto. arcanâ, fol.* 106. Olim, *inquit*, Romani Impp. paſsim in extremis oris frequentes militum manipulos conſtituerunt, qui limites Imperij Romani, præſertim per Orientis prouincias tuerentur, indeq; Perſarum atq; Saracenorum incurſiones vimq; arcerent, quos & limitaneos appellavêre. Hos Iuſtinianus adeò ſtatim deſpicatui duxit, vt quadriennalia & quinquennalia ſtipendia illis à

Quæ-

Quæſtoribus differrentur. Romanis verò Perſisq́ inducias agitantibus, miſeris illis commodo pacis fruituris, certa erant ex ærario concedenda ſtipendia, tandem eos Cæſar per iniuriam ex albo militum expunxit; ita demum Romanorum fines præſidio deſtituti, miles limitaneus ex piorum manibus & largitate pendebat &c. Ita Nicol. Cuſan⁹ *d. l.* 3. *de Concord. Cathol. c.* 39. Quondam, *ait*, ſolebant Epiſcopi, Abbates, Principes, Comites, ſecundum ſubiectam ſibi prouinciam & terram, annua & quotidiana ſeruitia, perſonalia & realia, Imperio facere: ex quibus quidam ſtipendiarij exercitui quotidiano Imperiali pro defenſione Reip. tenebantur, ac etiam ipſe Imp. honeſtiſsimum Imperialem ſtatū geſtare ſolebat. Quo quidem Imperiali & Reip. defenſorio exercitu deficiente, perijt Reſp. multum. *Huiusq́ rei cauſas aperit Ioh. Barclaius in Argen. lib.* 4. *f.* 414. *& ſeqq.* In Galliâ quoq́ Legiones olim inſtitutæ, ſed pòſt iterum abo-

abolitæ fuerunt à potentioribus, qui ſibi metuebant, ne à plebe opprimerentur, *Dn. Beſold. de arte belli, cap. 2, num, 3.*

Non ſolum ergò parari, ſed & conſeruari miles debet, ſi regna velimus. Iulius Cæſar dicebat, duo eſſe, quibus paretur Principatus, cuſtodiatur item, & augeſcat quoq; milites & nummariam vim. Sed hæc mutuis necti auxilijs: quippe alimentis contineri milites, illa verò militari ope accumulari. *Cæl. Rhodign. lection. antiq. lib. 20. cap. 25.* Quò tendit modus ille Turcico Imp. vſitatus, qui nihil in bella inſumit, ſed adhuc è bellis lucratur. Nã (1) omnia oppida & pagi obligati ſunt, in caſtra Imp. farinæ & hordei quantitatem, quocunq; jubentur, deportare. (2) decimas ex raptu & prædâ habet (3) more receptum eſt, vt omnes Baſſæ, Beglerbegi, Sangiacchi, & alij Officiales, Imperatori, vbi ad exercitum peruenit, ſeſe ſiſtant, vt munere quodam ipſum honorent; idq; cùm fiat in con-

conſpectu omnium, inuicem certare ſolent, quis ſplendidius & præſtantius donum Imperatori offerat. *Dn. Beſold. d. tr. c. 4. n. 2.* (4) pace factâ, nouis contributionibus, quicquid in bello expendit, â ſubditis repoſcit. Negat quidem Machiauell. *2. com. 10.* pecuniam eſſe neruum belli, idq; confirmare videtur bellum Henrici V. Imp. cum Boleſlao Poloniæ Rege; qui pacē Imperatori obtulit, quâ verò Imp. monſtrato theſauro ſuo non egere dixit, moxq; victus eſt; *totam Hiſtoriam, quæ ſatis lepida, recenſet Lehm. in Chron. Spir. lib. 5. cap. 42.* Veluti quoq; Rudolphus I. Imp. cùm Ottocarum Bohemiæ regem armis peteret, & in tranſitu per Moguntiam à Domino de Klingen interrogaretur, quiſnam theſauros ſuos cuſtodiret? reſpondit, theſauros ſuos eſſe quinq; ſolidos, addens: Sicut mihi dominus ſemper prouidit, ſic & in hoc itinere poterit prouidere. Habuit ergò Principes, Comites, vrbes, omnesq; beneuolos, & vbiq; ſubſidia inueni-

uenìebat, *Lehm. d. lib. 5. c. 109.* Sed Henricus pecuniæ, Rudolphus militibus palmam dedit: ſecuriùs aget, qui vtraq́ coniungit. Maius malum eſt, quando cum pecuniâ commeatus quoq́ ſiue alimenta deficiunt: Verè enim euenit, *quod Veget. lib. 3. c 26. ait*, qui frumentum neceſſariumq́ commeatum non præparat, vincitur ſine ferro. Ita referunt, Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, cùm Belgicis copijs imperaret, maiorem difficultatem in eo bello nullam, præterquàm in procurandis adducendisq́ ad exercitum rebus ad victum neceſſariis, expertum fuiſſe, anno 1557. In hoc peccauit etiam Sebaſtianus Portugaliæ Rex in Africanâ expeditione; hocq́ modo Franciſcus I. G. R. Italiæ imperium amiſit. *Vid. Dn. Beſold. d. arte belli cap. 7. num. 6.*

Prætereà deficiente annonâ, impoſsibile eſt, milites in officio continere, vnde collabaſcit militaris diſciplina, quâ ſolâ Roma vicit, *teſte Veget.*

*l.c.*1. Franc. Guicciardinus conqueritur, factum eſſe magnâ ſui æui militię jacturâ, vt milites nullum inter amicos & hoſtes diſcrimen ponerent, & ſic non minùs populos & prouincias vaſtarent ij, qui vt eas defenderẽt, quàm qui vt offenderẽt, ſtipendia acceperãt. Sed militarem diſciplinam interdum corrumpunt ciuilia bella, in quibus illa exactè ſeruari nequit, *D. Beſold. d tr. cap. 7. num.* 1. tuncq́; vitia inter milites ipſâ licentiâ creſcunt, vt verè in tales quadrent ſequentes verſiculi:

Vn Cordelier tomba entre les mains
D'aucuns Soldats, non pas trop inhumains,
Qui luy ont dits: Frere, qu'on ſe deſpesche,
Fait nous ici quelque beau petit preſche,
Pour reſiouir la compagnie toute.
Le Cordelier, qui leur parler eſcoute,
Sans s'eſtonner ne leur refuſa point
Et pour preſcher cõmença en ce point

Ie n

Ie ne ſcaurois aſſez vous collauder,
Meßieurs (dit-il) Ie veux bien aſſeurer,
Que voſtre train pur, innocent, et mũde.
A cil de Chriſt reſſemble eſtant au monde.

Premierement il hantoit les meſchans:
Sy faites vous, et les allez cerchans:

Il ne fuyoit les nopces et banquets:
A table nuicts et iours on oit vos caquets.

A luy venoyent paillards et Publicains:
Avecques vous ſont touſiours les putains.

En croix pendu fut entre les larrons:
En tel eſtat de bref nous vous verrons.

Puis vous ſcavez, qu' aux enfers deſcendit:
Vous aurez bien un ſemblable credit.

Il en revint puis, au Ciel s' envola:
Mais vous iamais ne bougerez de là.
Voylà ſans faute, en oraiſon petite,
De voſtre eſtat la louange deduite.

Aliàs autem pœnæ ſeueritas efficacißima eſt ad firmandam militiam, *R. P. Contzen* 10. *polit. c.* 58. ita vt ne Ducibus quidem parci debeat: vnde intempeſtiuâ illâ reorum indulgentiâ, præſertim Ducum exercitûs, magnoperè Iuſtinianum obfuiſſe Reip. *in hiſtor. arcan. præf. fol.* 18. ait Procopius. Aliter planè Otto Magnus Imp. cùm enim aciem contra Græcos inſtruxiſſet, & in primâ velitatione ſtatim nõnulli eius Duces terga verterent, hacq; ratione exercitus ad internecionem cæderetur: Romæ poſteà eos capite truncari iuſsit, *qua de re omninò vid. Lehm. in Chron. Spir. d. lib.* 5. *c.* 31. *in fin.*

Quia ergò per Duces ſæpè infelicia bella geruntur, hinc quærere ſolent Politici: vtrum Princeps ipſemet exercitui adeſſe debeat? Et quidem præſentiam Principis maximum ſemper afferre momentum, maximè in regnis nouiter partis, vel vbi ſubditi ad ſeditionem procliues ſunt, vix eſt, vt vllus hominum dubitare poſsit. Præſens enim, quæ conturbatè fiunt & confuſè,

ſè, cernit, ſtatimq́ remedium afferre poteſt: ſe verò abſente, audit quidem & certior fit de periculorum magnitudine, ſed eo demum tempore, cùm omnis remedij facultas penitùs eſt adempta. Nec præterea miniſtrorum direptioni patebit vnquã expoſita prouincia. Tum ſibi ſatisfactum putant (etiam ſubacti) populi, vbi ad præſentis Principis perfugium proximus eis patet acceſſus, quo maiorem etiam (ſi boni viri eſſe in eum videri velint) amandi occaſionem habent: ſin minùs, timendi. Sic Turca ipſe in Græciâ faciundum cenſuit, qui omnibus legibus ad illud imperium retinendũ ſeruatis, non potuiſſet tamen iſtud retinere, niſi eò demigrandum, atq́ ibi inhabitandũ ſtatuiſſet. Et nuper ann. 1622. Oſmañus ſedem Imperij in Aſiam translaturus, laqueo inecto impeditus fuit. Hinc *Anto le Pippre intent. moral. c. 2.* grauiter diſcurrit, an rectè fecerit Philip. II. Rex Cath. quòd anno 1566. in Hiſpanijs remanſerit, cùm fortaſſe præſentiâ ſuâ, motûs in Hollandiâ ex-

ortos in herbâ, quod aiunt, comprimere potuiſſet? ſed maluit Philippus digiti curam relinquere, vt ſanitati reliqui corporis eò meliùs conſuleret, ne fortaſſe à reliquijs veterum noxiorum humorum recidiuam pateretur, id quod vel ex ſolâ recordatione nigri regum quondam ſuorum capillitij accidere potuiſſet. Sed aliud nonnulli dicunt eſſe, ſi de Principis in bello præſentiâ loquamur: cenſent namq; Principem ingruente bello debere ipſum arma induere, hoſti prodire obuiam. Sic apud Hebræos Regis officium erat, vt primus iret in bellum, 1. *Samuelis* 8. & etiam hodiè apud Cannibales, rex in hoc ſuperior eſt ſubditis, quòd primus eſt in bello cæteriq; infiniti illum ſequuntur *Montaign. lib.* 1. *cap.* 30. *fol.* 181. Regem enim imbellem, arma auerſantem, viri militares contemnunt primùm, deinde ciues; contemtum pernicies ſequitur, cùm maieſtas opinione magis hominum & reuerentiâ

quàm

quàm viribus & potentiâ nitatur. Cõtrà Principem ad bellum euntem, in caſtris verſantem, ſubditi & milites quaſi numen venerantur, maiorẽ conditione mortali heroem cenſẽt, & pro eius ſalute, omnes ordines ad omnia templa placãdis ſuperis vota ſuſcipiũt. Eius exemplo atq; imperio ſumi, medij, infimi, ad arma inflammantur: in Principis oculis milites, pro ſe quiſq; grauia quamuis pericula adeunt. Rationes certè & conſilia belli adminiſtrandi præſente Principe facilè explicantur, abſente ſæpè tardiùs afferuntur, lapsâ agendi opportunitate, quæ momento temporis vertitur. Cæſar ſeditionem exercitûs verbo vno compeſcuit, Quirites vocando, qui ſacramentum eius detrectabant: Auguſtus vultu & aſpectu Actiacas legiones exterruit, *Tacit. lib. 1. annal.* Cæſari in Pharſalico bello victoriam peperit, nõ præſentia ſolùm, ſed & quòd ipſe hoſtes fuerat aggreſſus. Cùm enim exercitus eius pauore correptus, nec pre-

ce, nec alio modo ad pugnam animari poſſet: Cæſar vnius clypeo arrepto, Duces circumſidentes in hunc modũ allocutus eſt: Erit hic mihi vitæ finis, vobis autem rei militaris dies vltima. Quibus dictis ex acie procurrens, ſic hoſtes propulit, vt per 10. pedum ſpatium loco cederent, ducentaq́ ad illum tela jacerentur, quorum partem euitaret, partem clypeo exciperet. Quo facto cæteri accurrentes ante ipſum conſtiterunt, & exercitus omnis impetu auectus, per vniuerſam diem depugnauit, nunc impellens, nunc repulſus, victus victorq́ per partes, quouſq́ in veſperam tandem victoriâ potitus eſt. *Appian. lib. 2. d. ciuil. bello.* Eadem cauſa quoq́ Regi Sueciæ tot victorias nuper peperiſſe videtur: niſi ipſius irruptionem potiùs diuinæ prouidentiæ adſcribere velimus. Vt enim terrores de cœlo ſæpè hominib⁹ à Deo incutiuntur, vt fulmina, incendia, & crebri imbres: ſæpè è terrâ, vt telluris hiatus & quaſſationes: ſæpè ex aëre, vt typho-

typhones & nimbi: ita hi à Deo aſſeruantur, Septentrionales & Hyperborei terrores, vt pro aliâ pœnâ, quando & quibus prouidẽtię viſum fuerit, immittantur, *Niceph. Gregoras hiſtor. Rom. lib* 2. Ita Lactantius *lib.* 7. *de diuina præm vbi de euerſione Rom. imperij loquitur:* Summa, *inquit*, rerum poteſtas per plurimos diſsipata & conciſa minuetur. Tunc diſcordiæ ciuiles in perpetuum ſerentur, nec vlla requies bellis exitialibus erit &c. Tum repentẽ aduerſus eos hoſtis potentiſsimus ab extremis finibus plagæ ſeptentrionalis orietur &c. Vicíſsim Franciæ reges, cûm domi deſiderent, regno ceciderunt, aditusq; Pipino & poſteris ad imperium fuit patefactus; quoniam regum ob ignauiam, rerum penes ipſos erat procuratio. Simili de causâ Mauri, reges Cordubæ pcipitârunt, belli curâ ad Alhagibos ſiue proreges imprudenter ablegatâ. Ipſas quoq; victorias, ſine Principe acquiſitas, non omni modo perfectas eſſe dicebat Selymus I. Imp.

Turcicus. Sunt alij, qui diſtinguunt, vt Princeps quidem præſens, & conſilijs interſit: ſed omninò nullis inſidijs aut periculis ſeſe exponat; cui ſententiæ aſtipulantur præſertim Hiſpani, apud quos Principes periculis obiectare nefas eſſe Galli dicunt, eosq́ hanc ob cauſam reprehendit Mich. de Montaign. *lib.* 2. *des eſſais. cap.* 21. quaſi Reges Hiſpaniarum, etiam hac in parte quadam antipathiâ laborent erga Galliæ reges, quos indè à Clodouæo, qui Alaricum Viſigothorum regem, protectoremq́ Arrianæ hæreſeos, in prælio propriâ manu occidit, nunquam ferè militibus defuiſſe dicunt. Regerunt verò Hiſpani, *que los Franceſes ſe burlan, mas no ſe han de burlar*: duos enim reges captos, duo vulnera diu ſtillantia numerare deberent, & tandem ſapere. Adhæc Hiſpanos ſine regis ſui præſentiâ fideles eſſe atq́ alacres, nec opus habere voce regis, cuius voluntati omnes cum iacturâ vitæ ſatisfacere promptiſsimi: Philippum II. H. R. in

me-

medio regnorum ſuorum, tanquam cor in humano corpore, conſtitutum, nihilominus vltra 3225. milliaria dilatâſſe fines Regnorum auitorum; *y eſſo por el Valor de ſus Cauallero*, *y Capitanes*. Præterea dicunt, Carolum V. Imp. amore erga religionem, Haleaſanum contra Barbaroſſam in regnum Tunenſe reſtituiſſe, vt illud cum rege Eccleſiæ lucrifaceret, in acie verò ad monitum Marchionis de Guaſt, Locotenentis ſui Generalis, in tutiorem locum ſeceſsiſſe: Romanos Cõſules & Imperatores affectâſſe pugnam, nec tamen etiam ita periculoſos fuiſſe congreſſus iſtius temporis, vbi comintùs pugnabatur, cùm jam per multos paſſûs, inuento pyrio puluere, mors in inopinatos irruat: Principum vitam reddere animoſos, eam autem in acie diſperditam victorem etiam exercitũ in fugam agere; quod oſtendit clades Varnenſis, cùm Vladislaus Hungariæ rex in acie contra Amurathem II. aliquoties temerè in hoſtem irruens, vi-

tam in ipſo victoriæ momento prodigeret. Vnde cùm Turci terga jam verterent, Chriſtiani quoq; ex diuerſo, veluti rege amiſſo, fugæ ſe commiſerunt, *Callimach lib. 2. d Clade Varnenſi.* Contrà de Ottone Imp. ſcribit Tacit. 1. *annal.* Poſtquam pugnari placitum, intereſſe pugnæ Imperatorem an ſecedere melius foret, dubitauêre. Paulino & Celſo jam non aduerſantibus, ne Principem obiectare periculis viderentur, ijdem illi deterioris conſilij auctores pepulêre, vt Brixellum concederet, ac dubijs præliorum exemptus, ſummæ rerum & imperij ſeipsũ reſeruaret. Is primus dies Ottonianas partes afflixit, namq; & cum ipſo prætoriarum cohortiũ equitumq; valida manus diſceſsit, & remanentium fractus animus.

Verior autem opinio mihi videtur eſſe, Principem aciei nunquam intereſſe debere, niſi quando ferè conclamatum eſt, deq; ſummâ rerum agitur. In caſtris autem inter milites verſari opor-

portet eos demum Principes, qui nouorum regnorũ acquiſitioni ſtudent, qualis fortè rex Sueciæ nuper fuit, qui tamen in hoc peccâſſe videtur, quòd vitam ſuam haut chariorem quàm quiuis miles habuit. Quin & earum nationum Principes intereſſe caſtris debent, qui ſine odio ſubditorum domi manere nequeunt, vt de antiquis Galliæ regibus notat Henry Montagu *Max.* 2. *ſ.* 6. vbi inſimul edocet, ne quidem Locotenentem Generalem exercitûs debere ſe in acie periculis obijcere; cùm hic prudentiâ atq; experientiâ ſuâ totum exercitum tanquam anima regat atq; informet, ac ipſo tanquam capite reſecto totum corpus reliquum fatiſcat. Sicq; per Ducem belli, bellum geritur, debet vnicus eſſe, non plures. Plurium imperium, *ait Liu. dec.* 1. *lib.* 4. bello inutile. Rarò namq; proſperè pugnatum eſt, vbi pluribus collata fuit auctoritas & dignitas. Et faciliùs imperat, qui ſua ſolius conſilia ad finem perducit, quàm qui ſua pariter & alie-

na. Facilius etiam eſt militi, vnius viri judicio, voluntati & diſciplinæ parere, quàm id dare operam, vt pluribus placeat. Nulla quoq; bella citiùs aut tutiùs confecta leges, quàm quæ geſta ſunt ſub vnius imperio: quod vbi neglectum, autoritas Ducis acciſa, & tandem etiam labefactata fuit. Athenienſium res vnus Dux nunquam non benè geſsit, quas plurium imperium peſſundedit. Lex Laconica, *vt eſt apud Thucyd. lib.* 4. tres quidem Duces ſimul emittebat, ſed diuersâ poteſtate. Nam penes vnum tantùm ſummum erat imperium, cui in prælio mortuo ſuccedebat deinde ſecundus: eiq; ſimiliter tertius ſucceſſor erat. Idq; eo fine factum, ne vnius mors res benè cœptas turbaret, aut in vnius animâ ſalus exercitûs conſiſteret. Ita neq; plures imperârunt quàm vnus: neq; ex vnius tantùm morte vllum Reip. periculum imminere potuit. At Romanis duplex imperium interdum placuit, & vterq; Conſul aliquando emiſſus, vt alternis die-

diebus alter faſces ſiue imperium haberet; idq́ eâ de causâ, vt ſi alter malus eſſe voluiſſet, alter eum, dum ſimilem habebat poteſtatem, coërceret. Sed plerunq́ ſimultas, & ambitio diſcors, exercitum perdidit: & Collegæ nunc temeritas, nunc prauitas, impedimento victoriæ fuit. Cannæ ab hoc malo Romanorum clade & calamitate nobiles ſunt. Viciſsim ſub Dictaturâ omnia fuerunt proſperè & feliciter geſta, nec aliter Annibalem, victoriâ ferocientem, domare Romani potuerunt, quàm poſtquam vni imperium commiſiſſent, Dictaturam Q. Fabio deferentes. *Maiol. tom 2. dier. Caniçul. f.* 576. *Richter. axiom. Hiſt.* 152.

Hoc autem cauere debet Princeps, vt neminem omninò ad hanc dignitatem euehat, quem Imperij æmulum fore metuat. Et in hoc Veneti atq́ Belgæ maximè perſpicaces videri volunt, hocq́ neglecto Iulius Cæſar ad ſummi Imperij faſtigium aſcendit. Quapropter Perſæ Ducibus non conceſſerunt abſo-

abſolutam poteſtatem, *Diodor Sicul l.* 15. *n.* 41. *in fin.* licet hæc cautela ſecuros magis reddat Principes quàm victores, magisq́ locum habeat in regno ad rebellionem prono, quàm vbi nihil tale timetur, *Vid Dn. Beſold. d. tr. cap.* 8. *n* 18. Facilè verò omnibus hiſce incommodis Princeps occurret, ſi ipſe belli armorumq́ notitiam acquiſierit, quæ ſola ferè ars imperantis eſſe videtur. *Plutarch. in Pyrrho* Vnde conſultiùs eſt, Principum Præceptores, pios emeritosq́ Conſiliarios & fortes Capitaneos, non ſolos Philoſophos eſſe. *Boccalin. lib.* 1. *ragg.* 54. *ad fin fol.* 424. Digna eſt memoriâ inſtitutio Caroli V. Imp. qui puer admodum à patre Philippo & auo, non magis regnorum, quàm ſum̃arum difficultatum hæres relictus eſt, neq; ſpes erat, à puero tantam & tam confuſam rerum molem poſſe ſuſtineri Ergò proſpiciens animo pater, curatore ſapiente & fido egere filium, illius educationem atq; curam Ludouici XII. G. R. fidei commiſit, cuius

cuius integritatem pridem expertus erat. Ille, etſi hæc procuratio proferendæ ditionis materiam non difficilem præbebat: cùm tamen ei tantâ vtilitate fides antiquior eſſet, eam ſincerè administrauit. Caroli enim pueritiæ rectorem appoſuit Guilielmum Coruiacum, Cheuræ ac Archoti Dominum: cuius (vt & Hadriani, pòſt Pontificis Max. huius nominis VI.) conſilijs præceptisq; inſtitutus Carolus, tantam de ſe hominum opinionem & expectationem commouit, vt ei vigeſimum agenti annum, Imperij dignitas deferretur. Militaribus namq; ſtudijs eum exercebat Cheurius, ac peditem equitemq; omni armorum genere à puero inſtruebat, quòd his eum magè ſtudijs delectari conſpiceret. Succeſsiuis verò horis Hiſtorias linguâ Francicâ ac Hiſpanicâ ſcriptas (has enim cum Belgicâ ac Germanicâ addiſcebat) legendas puero proponebat, tum quòd maiorũ pace belloq; geſta impolitè narrarent, tum quòd Latinorũ Hiſtoriographorum

rum ſublimitatem, copiam, ac artem nondum aſſequeretur. *Bellaius lib.* 1. *comment. Pont. Heuterus lib.* 8. *rer. Belg. circa pr. Franciſc. Robertell. in Orat. fun. Caroli V. f.* 26. Vnde vitioſa nimis & ſcholaſtica fuit inſtitutio Sebaſtiani Portugalliæ regis, *Coneſtag. fol.* 31. *& ſeqq.* In eoq; peccauit etiam Plato, qui Dionyſium in Sophiſtam voluit mutare, *Plut. in Dion.* Theodoſius tamen junior, noctu literis, interdiu armis incumbebat, *Hiſtor. Tripart. in præf.* Elegans eſt, quod Plato *in lib. d. ingenio hom.* Regũ Perſarũ filij, *inquit*, quamprimùm ſeptimum ætatis annũ compleuerunt, ad equeſtris dignitatis diſciplinæ magiſtros, atq; in ipſas venationes mittuntur. Anno autem 14. curam eiuſdem ſuſcipiunt, qui magiſtri regij nominantur: & hi quidem ex vniuersâ Perſiâ delecti quatuor ſunt, qui cæteris omnibus virtute præſtent: videlicet ſapientiâ, iuſtitiâ, temperantiâ ac fortitudine. Ex his verò primus eiuſmodi magicam docet, quæ à Zoroa-

roaſtre Oramaſi filio profecta, & nihil aliud eſt, quàm deorũ cultus. Idemq; regia inſtituta tradit. Secundus commonet, vt in totâ vitâ veritatem præcipuè colat. Tetius, ne quo affectu aut libidine ſuperetur. Quartus demum intrepidum illum & impauidum reddit, ne alicubi metuendo ſeruus efficiatur, *Petr. Crinit. lib. 1. d. honeſtâ diſciplin. c. 2.* Et quod de venandi ſtudio dictum, corpus eo laboribus aſſueſit: locorum natura addiſcitur: tum quo modo aſſurgant montes: vallium item ora quo pacto aditum admittant: diffuſi campi vti pandantur: fluminum prætereà natura & paludum hac ratione animaduertitur. Quæ cognitio duplicem affert vtilitatem, tum quòd explorata ſibi pateat tota eius ditionis regio, ac meliorem notitiam præbeat, quâ parte illa defendi poſsit: tum ex illius judicio & locorum vſu, facilè ſitum alium quempiam recenter ſpeculandum ſibi propoſitum, animo complecti poteſt. Nam ferè ex vnius Prouin-

uinciæ ſitu (vbi nimirum colles, valles, camporum æquatæ planities, flumina & paludes abundant) in aliarũ etiam cognitionem deueniri poteſt. Princeps autem qui hac caret, præcipuâ denudatur, quâ parte belli Dux inſtructus eſſe debet: quoniam hęc hoſtem inuenire, caſtris locum capere, exercitum ducere, diem indicere pugnæ: vrbes deniq; docet, cum vtilitate, obſidione cingere. Quam in rem Philopœmenem Achæorum Principem, paſsim ab Hiſtoricis laudatum, Florentinus ille *de Princ. cap.* 14. allegat. Inter alias malorum, quæ te armis denudatum circumſiſtunt, cauſas, ſubeſt etiam illa, quæ tui contemptum parit. Rex enim eſt bellorum artifex, *vt dicebat Synes. Philos. ad Arcad. Imp.* non minùs quàm calceorum ſutor; rideatur hic artis inſtrumenta ignorans, neq; Rex militibus ſuæ poteſtatis adminiſtris rectè, ſi ignotis, vtatur. Nullus quoq; proportionis modus inter armatum cadit atq; inermem: nec etiam

ratio

ratio ipſa patitur, vt qui inermis ſit, ſecurus inter armatos verſetur, quoniam fieri non poteſt, vt inter eos rectè agatur, in quorum alteris indignatio, in alteris ſuſpicio reſideat. Satis autem armatus eſt, qui ex arte bellandi armatis imperare nouit. Quò confert inprimis lectio Hiſtoriarum, vel vnius ſaltem Principis, aut viri militiâ clari, rerum bello præclarè geſtarum diligens cognitio atq; meditatio, quid in bello conſilij tenuerit, quæ victoriarum cauſæ vel detrimenti fuerint, quò & has fugere, & illas imitari poſsit: quemadmodum Achillis Alexandrū Magnum, Cæſarem Alexandri, Cyri Scipionem imitatorem fuiſſe dicunt. Et quid, quæſo, etiā jucundius quàm in hiſtorijs verſari, quàm ſine labore vllo paſsim diuagari, omnes ſimul locos intueri, omnibus bellis ſine periculo intereſſe, infinitum temporis ſpatium contrahere, infinitas res geſtas ſimul cognoſcere: quæ ab Aſsyrijs, quę à Perſis, quæ à Medis, quæ à Græcis

facta

facta ſunt. Bello nunc terreſtri, nunc marino, nunc concionis mediæ videri intereſſe conſilijs. Cum Themiſtocle in mari, cum Leonide in terrâ pugnare, cum Ageſilao traijcere, cum Xenophonte incolumem redire, amare cum Pantheâ, venari cum Cyro, regnare cum Cyaxare. *Maxim. Tyrius diſſert.* 12.

Nihil autem Principem magis admirabilem efficit & formidabilem, quàm bonum conſilium. *Liu. lib.* 22. Sic Annibal Romanos Duces cautos & prudentes multò vehementiùs metuebat, quàm feroces & feruidos. Itaq; cùm Sempronium & Flaminiũ, prompti & rapidi ingenij imperatores, Romani aduerſum ſe miſiſſent, gaudebat Annibal: ac cùm ferociùs quàm conſultiùs rem ſciret geſturos, eorum temeritati inescãdæ leuibus aliquot prælijs patiebatur ſe vinci, vt cauſam iuſti certaminis cum illis contraheret. Deinde quò proniores eſſent in vitia ſua, eos ſociorũ cædibus atq; incendijs irrita-

rita-

ritabat Pœnus. Illi ſuum dedecus rati, quòd per mediam Italiam Pœnus impunè vagaretur, pugnandi conſilium cepére. Ita dum præproperè vniuerſo periculo ſummam rerũ committunt, inſignibus duobus prælijs ab Annibale victi ſunt. Sed Dictator Fabius longè aliâ ratione bellum id geſsit. Nam conſilio magis quàm fortunæ conſidens, itineribus ſummâ cum curâ exploratis, ad hoſtem ducebat, neq; quoties Pœnus in aciem educeret, faciebat pugnandi copiam. Ea ſolers cunctatio Fabij, Annibalem non mediocri curâ ſollicitum habebat, quòd cum duce, haudquaquam Sempronio Flaminióue ſimili, futura ſibi res eſſet: cerneretq; eum tandem militiæ magiſtrum delegiſſe Romanos, qui bellum ratione, non fortunâ gereret. Ac prudentiam quidem ille, non vim Dictatoris metuit, conſtantiamq; eius haud dum expertus, agitare ac tentare animum, mouendo crebrò caſtra populandoq; in oculis eius agros ſociorum, cœpit,

cœpit: & modò citato agmine è conſpectu abibat, modò repentè in aliquo flexu viæ, ſi excipere degreſſum in æquum poſſet, ſubſiſtebat. Fabius per loca alta agmen ducens, modico ab hoſte interuallo, vt neq; omitteret eũ, neq; congrederetur, carpens agmen, palantesq; excipiens, in caſum vniuerſæ dimicationis, quam omnibus artibus petebat hoſtis, non veniebat. Cũq; aliquando Fabius victoriam ex Minutio hoſti extorſiſſet, Annibalem ex acie redeuntem palàm dixiſſe ferunt, tandem eam nubem, quæ ſederet in jugis montium, ſollicitatam procellâ imbrem dediſſe: & à ſe Minutium, ſe à Fabio victum. His igitur artibus Fabius Annibalem ſedendo & cunctando magis quàm vllis viribus fregit. Carolus V ſapiens, R. G. regnum initurus, multis malis & cladibus attritũ illud reperit cùm Aquitania tota, pars Normanniæ & Picardiæ ab Anglis occuparetur. Res illi erat cum rege longè omnium, quicunq; in Angliâ regnârunt,

unt, feliciſsimo & fortiſsimo, Edu-
rdo III. qui paucis antè annis Gallos
nagnis duobus prælijs fregerat. Prio-
e enim ad Creciacum cõflictu aduer-
us Philippum Valeſium G. R. cecide-
ant vndecim Galliæ Principes, mille
lucenti equites, & militum 3000. al-
ero per Principem Cambriæ filium &
egatum ſuum in Pictonum agro Io-
annem G. R. vicerat, & ceperat vnà
um Philippo filio (pòſt Burgundiæ
)uce) multisq; Principibus, qui in
ngliam traducti ſunt. His tot exer-
tuum ſtragibus, regni opes adeò at-
itæ erant, vt iam ſuis viribus niti nõ
oſſet. Accedebant ad hæc mala ingẽ-
s ſeditionum procellæ, commotæ
ım Lutetiæ, tum alijs in Galliæ locis.
ed Carolus ita prudenter dextreq;
unia regni tractauit, vt cùm Delphi-
us patris in Angliâ captiui vicem ob-
et, mox etiam rex deſignatus, ſopi-
s inteſtinis diſsidijs, paulatim Anglis
iperet, quæ ditionis ſuæ fuerant; *Vi-
dere eſt apud Ioan. Serres in Inuent. ge-*

 ner.

ner. hiſtor. Franc. ſub ann. 1366. Neq́ꝫ ta
men aut patri Iohanni, aut auo Philip
po, militiæ artibus par erat: ſed cùm
vtrumq́ꝫ prudentiâ anteiret, plura cõ
ſilio quàm vi gerens, nihil temerè, ni
hil improuidè (vt illi, dum timidi vi
deri nolunt) nihil niſi conſultum &
cogitatum agebat. Raró arma indue
bat, ſed vbi opus eſſet, & belli artium
rudis non erat, viroſq́ꝫ ac ſtrenuos le
gere nouerat. Ergò Rex Eduardus
cùm eius ſolertiâ videret armorum
ſuorum aciem retundi, & labefactari
victorias ſuas: En (aiebat) eccui rex
alius viſus eſt, vel magis armorum in
ſolens, vel qui mihi maiorem re
rum laborumq́ꝫ molem ſtrueret?
Totos dies domi ſedens, epiſtolas di
ctat: at me grauiùs inermis armatum
literis fatigat, quàm patris & aui ipſi
us arma copiæq́ꝫ fecerint. Adeò pru
dentiâ pollebat Carolus, vt illi hanc
laudem hoſtis tribuere non dubitaret.
Quippe non modò populum, egeſtate
priùs ac miſeriâ preſſum, primùm pa
ce

:e, deindè largâ opulentiâ recreauit: ✓erùm tam ingentes quoq; cumulauit liuitias, quas reliquit filio, vt indè nō antùm ſapientis cognomen, ſed etiam liuitis ferret. *Froſſ.* I. *c.* 132. *Antimach.* *theor.* I.

Sed quia nulla Reſp. abſq; amicis ſi- ie fœderatis facilè conſtare poteſt, vir irum & vrbs ſeruat vrbem, *Vt inquit Menand. in fragm. Comicor.* fœdera ve- enum Reip. paratum extinguunt, vi- amq; eius prorogant, *Ritter. d. homag. e proſcen. n.* 1. vt hinc qui bonis ma- ſq; ſuis bellare didicerunt, fateri co- antur, dum ſinguli pugnant, vniuer- os vinci, contrà verò ſingulorum pe- cula mutuis viribus propulſari, *Iu- tin. lib.* 34. *hiſtor. Tacit. in Vit. Agric. & Lipſ. f.* 456. *&* 461. Ideoq; expedire iterdum videtur Principi, habere edera, cùm quò potentius regnum, grauioribus inſidijs ſit obnoxium, uresq; oſores quàm defenſores ha- eat; vnde ſine præſidio amicorū non u conſtare poteſt, Perche non è po-

tenza niuna, che non habbia le ſue d
bolezze, anco il Turco ha il ſuo oſſ
da rodere. Ogni coſa ha il ſuo contr
peſo. *Botero lib.* 1. *d. detti mirab. Dn. B*
ſold. in tr. de fœder. cap. 1. *num.* 3. Hin
Ariſtot. *lib.* 8. *Ethicor.* vt quisq́; *inqui*
maximè opibus, Principatu, atq́; po
teſtate excellit: ita amicis maximè in
diget; quos tamen facilè inuenit, qu
viribus & autoritate pollet. Verum
enuerò, vt facilè concedam, clientur
curam Principem habere debere; i
namq́; Romani copijs ſociorum no
pauciora quàm ſuis auſpicijs geſſerũt
ſanè nunquam ferè proſunt fœder
quia aut tardos & negligentes, aut pa
cos, & æmulos reddunt, vt exempl
duor. illor. fœderum, Pauli III. an
1537. & Pij V. anno 1570. & ſeq. cu
Hiſpaniar. rege & Venetâ Rep. cont
Turcarum Imp. facilè docetur, qu
tamen hîc minimè culpare, ſed vt
poſterum magis perſpectè & ſæpiùs i
ſtaurentur; monere volo potiùs. Ali
autem fœdera parùm prodeſſe iu
ca

:antur ijs, qui naturâ ad maiora inci-
atum elatumq́ animum gerunt. Re-
nũ enim ſocium nõ admittit, nec in-
er fratres, nec etiam inter patrẽ filiũq́
egnandi ſocietas firma & tuta eſt.
Hinc Turca non rarò quaſdam Arabũ
ohortes ſecum in bellum ducit, quos
amen ære conductos; vt hodiè in
Galliâ ſolent Heluetij, nunquam ſo-
iorum aut fœderatorum nomine di-
natur. *Renat. de Luſing. d. tr. lib.1. c.6.*
n fin. Inter inæquales potentiâ, nulla
erè tuta ſunt fœdera, *Vt patet ex his,*
uæ egregiè examinat Dn. Beſold. in tr. d.
æder. c. 8. *num.* 4. Paris verò poten-
æ Principes longo tempore firmâ a-
nicitiâ frui poſſe impoſsibile eſt. Mor-
alium communi vitio omnes inclina-
valdè ſumus ad diſsidia, etiam cum
etrimento noſtro, nec ferè quiſquam
onſiderat, quæ hinc exoriri ſolent in-
ommoda, priuſquam contigerint. Et
a mihi videtur, *inquit Phil. Cominæus*
b.1. cap. 16. potentiorem eſſe aliquem
ucem, qui decem millia militum &

gubernare & alere poſsit, quàm decem alios, quorum cuiq; pari conditione ſex ſubſint millia, confœderatos: cùm horum coniunctioni tot quotidiè infeſtandæ occurrant cauſſæ, vt conciliandis & ſuſtinendis in amicitiâ mutuâ animis, neceſſ habeant plus mediâ parte temporis opportuni rebus gerendis, vt taceam quibus machinis opus ſit ad perſuadē dum ſingulis, quod concludere atq; exequi in vniuerſum vnus poſtulat. Idq; exemplo Normanniæ Britanniæq; Ducum firmat Cominæ. *d. l.* 1. *c.* 15. & 16. vbi tamen id limitat, ſi quis ſuperior omnibus, nulli non in officio cō tinendo ſpeciatim ſupereſſe poſsit. Quin & confœderatis non nimis fidē dum, ſed circumſpiciendū eſſe, vt auxilia eorum non corpus faciant ſed membrum, ſemperq; minus roboris habeant, quàm is cui mittuntur; ſapienter, vt omnia, monet Dn. Beſold. *d. tr. d. arte belli, cap.* 2. *n.* 7.

Nunquam verò Chriſtianus Prin-ce[p]

:eps ſibi perſuadere patiatur, vt cum
manifeſtè impijs, quales ſunt Turcæ
ılijq́ꝫ infideles, fœdera contrahat, ad
ıocendum Chriſtianis alijs: *Theodor.*
Reincking. de regim. ſec. lib. 1. claſs. 3. c. 3.
ı. 33. cum aliquot ſeqq. præſertim n. 49.
um ſeqq cui adde Marq. de Suſan. d. Iu-
læ. part. 1. c. 6. n. 2. 3. cum ſeqq. nam de
ɔace ſiue treugâ hîc non eſt ſermo, ſi-
:ut etiam notum eſt, ſæpiùs ab infide-
ibus contra iniquè offendentes Chri-
ſtianos vel infideles, auxilia Chriſtia-
ıos efflagitâſſe; *& talia exempla recen-*
ſet Paruta lib. 2. diſc. 3. f. 334. Vt & Dn.
Beſold. d. tr. de fœd. cap. 4. n. 3. poſt plures
quoq; Lancellot. *in templo omn. iud. lib.*
1. c. 1. f. 381. vbi dicit, hoc licere, vbi
ıeceſsitas eſt ineuitabilis. Sed Turcam
ontra Chriſtianos euocare, eorum
erras longè latéq; barbarorum manu
omplere, vt fecit Franciſcus I. Vale-
ius G. R. cui Dux Turcicus Barbaroſ-
a cum 110. claſsibus contra Carolum
V. Imp. Germaniæ Principes (quibus
Franciſcus tacitè fauebat, *Fab. d. relig.*

1. *c.* 15. *n.* 17.) ad debitam obedientian reuocantem, ſuppetias tulit, vnd multa millia hominũ, præſertim im puberum & infantum, in perpetuan ſeruitutem fuerunt abducta: *quâ de ca calamitate, nonnulla recenſet Iudoc. Hon dius in deſcriptio. Italiæ, vbi de Fundis Campaniæ oppido, fol.* 169. id verò ab im pietatis labe vindicari nequit, quic quid dicat Mercur. Franc. *tom.* 11. *fol* 118. *& ſeqq.* vbi 17. huius fœderis vti litates, in Chriſtianos etiam redun dantes affert, quæ tamen potiùs treu gas aut pacem, quàm tam arctum fœ dus cum nominis Chriſtiani infenſiſ ſimo hoſte mererētur. Sed eo, *vt d. tom f.* 126. *Galli expreſsè fatentur,* pro defen ſione regis ſui contra Auguſtiſsiman Domum Auſtriacam Regesq; Hiſpa niarum, Galliæ rex vti ſolet; ita vt fru ſtrà miretur VVehner. *de metamorph rerump. c.* 17. *f.* 287. Gallum cum Turc fœdere junctum eſſe, cùm tamen o locorum diſtantiam alter alteri noce re non poſsit. Nam aliud malum fœ dere ſub hoc latet, perpetua nimi

run

rum juſtiſsimæ Domui Auſtriacæ inſidiandi nocendiq́ cupido. Sed fœdera hæc regno Gallico infauſta eſſe, ipſi Politici eius haud inficias eunt, exindeq́ pœnas luiſſe omnes Franciſci poſteros, videre eſt apud Thuan. *in annis* 1559. 60. 72. 73. 74. *lib.* 22. 26. 55. 56. 57. 59. Ac ſunt qui dicant, Franciſcum morientem exclamâſſe, ſe perijſſe, omnemq́ miſericordiam ſibi clauſam eſſe ob hoc fœdus, factũ à ſe, vt æmuli ſui vel gloriam infuſcaret, vel vindicaret iniuriam: *Sleid.lib.*15. *Schönborn.* 4. *Polit.* c. 36. Demus etiam, licere cũ Turcis fœdus pangere: tutum tamen non eſt, cùm illi ex ſolâ vtilitate æſtiment fidei cuſtodiam. *Leuncl. lib.* 3. *hiſt. Muſulm. Turc.* & *Pandect. hiſt. Turc. c.* 175. Vnde Iohanni Palæologo Imp. totiq́ Græcię exitialis fuit confœderatio, cum Amurathe I. facta: cuius exemplo deterriti Veneti, noluerunt, etiam in extremis anguſtijs, cum Turcâ fœdus paciſci. *Paruta,*2. *diſc.* 3. *fol.*334. Ita contra fœderis jura Venetos improuiſo bello aggreſſus eſt Selymus II. *anno* 1570, cui-

us Imp. vt & Amurathis, Mahometis, & Baiazetis II. hiſtoriæ, perfidiæ exemplis pleniſsimæ ſunt, ita vt verè i[n] illos quadret illud Herodoti: Nihi[l] Barbaris neq; fidum neq; verum. Videatur Anto. le Pippre *d. tr. cap.* 10. vb[i] etiam hiſtoriam de Barbarigone Veneto in inſulâ Cypro contra datam fi[dem] à Turcis excoriato, cuteq; eiu[s] adhuc hodiè Venetijs in perpetuam re[i] deteſtationẽ apud Dominicanos Monachos aſſeruatâ, recenſet. Quid[q;] Summus Pontifex Eminentiſsimi[q;] Cardinales de Turcicâ fide ſentiant, i[n] verò ex Epiſtolâ Leonis X. P. M. ad V[-]ladislaum Pañoniæ Bohemiæq; Reg[em] *anno* 1516. exaratâ, colligere licet: Lecti[s] tuis literis, *ait P. M.* quibuſcum era[t] exemplũ earum literarum, quas Tu[r-]carum Rex de pace tecum ſanciendâ aut ſaltem de inducijs ſtatuendis ad t[e] ſcripſerat, quibus me literis ſuper e[a] re conſulis, petisq; à me vèlim, qui[d] tibi agendum ſit, maturè conſtituere ad teq; perſcribere; viſum eſt mihi fa[-]
cien[dum]

ciendum, vt adhibitis ſtatim meis fratribus E. R. Cardinalibus, tantâ de re inter nos ſententiæ dicerentur. Quod cùm eſſet agitatum, tandem omnium conſilio atq; ſententiâ decreuimus, ad te ſcribi oportere, nullo vt pacto non ſolùm pacem, ſed ne inducias quidem vllas cum Turcarum Rege faceres: néue tuam illi fidem, qui nullâ fide obſtringitur, obligares: néue cauſam dares eo fœdere, perpetuis noſtris hoſtibus rem Chriſtianam pub. commodiùs atq; faciliùs perturbâdi. Non enim rex pacem tecum vult vllius boni cauſâ, ſed tantummodò te vt conſopiat, quieſceréq; faciat, dum ipſe cæteros ſuos hoſtes expugnet: vt poſteà ab ijs, qui ei nunc imminent, hoſtibus ſecurus, & fortior robuſtiorq; factus, te tuaq; regna cum primâ rei benè gerendæ occaſione aggrediatur atq; opprimat. Quamobrem non te quidem pax iſta tutum à Turcis reddet, otiumq; tibi comparabit, ſed te quidem ipſe primùm tuaq; regna eâ pace initâ, de-

 inde

inde etiam Chriſtianam remp. opportuniorem illi obijcies ad debellandū, & quaſi de manu, quantum in te eſt, trades. Quod quàm tibi committendum ſit, ſtatues ipſe, & puto ſtatues ex tuâ maiorumq; tuorū dignitate. *Bembus lib.* 11. *epiſt.* 25. Romani verò Imperatores ante ingreſſum in Italiam, tactis ſacroſanctis Euangelijs iurare tenentur: nunquam ſe cum Saraceno, Pagano, &c. vnionem quamlibet, parentelam, aut confœderationem inire velle, *Clem. ne Romani. de iureiur. P. de Andlo de Imp. Rom. lib.* 2. *cap.* 6.

Tandem pro ſecuritate regni, arces nonnulli extruunt; quas quidem alij omninò negligendas ducunt; veluti muros ciuitatum, mulierum cuſtodias vocauit Ageſilaus rex Spartanorum: alij verò tunc demum prætermittendas eſſe cenſent, cùm quis magis externos quàm internōs hoſtes metuere neceſſe habet, ne prouincia munita ſemel amiſſa, difficilis ſit recuperationis, & fiduciâ foſſarum atq; aggerum

vis bellica hebeſcat. Ita namq; Sabinus de munitionibus vrbium Germanicar. *in Epigrammatib. f.* 278. iudicare videtur :

Quando ruinoſis ſtabant circũdata muris
Oppida ; nec praceps foſſa nec agger erat :
Incluta tũ belli Germania laude vigebas,
Hoſte tibi nullos incutiente metus.
At foſſis poſtquam nunc es munita profundis,
Aggeribusq; vrbes vallat arena tuas:
Nunc virtute cares, nunc ſupplex porrigis vltrò
Omnibus imbelles hoſtibus ipſa manus.
Grandia quod trepidos formidine cornua ceruos,
Hoc tua te foſſis mœnia cincta iuuant.

Nam olim in Germaniâ nulla erant fortalitia, ſed ſi quæ Germani, expulſis Romanis, occupauerant, ſolo æquabant, *Marcellin. lib.* 15. *vid. Lehman. in Chr. Spir. lib.* 1. *c.* 5. *in pr.* Verùm contra vim internam citadellas cõducere, putauit etiam Henricus IV. Imp.

qui Saxones, caſtellis burgisq; in Saxoniâ conditis, in officio continere voluit, *Lehm. lib.* 5. *cap.* 27. cui planè contrarius modernus Galliæ Rex, omnia ferè regni ſui fortalitia deſtruxit, magis fortè, ne exteri, Huguenotarum auxiliatores, haberent, vbi præſidia ſua vel inſidias ſecurè collocarẽt, quàm ad præcauendas tantùm ſubditorum rebelliones, vt videre eſt ex illis, quæ de expeditione Rupellanâ diſcurrit Abel. Sammarthanus *Hiſtoriographus Regius*, *fol.* 6. *&c.* qui idem *f.* 108. his verbis alloquitur regem: Rupellâ victâ, multos Principes, multos etiam Reges, multos populos, multos rebelles, mihi crede viciſti. Pariter Turcarum Imp. pro ſtabiliendo ſuo dominatu, non patitur, ſubditos arces foſsis cingere, aut arma portare, aut conuentus agere, aut campanis vti.

Verùm, vt quemuis ſuo ſenſu abundare ſinamus: egregiam ſanè operam præſtant fortalitia, ad conſeruationẽ atq; tranquillitatem regnorũ, eaq; nec

Græ-

Græci nec Romani neglexerunt, quibus tamen omnes alij populi vltrò manus dare, & ita apud illos fortalitia parùm neceſſaria fuiſſe videbantur. Teſtantur id Citadellæ, quas habuerunt apud Corinthios, Tarenti atq; in Regio oppido: Romanumq; Imperium in cunis ſuffocatũ fuiſſet per Gallos, niſi conatus ipſorum muri Capitolini retudiſſent, *Le Conſeill. d' Eſtat, part. 1. cap.* 36. Vnicum enim prælium ab hoſte feliciter peractum, toto regno regem exuit, ſi fortalitijs careat; idq; experta eſt Anglia, vt & Rex Perſarũ, cui Turcarum Imp. vnâ vice ingens territorium ademptum propugnaculis fortalitijsq; poſteà muniuit atque conſeruauit. Et hodiè maximè ſolœciſmus militaris eſt, loca ad fortificationem idonea, hoſtis arbitrio relinquere, qui ea capta, etiam minima ferè, vallo circundare ſolet: vnde noſtra bella diuturniora eſſe, & ad totale excidium, cum innumerorum militum iacturâ, tendere ſolent. Conducunt au-

autem fortalitia inprimis ad colligendos reparandosq; exercitus, ne quis vel incaut⁹ opprimatur, vel poſt amiſſam victoriam hoſti vbilibet liberè vagandi licentiã concedere debeat, nullo refugij loco fractis diſperſisq; militibus relicto. Quam ob cauſam etiã fortalitia non in meditullio regni, ſed in finibus collocanda, vt non tam indè regnum defendi, quàm etiam hoſtis inuadi poſsit: *quà de re videatur Anto. le Pippre cap.* 8.

Cap. V.

DE VICINIS.

Cùm Iupiter ab exordio mundi ſingulis animalibus munera, quæ petijſſent, elargiretur, cochlea ab eo petijt, vt domum ſuam poſſet circumferre. Interrogata à Ioue, quare tale ab eo munus expoſceret, quod illi graue & moleſtum futurum erat. Malo, inquit, tam graue onus perpetuò ferre, quàm, cùm mihi libuerit, malum vicinum non poſſe vitare, *Phadr. Fab.* 17.

Sed

Sed hoc vnum ferè in rebus humanis eſt, quod obtinere non poſsis: quamlibet enim cuncta peruadas, vicinum ſemper inuenies, *Saluian. lib. 5. d. gubernatio. DEI.* Et quemadmodũ Luna in hæc inferiora agit plus quàm aliæ ſtellæ, idq́ ob proximitatem: ita etiam vicini in ſe mutuò agere, & à ſe inuicem quaſi affici videntur. *VVehner. d. tr. cap.* 20. vnde Poloniæ regi cuidã militi ob vulnerum dolorem poſt aciem condolenti, miles reſpondit: magis me vicinus olim meus affligebat, quàm iam hæc vulnera. Felix autẽ eſt, bonũ qui vicinum habet; ideò prædiũ empturo Cato hoc conſilij dedit, vt ante omnia de vicino quæreret. Sed tamen rarò vicinos concordes inuenire licet, nedum Reſp. cùm ipſa dominiorũ diſtinctio, vnde vicinitas contrahitur, ad lites ſopiendas inuenta, quotidiè magnarũ litium cauſa ſit: ita Romani Carthaginenſes, Spartani Meſſenos, vicinos ſuos deuorârũt. Et Virgil.

Mantua heu miſera nimiũ vicina Cremona, Quapropter non cuiuſuis, ſed ſin-

ſingularis artis eſt,vicinitatem pro bono publico rectè colere, in quo tamen maximum Reip. momentum vertitur. *Tener los Reyes cuydado de lo defuera, parte de la ſalud politica; como el ayre ambiente de la corporal. Anton. Perez aphoriſm. Latin.* 4. Oportet autem ante omnia nouiſſe qualitatem reip. vicinæ, virtutes, defectus, mores & inclinationem populi, Statuum, ipſiusq; Principis; huius indagare affectus, actiones, prudentiam, animi magnitudinem; quin & diſſenſiones, earumq; principales fautores & directores, horum prætextus, beneuolentiam apud alios, potentiam; Conſilia item, annonam, reditus, adminiſtrationem Iuſticiæ cum vel ſine ſubditorum procerumuè querelâ, numerum militum, concordiam Statuum inter ſeſe; vrbium arciumq; ſitus, fortitudinem, defectus, armamentaria, fœdera, cõmunicationes cũ alijs Principibus,tam vicinis quàm remotioribus, negotia antegreſſa nobiſcum ſiue cum alijs, ſtatum præſentem,

quò

quò jam inclinet, ac ſimilia: ad quæ pernoſcenda requiritur inſignis prudentia, ſtudium, & taciturnitas; nec non amici fideles, exploratores, atq; largitiones. Quo in genere inſignis fuit artifex Ludouicus XI. G. R. qui cùm maximè metueret Carolum Burgundiæ Ducem, vbiq; per exploratores ſtatum eius expiſcabatur: quandoq; vtramq; partem in bello pecuniâ aut milite adiuuabat, & in omnibus penè Principū aulis ſuos habebat ὠτακυςὰς, ex intimis Conſiliarijs, quibus annuum ſalarium furtim dabat, vt ſuæ cauſæ fauerent, veluti in Angliâ & alibi. *Dn. Beſold. d. arcan. rerump. c.* 1. *num.* 9. *qui idem in tr. d. præced. cap.* 1. *n.* 1. incrementi felicitatisq; Hiſpanorū haud minimam cauſam eſſe putat frequentiam exploratorum. Ita quoq; ſollenne eſt Venetorum legatis, non ſolùm ea explorare propter quæ præcipuè ablegati fuerunt: ſed etiam Senatus ab ijs repoſcit regionis & reip. aulæ, aliarumq; ſimilium rerum accuratiſsimā

rela-

relationem, *Hippol. à Collib. ſermon. Conniual. Princ. lib.* 1. *c.* 10. quemadmodũ & in Comitijs, Principum ingenia, mores, animi dotes &c. notare iubet Eberhard. à VVeihe, *Aulico Polit. axio.* 141. *& ſeq.* Cùm verò ſecreta iſta alienorum negotiorum inſpectio, & periculo & ſuſpicione plena, & cuiusq́; Principis interſit, vicini ſui rem, vt ſic dicam, familiarem habere cognitam: ideoq́; pro maiori fiduciâ ſæpè de hinc indè ſuſcipiendis Agentibus, vt vocant, ſuis conueniunt. Et hi quidem in aulis vicinorum Principum hoc videntur agere, vt mutuam amicitiam Principum foueant & conſeruent, ac in caſu neceſsitatis ad mutua auxilia eos commoueant, qualiter Reſp. Veneta, vt Vſſuncaſſano Perſiæ arma contra Turcarum Imp. capeſſenda faciliùs perſuaderet, anno 1450. Ambaſciatorem reſidentem ad eum ablegauit, M. Caterinum, nepotem reginæ Deſpinæ, coniugis Vſſuncaſſani, qui ipſum inflammaret ad communem offenſioné

& de-

& defenſionem contra Turcam, eiq; magnitudinem & ſplendorē Reip. Venetæ frequenter ob oculos poneret, *Viagg. in Perſia di M. Caterino Zeno. f.* 10. non rarò autem interiora Principis expiſcantur, ſecretiorumq; conſiliorum participes fiunt. Fit enim, vt Princeps ſimul habeat & illuſtremLegatum & Agentem ſiue Reſidentem, quaſi procurantem res leuioris ponderis. Intereà vt etiam ea, quæ maximè expetuntur, parùm ſollicitari videantur, Agenti committuntur, dum legatus eorum quaſi neſcius incuriusue. In hoc enim à Legatis differunt, quòd poſt illos mittantur, ijsq; non is cultus qui Legatis exhibetur, vnde & faciliùs in ſecretiora penetrare poſſunt; ac ſæpè quoq; à minoris juriſdictionis ſiue cōditionis Principe, cui ius Legatos mittendi non competit, ad ſuperiorē ablegantur. *Frid. Marſelaër, lib.* 1. *d. legat. diſſert.* 2. *f.* 6.

Vt autem firma ſit inter vicinos amicitia, debet Princeps ſemper ob oculos

culos habere capitulationes & tracta-tus cum vicino initos, ne vel latum vnguẽ ab ijs ſecedere videatur. Quod ipſi denegare non poterit, offerat an-tequam petet; ſi opus habet auxilio, etiam non imploranti mittat, & juſti-tiam armorum atq; auxilij apud alios exponat: nihil enim maiorem fiduci-am inter vicinos excitare poteſt, quàm pſpecta de vicini periculis ſollicitudo, opisq; vltronea oblatio. Petenti diffi-ciliora, nec cõdeſcendendũ nec dene-gandum eſt rogitũ, quin promittenda reſponſio per legationem aliquam, & videndum, vt maiori beneficio pal-lietur id, quod, vt petitum, præſtitum non fuit : ne plus offendat neglectus petitionis, quàm nouum beneficium demereatur. Ad parui autem præiu-dicij petitiones, præſertim viribus inæ-qualis, ne petentem offendat, ſtatim annuere debet: in quo peccârunt Flo-rentini, qui Carolo VIII. G. R. inuito Coſmo de Medicis, hoc ipſis diſſuadẽ-te, tranſitum primâ vice denegârunt.

Con-

Contrà Princeps à vicino aliquid petiturus, rationem ſuæ dignitatis habere, nec nimium feſtinare debet: ex hoc enim conſtantiam propoſiti, & neceſsitatem rei petitæ videbunt, quâ & ipſum arctiùs obligatũ iri, & commodum hinc ad ſe quoq; redundaturum eſſe ſibi perſuaſum habebunt. Illatam iniuriam ſurdâ aure prætereat, niſi magna ſit, quam ipſam tamen Officialibus imputare, ipſe verò ne minimum quidem ſignum, quaſi offenſus eſſet, præ ſe ferre, ſed quibuſcunq; modis id fieri poteſt, iram premere, ac prudentiâ obtegere debet, ne ex minimâ ſuſpicione, inimicis ſuis fœdere contra ipſum copulentur; cùm recordatio iniuriæ ſæpè fortiùs operetur in iniuriante, quàm in iniuriato. Et indè quoq; à minis abſtinere debet, ne ex impotentibus timidos, ex his verò efficiat deſperatos. Quod ſi contingat, vt Legati aliorum arma contra Principem parantium, ſibi ſuſpecti fiant: leniter alij, alij rudiùs ꝓcedere, alij verò om-

omnes & amicorum & inimicorum legatos dimittere, & pòſt illos, amicorum nempe, reuocare ſolent. Carolus V. Imp. cùm animaduertiſſet Ligam, vt vocant, ſiue fœdus contra ſeſe factum, noluit dimittere Legatos Regũ Galliæ, & Angliæ, aut Venetos, ne ſui Legati alibi periculis obnoxij eſſent: ſed Legatos Galliæ Regis, Venetos, & Florentinos, additâ cuſtodiâ, triginta milliarium ſpatio à Curiâ detinuit, cum inhibitione, ne cum ipſis verba fierent, aut ab ipſis expedirentur literę: Milanenſi, ne Curiã relinqueret, interdixit; cum Anglo verò nihil innouauit. Nec ꝑ hoc læditur Ius Gentiũ, ſi quandoq; legati reijciantur, cùm reijci à ſocijs, ab amicis, à fœderatis, belli quædam ſit denuntiatio, *vid. Petr. Aerod. rer. indic. lib.* 10. *tit.* 15. *cap.* 1.

Sed inter vicinos, qui nobis ſunt formidoloſi, diſcordias ſerendas eſſe monet Tacit. 2. *annal.* quod vt Chriſtiano homine indignum, & à Ludouico S. Rege Galliæ, in diſſenſione Anglo.

glorū regisq́ ſui Henrici ſusq́ deq́ habitū, *Serres* 1. *p.* 532. ita contra Barbarorum irruptiones præſentiſsimū remedium eſſe puto. Quapropter reuocans ad calculū Iuſtinianus Imp. quæ xpendebantur in tot militum multiudinem, judicauit magis expedire aucis muneribus concitare inter ſeſe Barbarōrum Tribunos, quàm tot pecunias in exercitum, qui in eos immittendus eſſet, inſumere, eâq́ curâ vexari, quò illi ſui forent interitûs autores. *Iohann. Antiochen. in Collectan.* Id ané aduerſus Hunnos fecit, qui in alerâ erāt ripâ Danubij. Nam ſcripſit ad rnum ex Tribunis: munera veſtrûm præſtantiſsimo miſi, te verò omnibus antecellere ratus, hæc ad te potiſsimùm deſtinaui. At alius, vt audio, vi a diripuit, ſe præſtantiſsimum eſſe diitans. Tuum ergò erit ſtudium oſtendere, quòd longè cæteris excellas. Sume tibi ablata, & illum vlciſcere, vt par eſt. Quod niſi feceris, planè manifeſtum erit, illum præſtare; quare

G nos

nos quidem ei fauebimus, tu verò e
iam muneribus priuaberis. His aud
tis Hunnus bellum in ſuos popular
excitauit; ſicq; ea gens diuturnis & ir
teſtinis bellis deleta eſt. Iiſdem artil
in Sandiclum & Zaberganem Cotri
gurorum Tribunos vſus eſt, *vt expl
cat Agathias lib.* 5. *& Menander Protect
in Eclogis, qui &*, Abares, *inquit*, de
leuiſſet, niſi ipſe priùs morte deletu
fuiſſet. In hoc autem plerîq; Princi
pes ferè iam occupati ſunt, vt nimi
vicinorum potentia opprimatur, n
in immenſum excreſcens, alios oppri
mat, aut conuelli ſine exitio conuel
lentium non poſsit, *Tacit. lib.* 4. *hiſtor
cap.* 20. Aetoli ab Antiocho Rege au
xilium efflagitantes, his rationibus v
tuntur *apud Liu. lib.* 6. *decad.* 4. no
ſolùm fidei honoriq; ſuæ derogare, ſ
ſocij ſui deſerantur: ſed etiam de ſa
lute regni ſui iam agi, ipſi enim incum
bere, curare, ne Romani vlteriùs pro
grediantur: vtpote qui victis Aetolis
omni virium ſuarum apparatu Aſian
inua

ıaſuri ſint. *Vbi ſubiungit Titus:* Vera
ınt, quæ dicebantur, eò magis Re-
n mouerunt. Ita Demetrius Rex
/riorum, ad Philippum Regem Ma-
loniæ: ſi, *inquit*, Romanı me tan-
am Italiæ vicinum pati non potue-
ıt, quid quæſo cum illo agent, cu-
quantò propius nobiliusq; ſit re-
ım, tantò ſit Romanos acriores ho-
; habiturus. Igitur Philippi filius
ſeus ob eandē cauſam poſteà Rho-
s admonet: Hîc agendum, *inqui-*
, ne omnium rerum jus ac poteſtas
vnum populum perueniat. *Liv. lib.*
ec. 5. Hanc regulam inuenit ipſa ne-
ıitas, quæ ingenioſiſsima mater eſt
nis generis inuentionum. Diligen-
perpende, *ſcribit Mithridates Ponti*
ad Arſacen Parthorum regem, vtrum
dere debeas, me à Romanis victo,
plus virium contra illos ſuppeti-
um, an verò exiſtimare, ipſos tunc
lo finem impoſituros. Magnoperè
liciti erant Imperatores Conſtanti-
politani, de ſeparādâ Siciliâ à regno

 Nea-

Neapoleos, illâq́ꝫ, Gallis eiectis, ti
dendâ Arragonenſibus : Michaël P
læologus non obſcurè ſentiebat, qu
tidiè magis magisq́ꝫ appropinquare
bi periculũ ob potentiam Regis Car
li. Deficiente familiâ Vice-Comitu
Mediolani Ducum, Coſmus Medi
Princeps Reip. Florentinæ, in hoc v
cè allaborauit, ne Ducatus iſte in m
nus Reip. Venetæ perueniret, eiq́ꝫ
affectandum Italiæ dominium ſali
moueret: quod cùm impedijſſet,
Franciſcus Sfortia, ipſius ope atq
conſilio Ducatum acquiſijſſet, ipſe
poſteri eius illum in hac familiâ ſtal
lire annitebantur, donec Lauren
tius Medices, nepos Coſmi illius, ta
quam ſedulus cultor diſparitatis in
Arragoniam & Sfortiam Domum,
uocatis in Italiam Gallis, excidij Sf
tiani, magnarumq́ꝫ conuerſionum
Italiâ autor extitit. *Laur. Melliet*
ſcurs. Polit. ſuper Tacit. lib. 12. *diſcur*
Pariter cùm Henricus IV. Rex Gal
rum audiuiſſet, Sabaudi conſiliun
in

tercipiendâ vrbe Geneuâ fruſtrâ fu-
e, altâ voce exclamauit: *Que ſi ſo*
up euſt reuſſy, il le ſeroit allé aſſie-
dedans dés le lendemein. Contrà,
m Rex Hiſpaniarum Sabaudum
llo peteret, Gallia ſe ſemper oppo-
t, Ducíq; ſuppetias tulit, ac vltra
o o o. Francicorum militum vitam
ım pro defenſione eius prodegerũt.
Matthieu hiſt. de la paix lib. 3. f. 604.
ıam, quæſo, aliã ob cauſam, quàm
ſtatûs rationem, & ad impedien-
s ſucceſsus Regis Hiſpaniarum? ad
us aſsiduam oppugnationem ipſi
ò Huguenotæ in Galliâ non veren-
cum Catholicis, ſuis aliàs hoſtibus
xorabilibus, in eandem arenam
ndeſcendere: ſecuti hac in parte Su-
acos & Mallos *apud Q. Curtium lib. 9.*
os aliàs bellare inter ſe ſolitos, peri-
li ſocietas iunxerat, imminente Ale-
ndro. Veluti quoq; Cretenſes fre-
enter, cùm factionibus & bellis in-
tinis inter ſe pugnarent, inuadenti-
s aliunde hoſtibus, omiſsâ conten-

tione cõiungebãtur: atq; is erat, que illi ſyncretiſmum appellabant. *Plutarchus in comment. d. fraternâ charit.* Pertinent huc Venetorum & Genuatium fœdera ad continendas in æquilibritate vtrinq; opes, ſuperiori ſeculo contra ſe inuicem conflata, *Sabell. lib. Enn. 9. Platin. in Alex. 4. & Grego. Blond. lib. 10. dec. 2. Guicciard. lib.* item'q; Venetorum cum Alexandro VI. P. M. Ludouico Sfortiâ, & al contra Galliæ Regem, *Sabell. lib. 9. En 9. Ion. lib. 2. hiſtor.* Maximiliani I. cum aliquot Europæ Principibus aduerſ Venetos: ita volente Iulio 2. P. M. *Guicc. lib. 8. Ion. lib. 9. Polyd. lib. 27.* V de quoq; Politici nonnulli opinantur Hiſpaniam atq; Galliam in æquilibri eſſe debere, idq; exoptare omnes cæteros Europæ Principes, *Dn. Beſold. d. præced. cap. 1. num. 6.* Sed quicquid alij ſuſpicentur, certè licet Sicilia, Neapolis, atque Mediolanenſis Ducat cum regnis Hiſpaniarum fuerint vni Itália tamen de hoc vicino ſuo hab

nus querelari non potuit, nec ſeruitutem vel oppreſsionem, ob quam ab initio vano timore concutiebatur, vllo modo eſt experta, ſed imò felix fuit, *teſte Politico Gallo, Laur. Melliet d. diſc.* ;. Quapropter hoc potiùs agere deberent Chriſtiani Principes, vt abiecto domeſticarum æmulationum abuſu, ſemper vires alicuius potẽtioris Chriſtiani Principis fouerentur, vel ſaltem intactæ relinquerentur, quò haberent, quem infenſiſsimo hoſti ſuo, Turcarum Imperatori, opponere poſſent, cùm eius potentiam quotidiè creſcere, neminem autem ferè videamus, qui ipſius furori aliquando reſiſtere valebit.

Pars vicinitatis eſt Neutralitas, non illa, quam Iul. Cæſar, ſingulari aſtu contra Pompeium fouit, *Sueton. cap.* 75. acq; ratione multos à Pompeio, qui neutros tolerare nolebat, alienauit, alios autem incautos reddidit ad communem libertatem tutandam, quos poſt victoriam ipſe ſibi obedientes habuit.

buit. quemadmodum etiam quidam ſunt, qui quieſcant, vt fatigatis certantibus,arbitriũ pacis ſit penes ipſos, *Machiau. hiſt. 2. f. 83. & ſeq.* Sed neutralitas Chriſtianorum propria hæc eſt, vt nemo ſe temerè bellis alienis immiſceat, vnde victi vicini habeant, quò ipſi cum ſubditis ſuis confugiant, & à quorum interpoſitione pax ſperari poſsit; vbi tamen neutrales pacem conciliaturi, præſertim ſi minores ſe inter maiores interponant,non ſuperbè aut quaſi imperio quodam agere debent, ne vtrosq; lædant, quos non parentes coercere nequeunt, *vt de Marſilienſibus ſcribit Puterculus, Aerod, d. l.* Politicè loquendo, is tutò neutralis eſt, qui neminem vicinorum, quomodocunq; cadat alea belli, reformidare debet; illum namq; vtraq; pars timet,ex ruinis vtriusq; ipſe diteſcit,& componendo diſcordias vtrumq; ſibi obligat. Neutralis quoq; eſſe debet Princeps, ſi amici ſui potẽtiorum odia in ſe concitârunt, *Herodot. lib. 4. f. 256.*

vbi

tibi Agathyrſus alijq́ reges, Scythis auxiliũ contra Perſas, quos Scythæ priùs offenderant, efflagitantibus ita reſpõderunt: ſi vos in iniuriâ faciendâ ac bello inferendo priores non fuiſſetis, rectè videremini precari, quæ precamini: & nos veſtris precibus morem gerentes, idem quod vos ageremus: nunc vos ſine nobis illorum terram ingreſsi, imperitâſtis Perſis, quoad Devs vobis indulſit: illi itidem, quãdoquidem eos idem Devs in vos excitauit, vicem vobis reddunt. At nos neq́ tunc quicquam intulimus iniuriæ his viris, neq́ nunc quicquam conabimur priores inferre. Quod ſi hi noſtram regionẽ inuaſerint, & priores nobis iniuriam fecerint, nos haudquaquam tolerabimus: id donec cernamus, apud noſmetipſos manebimus. Neq́ enim in nos venire Perſæ videntur, ſed in eos qui fuerunt authores iniuriæ. Et quoq́ neutralitas ijs ſuadetur, qui imbecilliorum ſunt virium, quorumq́ territoria inter

ambos litigantes ſita, modò hi non ſint omninò barbari atq; inhumani. Licet enim vtriſq; neutralitas diſpliceat: neminem tamen eorum neutralis offendit, ac ſi non juuat, haut tamen etiam vlli nocet. Intempeſtiuè namq; ſtatum ſuum mutat, qui commodum indè certò ſperare nequit. Securior autem erit, qui amborum litigantium conſenſu neutralis eſſe, ſuumq; regnum ipſe tueri poterit. Verùm in defenſione communis libertatis, vix eſt, vt quiſquam neutralis eſſe poſsit: & proptereà Arminius Dux Germanorum, Marebodum Sueuiæ Ducem, patriæ proditorem nominauit, *Tacit. 2. annal. Lehm. in Chron. Spir. lib. 1. cap. 13.* Sæpè quoq; fit, vt bellum in neutrales exoneretur, vt accidit Flandriæ ab Huguenotis Galliæ, *Pippre cap. 8.* vnde ſeueriores Politici neutralitatem nunquam ſuadent, quorum tamen opinio Chriſtiano candori planè contraria eſt.

CAP. VI.
DE PRÆCAVENDIS INternis motibus.

Cùm omni populo inſit malignum quid & querulum in imperantes, *Plut. in Polit.* tum verò maximè in Monarchijs id accidere ſolet: id quod ſapientes antiqui fabulâ illâ de Typhone gigante iñuere voluerunt. Ferèq; euenit in Monarchijs etiã, quod Thucid. ait, eos videri conſtantiſsimos ciues, qui accendere odia maximè ſtudeant. Hinc autem primæ ſcintillulæ erumpunt, quibus Imperium facilè conflagrari ſolet. *Le guerre ciuili non s' accordan ne' principij, non hanno mai fine, ſe non con l' eſterminio d' una delle parti: ò con la rouina dello ſtato, Cinuzzo lib. 2. della diſciplina milit. f. 24. &c.* Hocq; maximè euenire ſolet, quando ij qui principes partes in regno tuentur, mutuis diſſenſionibus colliduntur, *Ariſtot. lib. 5. polit. cap. 4.* vbi interdum

vtraq; pars libertatem prætendit, cùm tamen ſæpè teterrima ſeruitus ſub ea deliteſcat, *Pippre cap.* 184. *per diſcurſ. Vid. Bodin.* 4. *de Rep. c.* 5. *per tot. eleganter.* Interdum verò tales diſsidentes ad hunc finem æqualiter ſpectant, vt nempe ſalua ſit Reſp. ſed diſsimili vtuntur viâ, & ratione adminiſtrandi: cuius generis diſsidium ait fuiſſe Cic. *lib.* 1. *Officior.* vbi de ambitione inter Scipionem Africanum & Q. Metellũ; & Agellius *lib.* 7. *cap.* 9. inter Tiberium Gracchum & Scipionem. Sic diſſenſerunt quoq; Ariſtides & Themiſtocles: & in Germaniâ inter Catholicos & Proteſtantes, communibus legibus & pactis hactenùs vnitos, factiones Politicas introducere inceperunt ante annos aliquot Caluiniſtæ, qui tamen exindè rebelles audire minimè volũt, vt qui in ſtatu mixto (veluti vocant) liberè, ſi Dîs placet, in Remp. graſſari queãt. Talesq; diſſenſiones inter Chriſtianos maximum ſcandalum gentilib[9] præbere, & in causâ eſſe ſolent, quò

mi-

minùs ad Chriſtianã religionem accedant, aut accedentes in magno pretio Chriſtianos habeãt, vt ex hiſtoriâ Tartarorum Regis ſub Ludouico S. Galliarũ Rege ad Chriſtianiſmum cõuerſi eluceſcit, *apud Girard. lib.* 11. *hiſt. Franc. f.* 940. *& ſeqq.*

Diſsidia hæc ſæpè ab externis Principibus foueri ſolent, denec mutuis diſcordijs attritas vires ſine negotio occupent, *Ariſtot.* 5. *Polit.* Dum enim Ancini & Ardeates de agro rixantur, populus Romanus eum ſibi adiudicat, *Plin. lib.* 3. dum Robertus Bruſsius & Balliolus de regno Scotiæ contendunt, Eduardus Anglus illud ſibi pro feudo vendicat, *Buchan. lib* 8. Nam quòd diſsidia aliquid commodi ex ſe vnquã pariant, nemo ſanus arbitrabitur; licet interdum quartanæ ſimiles exiſtant, quæ ad incurabiles morbos proficit: vnde Tacit. *in Agric ait:* Nihil Principi aduerſus ſubditos vtilius, quàm ſi in commune non conſulant, id eſt, ſi factionibus ſeparentur. Verendum

enim, vt diſcordiarum ſemina in principem Remp. conijciantur, & ingruente bello, altera pars, quam Reſp. deſtituit, ad hoſtes abeat. Ibi neceſſarium eſt, vt ad hoſtium acceſſum, Reſp. factionibus diſtracta, conuellatur. Debiliore namq́ parte viribus externis adiunctâ, altera neq; tueri ſe nec ſuſtinere poterit.

Vndecim diſcordiarum cauſas exponit Ariſtot. 5. *Polit.* *quas repetit Arniſæus Polit. 2. c.* 4. Sed hæ duæ potiſsimæ videntur eſſe: Contemtus Principis, & nimia magnatum potentia. Imperij namq́ maieſtas ſalutis eſt tutela, contemtus pernicies, *Curt. lib.* 8. Contemtus parit odium, & tamen odium contemnebat Caligula, dum̃odò contemtus non accederet: Oderint, *inquit*, dum metuant, *Sueton. in Calig.* Putabat enim odium ſuffocari poſſe, modò ne armetur contemtu, ita vt audere aliquid, & ſe manifeſtare in effectu poſsit. Ideoq́ crudelitas multos quidem Tyrannos præcipites dedit,

dicen-

dicente Senecâ 1. d. clem. ſed plures contemtus, *vt vult Bodin. 4. d. rep. c.1. Arniſa. d. loc.* In multis regnis, ſi quando externa quieſcant, illud timendum eſt, ne qua per ſubditos coniuratio fiat: à quâ quidē ſe facilè ſecurū vendicabit Princeps, cōtemtu & odio vitato, populisq́ꝫ p eum cumulatè ſibi ſatisfactū aſſerentibus. Omnium enim, quod maximū conſequi poſſet Princeps in coniuratores, remedium illud vnum & præcipuum eſt, odij & contemtûs à multitudine vitatio. Semper enim qui in aliquem conſpirat, is ſibi perſuadet, Principis morte multitudini ſe ſatisfacturum. At ſi in eâ fuerit opinione, vt credat, id fore apud eum ſibi offenſioni, nunquam id audaciæ ſumeret, vt talia aggrederetur moliri conſilia. Sæpè verò Principes nullâ ſuâ culpâ odio prægrauantur. Loquax, *inquit Seneca*, & ingenioſa in contumeliam præfectorū prouincia, in quâ qui vitauerit culpā, non effugit infamiam. Ideoq́ꝫ non ex rumore ſtatuendum eſſe monet Tacitus,

tione cōiungebātur: atq; is erat, que illi ſyncretiſmum appellabant. *Plutarchus in comment. d. fraterna charit.* Pertinent huc Venetorum & Genuatiu fœdera ad continendas in æquilibri tate vtrinq; opes, ſuperiori ſeculo contra ſe inuicem conflata, *Sabell. lib. Enn. 9. Platin. in Alex. 4. & Grego. Blond. lib. 10. dec. 2. Guicciard. lib. 2* itemq; Venetorum cum Alexandro VI. P. M. Ludouico Sfortiâ, & ali contra Galliæ Regem, *Sabell. lib. 9. En 9. Ion. lib. 2. hiſtor.* Maximiliani I. cu aliquot Europæ Principibus aduerſ Venetos: ita volente Iulio 2. P. *Guicc. lib. 8. Ion. lib. 9. Polyd. lib. 27.* V de quoq; Politici nonnulli opinantu Hiſpaniam atq; Galliam in æquilibr eſſe debere, idq; exoptare omnes c teros Europæ Principes, *Dn. Beſold. d. praced. cap. 1. num. 6.* Sed quicqu alij ſuſpicentur, certè licet Sicilia, Ne polis, atque Mediolanenſis Ducat cum regnis Hiſpaniarum fuerint vni Itália tamen de hoc vicino ſuo hac

nus querelari non potuit, nec ſeruitutem vel oppreſsionem, ob quam ab initio vano timore concutiebatur, vllo modo eſt experta, ſed imò felix fuit, *teſte Politico Gallo, Laur. Melliet d. diſc. 5.* Quapropter hoc potiùs agere deberent Chriſtiani Principes, vt abiecto domeſticarum æmulationum abuſu, ſemper vires alicuius potẽtioris Chriſtiani Principis fouerentur, vel ſaltem intactæ relinquerentur, quò haberent, quem infenſiſsimo hoſti ſuo, Turcarum Imperatori, opponere poſſent, cùm eius potentiam quotidiè creſcere, neminem autem ferè videamus, qui ipſius furori aliquando reſiſtere valebit.

Pars vicinitatis eſt Neutralitas; non illa, quam Iul. Cæſar, ſingulari aſtu contra Pompeium fouit, *Sueton. cap. 75.* hacq; ratione multos à Pompeio, qui neutros tolerare nolebat, alienauit, alios autem incautos reddidit ad communem libertatem tutandam, quos poſt victoriam ipſe ſibi obedientes ha-

buit. quemadmodum etiam quidam ſunt, qui quieſcant, vt fatigatis certantibus, arbitriũ pacis ſit penes ipſos, *Machiau. hiſt. 2. f. 83. & ſeq.* Sed neutralitas Chriſtianorum propria hæc eſt, vt nemo ſe temerè bellis alienis immiſceat, vnde victi vicini habeant, quò ipſi cum ſubditis ſuis confugiant, & à quorum interpoſitione pax ſperari poſsit; vbi tamen neutrales pacem conciliaturi, præſertim ſi minores ſe inter maiores interponant, non ſuperbè aut quaſi imperio quodam agere debent, ne vtrosq; lædant, quos non parentes coercere nequeunt, *vt de Marſilienſibus ſcribit Paterculus, Aerod, d. l.* Politicè loquendo, is tutò neutralis eſt, qui neminem vicinorum, quomodocunq; cadat alea belli, reformidare debet; illum namq; vtraq; pars timet, ex ruinis vtriusq; ipſe diteſcit, & componendo diſcordias vtrumq; ſibi obligat. Neutralis quoq; eſſe debet Princeps, ſi amici ſui potẽtiorum odia in ſe concitârunt, *Herodot. lib. 4. f. 256.*

Vbi

ubi Agathyrſus alijq́ reges, Scythis auxiliũ contra Perſas, quos Scythæ priùs offenderant, efflagitantibus ita reſpõderunt: ſi vos in iniuriâ faciendâ ac bello inferendo priores non fuiſſetis, rectè videremini precari, quæ precamini: & nos veſtris precibus morem gerentes, idem quod vos ageremus: nunc vos ſine nobis illorum terram ingreſsi, imperitâſtis Perſis, quoad DEVS vobis indulſit: illi itidem, quãdoquidem eos idem DEVS in vos excitauit, vicem vobis reddunt. At nos neq́ tunc quicquam intulimus iniuriæ his viris, neq́ nunc quicquam conabimur priores inferre. Quod ſi hi noſtram regionẽ inuaſerint, & priores nobis iniuriam fecerint, nos haudquaquam tolerabimus: id donec cernamus, apud noſmetipſos manebimus. Neq́ enim in nos venire Perſæ videntur, ſed in eos qui fuerunt authores iniuriæ. Et quoq́ neutralitas ijs ſuadetur, qui imbecilliorum ſunt virium, quorumq́ territoria inter

ambos litigantes ſita, modò hi non ſint omninò barbari atq; inhumani. Licet enim vtrisq; neutralitas diſpliceat: neminem tamen eorum neutralis offendit, ac ſi non juuat, haut tamen etiam vlli nocet. Intempeſtiuè namq; ſtatum ſuum mutat, qui commodum indè certò ſperare nequit. Securior autem erit, qui amborum litigantium conſenſu neutralis eſſe, ſuumq; regnum ipſe tueri poterit. Verùm in defenſione communis libertatis, vix eſt, vt quiſquam neutralis eſſe poſsit: & propterea Arminius Dux Germanorum, Marebodum Sueuiæ Ducem, patriæ proditorem nominauit, *Tacit. 2. annal. Lehm. in Chron. Spir. lib. 3. cap. 13.* Sæpè quoq; fit, vt bellum in neutrales exoneretur, vt accidit Flandriæ ab Huguenotis Galliæ, *Pippre cap.* 8. vnde ſeueriores Politici neutralitatem nunquam ſuadent, quorum tamen opinio Chriſtiano candori planè contraria eſt.

Cap.

CAP. VI.

DE PRÆCAVENDIS INternis motibus.

Cùm omni populo inſit malignum quid & querulum in imperantes, *Plut. in Polit.* tum verò maximè in Monarchijs id accidere ſolet: id quod ſapientes antiqui fabulâ illâ de Typhone gigante iñuere voluerunt. Ferèq; euenit in Monarchijs etiã, quod Thucid. ait, eos videri conſtantiſsimos ciues, qui accendere odia maximè ſtudeant. Hinc autem primæ ſcintillulæ erumpunt, quibus Imperium facilè conflagrari ſolet. *Le guerre ciuili non s' accordan ne' principij, non hanno mai fine, ſe non con l' eſterminio d' una delle parti: ò con la rouina dello ſtato, Cinuzzo lib. 2. della diſciplina milit. f. 24. &c.* Hocq; maximè euenire ſolet, quando ij qui principes partes in regno tuentur, mutuis diſſenſionibus colliduntur, *Ariſtot. lib. 5. polit. cap. 4.* vbi interdum

 vtra-

vtraq; pars libertatem prætendit, cùm tamen ſæpè teterrima ſeruitus ſub ea deliteſcat, *Pippre cap. 184. per diſcurs. Vid. Bodin. 4. de Rep. c. 5. per tot. eleganter.* Interdum verò tales diſsidentes ad hunc finem æqualiter ſpectant, vt nempe ſalua ſit Reſp. ſed diſsimili vtuntur viâ, & ratione adminiſtrandi; cuius generis diſsidium ait fuiſſe Cic. *lib. 1. Officior.* vbi de ambitione inter Scipionem Africanum & Q. Metellũ; & Agellius *lib. 7. cap. 9.* inter Tiberium Gracchum & Scipionem. Sic diſſenſerunt quoq; Ariſtides & Themiſtocles: & in Germaniâ inter Catholicos & Proteſtantes, communibus legibus & pactis hactenùs vnitos, factiones Politicas introducere inceperunt ante annos aliquot Caluiniſtæ, qui tamen exindè rebelles audire minimè volũt, vt qui in ſtatu mixto (veluti vocant) liberè, ſi Dîs placet, in Remp. graſſari queãt. Talesq; diſſenſiones inter Chriſtianos maximum ſcandalum gentilib⁹ præbere, & in causâ eſſe ſolent, quò

mi-

minùs ad Chriſtianã religionem accedant, aut accedentes in magno pretio Chriſtianos habeãt, vt ex hiſtoriâ Tartarorum Regis ſub Ludouico S. Galliarũ Rege ad Chriſtianiſmum cõuerſi eluceſcit, *apud Girard. lib.* 11. *hiſt. Franc. f.* 940. *& ſeqq.*

Diſsidia hæc ſæpè ab externis Principibus foueri ſolent, donec mutuis diſcordijs attritas vires ſine negotio occupent, *Ariſtot.* 5. *Polit.* Dum enim Ancini & Ardeates de agro rixantur, populus Romanus eum ſibi adiudicat, *Plin. lib.* 3. dum Robertus Bruſsius & Balliolus de regno Scotiæ contendunt, Eduardus Anglus illud ſibi pro feudo vendicat, *Buchan. lib* 8. Nam quòd diſsidia aliquid commodi ex ſe vnquã pariant, nemo ſanus arbitrabitur; licet interdum quartanæ ſimiles exiſtant, quæ ad incurabiles morbos proficit: vnde Tacit. *in Agric ait:* Nihil Principi aduerſus ſubditos vtilius, quàm ſi in commune non conſulant, id eſt, ſi factionibus ſeparentur. Verendum

enim, vt diſcordiarum ſemina in principem Remp. conijciantur, & ingruente bello, altera pars, quam Reſp. deſtituit, ad hoſtes abeat. Ibi neceſſarium eſt, vt ad hoſtium acceſſum, Reſp. factionibus diſtracta, conuellatur. Debiliore namq́; parte viribus externis adiunctâ, altera nec tueri ſe nec ſuſtinere poterit.

Vndecim diſcordiarum cauſas exponit Ariſtot. 5. *Polit. quas repetit Arniſæus Polit. 2. c.* 4. Sed hæ duæ potiſsimæ videntur eſſe: Contemtus Principis, & nimia magnatum potentia. Imperij namq́; maieſtas ſalutis eſt tutela, contemtus pernicies, *Curt. lib.* 8. Contemtus parit odium, & tamen odium contemnebat Caligula, dumodò contemtus non accederet: Oderint, *inquit*, dum metuant, *Sueton. in Calig.* Putabat enim odium ſuffocari poſſe, modò ne armetur contemtu, ita vt audere aliquid, & ſe manifeſtare in effectu poſsit. Ideoq́; crudelitas multos quidem Tyrannos præcipites dedit,

dicen-

dicente Senecâ 1. *d. clem.* ſed plures contemtus, *vt vult Bodin.* 4. *d. rep. c.*1. *Arniſæ. d. loc.* In multis regnis, ſi quando externa quieſcant, illud timendum eſt, ne qua per ſubditos coniuratio fiat: à quâ qdē ſe facilè ſecurū vendicabit Princeps, cōtemtu & odio vitato, populisq́; p eum cumulatè ſibi ſatisfactū aſſerentibus. Omnium enim, quod maximū conſequi poſſet Princeps in coniuratores, remedium illud vnum & præcipuum eſt, odij & contemtûs à multitudine vitatio. Semper enim qui in aliquem conſpirat, is ſibi perſuadet, Principis morte multitudini ſe ſatisfacturum. At ſi in eâ fuerit opinione, vt credat, id fore apud eum ſibi offenſioni, nunquam id audaciæ ſumeret, vt talia aggrederetur moliri conſilia. Sæpè verò Principes nullâ ſuâ culpâ odio prægrauantur. Loquax, *inquit Seneca*, & ingenioſa in contumeliam præfectorū prouincia, in quâ qui vitauerit culpā, non effugit infamiam. Ideoq́; non ex rumore ſtatuendum eſſe monet Tacitus.

tus. Et calumniatores Principũ meminiſſe deberent, de Principibus partùm & reuerenter loquendum eſſe, & de ipſorum conſilijs, quorum cauſæ, *Octauiano Fregoſio apud Guicciardin. 12. Comment. monente*, vtplurimum priuatos latent, non ita temerè pronunciandũ. Scitè Seneca: quæ ego ſcio, non probat populus, quæ probat populus, ego neſcio, vnus mihi pro populo eſt, & populus pro vno. Vitate quæcunq; vulgo placent; clamore decernunt, non calculo, *ait Thucyd.* Appoſitè Iohannes 24. P. M. interrogatus, quid foret à veritate remotius, *Balæo ſcribente*, reſpondit, vulgi ſcientia. Quò pertinent ſcripta illa publica, contra Maieſtatem ac jura imperantium in lucem emiſſa, quibus, dum membra cũ capite confunduntur, è pulcherrimis plerorumq; regnorũ corporibus turpiſsima monſtra efficiuntur, nihilq; aliud agitur, quàm vt ruptâ ab iſtiuſmodi ſciolis naturali legum atq; antiquæ ſubiectionis compage, multi contra legitimos

ſuos

ſuos magiſtratus criſtas erigere, corpusq́ ſine capite ſe regere: noua & ſuperiorum jura vſurpare, cum exteris ſocietates contrahere, & ſummis ſuis rectoribus temeraria arma intentare, ex falſiſsimâ perſuaſione talium peſsimorum Scriptorum, cœlum cum terrâ miſcentium, iam non ampliùs exhorreſcant. Typographia, *inquit Phil. Melancht. lib.* 5. *Chron. ſub. Frid. III. circa fin.* eſt donum diuinitùs generi humano communicatum; vtinam verò tanto DEI munere grati vteremur, non ad diſiungendas, ſed copulandas Eccleſias (*cui addo*) non ad dilacerandam, ſed ad firmandam, & antiquo vigori ſuo relinquendam Reip. compagem. Galli quidem ſuggillant Hiſpanos, quòd Inquiſitionem ſuam contra tales Calumniatores vſurpent: ſed certè ipſimet Galli hodiè contra præſentem regni ſtatum, ſine capitis periculo, ne hiſcere quidem audent, vt facilè cuiuis regiones iſtas peragranti innoteſcit. Non tantùm enim Proceres

regno-

regnorum, illecti talibus incentiuis, ambitioni ſuæ velificantur, ſed cæteri quoq; ſubditi fiunt, vt vocant, malè contenti, quos difficile eſt curare, cùm medico ſuo non fidant ampliùs; hacq; ratione, Romanum Imperium olim, Gothis & Vandalis, qui & moribus erant barbari, & fide hæretici, *teſte Salviano de gubernatio. DEI lib.* 4. in prædam ceſsit, nec aliam ob cauſam multæ Romanæ prouinciæ ab Imperatoribus ad Francos deſciuerunt, *Lehman. in Chron. Spir. lib. 2. cap.* 1.

Altera cauſa, Monarchijs ob frequentes motuum agitationes exitioſa, eſt nimia quorundam in regno potentia, quâ progreſſu temporis vel Ariſtocratia, vel anarchia & tyrannis inducitur. Mira hîc videmus in Romanis. Antonij magnam iam potentiam moleſtè ferebant, Cæſarem verò, minùs validum adhuc, adiuuabant. Nam neutrũ qdem diligebant, ſed vt homines ſemper nouarum rerum appetentes, quorumq; ita ferret natura, aut demoliri po-

potentiſsimũ quemq́, oppreſſum autem adiuuare ſtuderent, Antonio Cæſareq́ ad ſuas cupiditates explendas vtebantur. Itaq́ cùm tunc per Cæſarem Antonium deieciſſent; pòſt Cæſarem quoq́ euertere conati ſunt. Quippe ſemper infenſi potentioribus, infirmioribus opem præſtare, ijsq́ in ſuperioribus deprimendis vſi, ipſos quoq́ deinde odio habere conſueuerant, cùm ad ſtatum inuidiæ expoſitum euexiſſent. Quo fiebat, vt eoſdem amore odioq́ proſequerentur, eóſdem exaltarent atq́ humiliarent. *Dio Caſſ. lib.* 45. *hiſtor.* Quot vetuſtis Imperatoribus arma intulerunt, qui ab ijſdem nimiâ potentiâ armati priùs fuerunt: Seianus Tiberio, Ottho Galbæ, Caſperius Aelianus Neruæ, Caſsius Antonino, Perennis Commodo, Maximinus Alexandro, Philippus Gordiano, Aemilianus Gallo, Ingebus Lollianus Areolus &c. Gallieno, Magnentius Conſtantio, Maximus Gratiano, Arbogaſtes Valentiniano, Ruffinus Arcadio, Sti-

Stilico Honorio. *Arnis. d. l.* Cùm Lydis Crœſus imperaret, fratrem conſortem Imperij aſſumpſit: tum quidam ex Lydis accedens dixit, Omnium in terrâ bonorum, ô rex, maximum eſt Sol, neq́ quicquam in terrâ extaret, Sole non illuſtrante. At ſi gemini Soles forent, periculum immineret, ne omnia conflagrantia peſſum irent. Ita & regem vnum quidem accipiunt Lydi, & ſeruatorem eſſe credunt: duos verò ſimul tolerare non poſſunt. Et quoq́ q arma in manu habent, eorum arbitrij, *ait Ariſtot. 7. Polit. c. 9.* eſſe, vt maneat vel non maneat Reſp. Nec enim vlla res ſæpiùs exitialis fuit Impp. Græcis, quàm magna potentia Ducum, *vt ex Diac. Zonar. Nicet. & Gregor. patet.* Eſtq́ eò diligentius hac in parte cauendum, quòd multi, qui ab initio probi viſi fuerint, poſtquam penes ſe habuerunt, cuius gratiâ probi fuerunt, ex probis fiant peſſimi. Fides namq́ hiſtoriarum etiam in Chriſtianis comprobat illud Eteoclis dictum *apud Eurip. in Phœniſſ.*
quod

quod magnos heroas ſæpè re & vèrbo & vſurpâſſe accepimus: Si violandũ eſt iuſiurandum, regni causâ violandum eſt, in cæteris pietatem colas. *Plut. in Cæſ.* Siquidem apud magnos viros nihil tam ſanctum eſt, quod non facilè violetur, ſi vtilitatem oſtendas; *loquendo de eo quod fieri ſolet, non quod factu opus eſt, aut boni faciunt. Papir. Maſſon. lib. 2. annal. Franc.* & latiſsimè patet in animis ambitioſorum hominum, illud adagium: Malitiæ, occaſione duntaxat opus eſſe, *Eraſ. in adag.* Cùm tamen nemini obſcurum eſſe poſsit, vitæ vel dignitatis rationem non in magnitudine, ſed magnitudinem in bonitatè ſitam eſſe. Hîcq́ commendatur inſtitutum Alberti III. Ducis Bauariæ, qui à Bohemis vocatus, vt rex ipſorum eſſet, id à ſe impetrari paſſus non eſt, ſceptro & regno omni præponens modeſtiam & quietem; quod exemplum dum allegat Lips. *C. in præfat. lib. Polit.* exclamat: adeſte ambitioſi, videte, en hîc, qui regnum oblatum altâ ſapien-

tiâ

tiâ ſpernit & reijcit, quod vos per preces, fraudes, enſes, impetratum itis aut ereptum. Vnde Polyb. *lib.* 10. conqueritur, cum multis mortalium ita comparatum eſſe, vt magnis & humilibus promiſsis beneficia emant, quæ poſtquam ad ſe traxerunt, tum demũ malè faciant, & ſubditis dominorum more imperent. *Arnis. d. lib. 2. cap.* 5. Tales ſimulant amicitiam regum, cùm tamen ipſi regere mallent: quâ familiaritate nulla peſtis eſt efficacior. Eſt enim ſicut ignis in gremio, mus in perâ, ſerpens in ſinu, *c. Eccleſiaſt.* 13. *q.* 1. *circ. fin. c. etſi. x. de Iuda.* chi non ſi fide, non è ingannato. Facilè namq; coniurationes inter potentes exurgunt, cùm non deficiant capita, quæ tandem Domini ſiue Principis locum ſibi præripiunt, aut exteris viam ad regnum muniunt, quod, vbi potentes ſunt, facilè poteſt diſcordijs acquiri, non tamen retineri. Hinc magni potentesq; vaſalli ſemper ſtudent, vt Principes eorum nunquam careant turbis, quò maie-

ſtas

ſtas regia ſiue la Souueraineté cum ipſis temperetur, *Perez. aphor.* 122. hinc Sueci noluerunt Regem ſuum habere plura regna, *Olaus M. hiſtor. Septentr.* 8. *c.* 38. Flandri potentiam ſuorum Dominorum ſemper impediuerunt, *Comin. lib.* 6. *c.* 9. iamq́; dolent, ex Comitibus Reges factos eſſe, *Boccal. pietra del parag. fol.* 50.

Contra potentiam talem plura remedia prodita ſunt. Ariſtol. *lib.* 5. *Polit. c.* 11. ſuadet: neceſsitate cogente, vt quis ad faſtigium ſummæ alicuius dignitatis euehatur, arrogantes tamen altosq́; ſpiritus extolli haud debere; quo callido conſilio Angliæ regina vſa, regnum ſuum ad ſummam tranquillitatem redegit, *Franc. de Grauelle polit. reg. cap.* 16. *num.* 12. Et in Sueciâ olim non ſine magnâ causâ vices regis abſentis vni Senatori ex pluribus commendabantur priuato, à quo ſeditionis perfidiæq́; nec minimum erat periculum metuendum, qui ideò fiduciarius regni appellabatur. *Chriſt. Sturc. d. refut. f.* 13.

f. 13. *b. in fin.* Hoc præceptũ Auguſtus Imp. reliquit Romanis, ne vni alicui totam Remp. crederent, ne fortaſſe dominatum affectaret, vel ſi quid contra ſpem grauius paſſus fuiſſet, ſecum vnà perderet Remp. *Dio. lib.* 36. Et rectè Venetos conſtituiſſe ſcribit Iouius *lib.* 1. *hiſt.* ne cuiquam temerè ex optimatibus, qui vel inſigni virtute, vel ſpiritu in gerendis rebus, cæteris antecellat, nimio plus creſcere, vel collectâ gratiâ potenti & claro fieri liceret. Tiberius quoq; Imp. noluit officiales officijs ſuperiores. Sin autem vnus ex pluribus, qui fortè in abſentiâ regis, gubernationi præſit, eligatur: conſultum eſt, vt id fiat conſentientibus omnium, quorum intereſt, ſuffragijs, & inprimis abſq; ſupremi domini præiudicio, *l. nam ita diuus. d. adopt. l.* 2. *d. his qui ſunt ſui &c.* ne ſcilicet eius decreta mutentur, vel contemnantur. Occuritur etiam potentiæ huic, ſi in plures partes diuidatur, *Arniſ.* 1. *Polit. c.* 16. quâ ratione per mutuam interceſſionem

ſionem collegarum, diſſolutum fuit imperium Tribunorum plebis; & inter nobiles ac titulatos æmulationem conſeruari debere ſuadet Campanella *l. Monarch. Hiſp. cap.* 14. vt alter alterius potentiam exurgentem impediat. Ita Commodus Imp. cùm à Perenne Prætorij Præfecto inſidias ſibi ſtructas comperiſſet, poſthac duos vni illi officio præfecit, quò alter alterum mutuo timore reprimeret. *Herodian. in Commod.* eſſentq́; velut mutui cuſtodes & inſpectores, *l.* 5. §. 2. *d. admin. tut.* *Gellius lib.* 2. *c.* 12. Octauian. Auguſtus inter arcana Imperij reſeruâſſe ſcribitur, quòd Aegyptum tantùm equeſtris ordinis homini regendam daret, cùm prouincia iſta ſeditioni opportuna extiterit. Vnde fortaſſe traxerunt Reges Franciæ conſuetudinem, Comites ſtabuli tantùm ex infimâ nobilitate eligendi. *Bodin. lib.* 6. *cap.* 5. Romani alio modo, ſed fortaſſe violento nimiš, vtebantur. Nam in prouincijs ſubactis, colonijs deductis, debiliorib⁹

ſeruatis, potentiâ pollentes deiec
runt, nullâ dignatione, authoritatéu
exteris præpotentibus ibi permiſſ
Teſtis eſt Græcia; Achæi namq; ac A
toli fuerunt ab ijs ſeruati, Macedon
regnum, deiecto Antiocho, attritum
nec Achæorum merita vel Aetolorum
vnquam effecerunt, vt aliqua ſibi im
perij fieret acceſsio: nec Philippi ſu
ſionibus adduci potuerunt, vt eun
non demiſſum in amicitiam recipe
rent: nec Antiochi potentiâ fuerun
inducti, vt ſuo ipſorum conſenſu ali
quam in eâ prouinciâ poteſtatem ha
beret. Cui conſimile eſt, quod doce
Ariſtot. 5. *polit.* dum præcipit aman
dare aliò nimis potentes; ſicut Saluſti
us tradit, Cn. Piſonem adoleſcenten
audacem & factioſum, in Hiſpaniam
quæſtorem miſſum, adnitente M. Cra
ſo, cui tamen Senatus prouinciam n
inuitus dederit, quippe qui fœdum
hominem procul eſſe à Rep. voleba
Ait enim Alexander *apud Curt. lib.*
Sicut in corporibus ægris, nihil quo
noc

nociturum eſt, Medici relinquunt: Sic nos, quicquid obſtat imperio, reſcindamus. Hæc eſt natura regni, *inquit Seneca Tragicus*, cedat quicquid excelſum eſt. Id quod in Monarchiâ ſpeciem veteris illius Oſtraciſmi referre videtur, vbi ſcilicet potentiores ſuſpecti regibus, ſpecie ſtudiorum, legationis, aut honoris, in exilium ablegantur, qui tales non tam legati quàm relegati videntur; veluti à Tiberio Germanicus in Orientem, à Nerone Otho in Luſitaniam amotus fuit. Et Caligula, dum equitem quendam, minùs ſibi gratum, abeſſe vellet, honoris eum ſpecie ad Ptolomæum Regem in Mauritaniam cum codicillis abire voluit, quorum, vt Suetonius refert, exemplum erat: Ei, quem iſtuc miſi, neq; boni quicquam neq; mali feceris. Ariſtoteli verò Oſtraciſmus hic non per omnia placet, 3. *polit. cap.* 3. quia periculum eſt, ne eiectus plus turbarum cieat, inprimis ſi exilium fuerit cum ſpecie quadam ignomi-

miniæ coniunctum, aut is non fuer
examuſsim vir bonus; *Vt exemplis Sci
pionis, Camilli, Coriolani, Antonij, Ca
tilina, & Sertorij demonſtrat Arnis. poli
lib. 2. c. 1.* Nec enim exul ſtatim form
dabilis eſſe definit; quoniam auxili
ſibi facilè comparat, tum propter cla
dem ſuam, quia naturaliter homir
eſt inditum, fauere læſis; tum propte
eos, à quibus illam paſſus. Idemq́ʒ v
detur agere, qui potentioris conatu
exilio cohibere nititur, quod Iurecon
ſulti nonnulli facere ſolent, dum mi
lites ob facinus quoddam pœnâ rele
gationis affici debere conſulunt: qua
cancros ad aquas damnare vellen
Meliùs fecit Ferdinandus Hiſpania
Rex, Caroli V. auus maternus, qu
Conſaluum, cuius ipſi virtus ambitio
ſa erat ſuſpecta, confinatione quaſi pu
niuit. *Dn. Beſold. de Democr. in gen. ca
2. num. 3. in fin.* Et aliàs quoq́ʒ mos e
regum Hiſpanorum, vt & Chinenſi
um, vt ſummo in honore habitos, de
litioſis, in quibus agunt, palatijs p
de

dem efferre non ſinant; *ſi vera narrat Iacob. Zenecotius in obſeruat. Polit. ad Flor. lib.* 1. *c.* 1.

Confert quoque ad retundendas vires potentiæ, ſi committatur tantùm ad tempus: qua de cauſâ Dictatura fuit ſemeſtris, donec primus C. Iulius Cæſar Dictator perpetuus factus eſſet, *Cic. de finib.* Sic Iouianus, vt ſub Imperij initium ſe firmaret, Maliarcham juſsit, Iouino armorum magiſtro per Gallias ſuccedere, geminâ vtilitate præſpeculatâ, vt & Dux meriti celſiores, ideoque ſuſpectus abiret è medio, & homo inferioris ſpei ad ſublimiora profectus, autoris ſui nutantem adhuc ſtatum ſtudio fundaret ingenti, *Ammian. lib.* 25. Optimè autem ſibi conſulet, vt opinor, Princeps, ſi magnos vaſallos non facilè irritet: illis ad ea, quæ debentur, promptè condeſcendat: nec propter vnius inobedientiam, *per opiniaſtreté* contra omnes inſurgat, *Perez. d. aphor.* 122. quin & vaſallorum ſubditis conſulendo, vaſallos

humiliabit, vtq; ſuperiori magis quàm immediato domino adhæreânt, procurabit. *Pacian. dell' arte di gouernare fol.* 197. Quodſi verò ſeditio inter potentiores exarſerit, non ſtatim ad maiora remedia tranſeundum eſt, quaſi omnis reconciliatio deſperanda ſit, *vt putat rigidus ille Florentinus*, ſed à mitioribus incipiendum eſt, quæ ſi nō ſucceſſerint, ſeueriora pôſt ab initio interminanda magis quàm inferenda ſunt, ne ad deſperationem adigantur; quo in caſu qui cōſtituti ſunt, nullum putant bellum juſtius eſſe, quàm quod neceſsitas ſuggerit. *Arnis. d. l. 2. c.* 3 Semper autem ſupremam prouocationem Princeps ſibi reſeruare debet. Optima namq; & conuenientiſsima confirmandi ſtabilendiq; Imperij ratio eſt, ſi eò res deducatur, vt ſubditi, cuiuſcunq; qualitatis & conditionis, ſemper ope & auxilio ſummi Principis indigeant, vt immediatè ab ipſo dependeant, eumq; præ omnibus alijs reuereantur, *Renat. de Luſing. d. tr. lib*

1. *cap*

r. *cap.* 2. *n.* 1. Sic olim Moyſes elegit viros ſtrenuos ex filijs Iſraël, & conſtituit eos Principes & iudices populi, qui iudicabant plebem domini omni tempore; quicquid autem grauius erat, referebant ad eum. *Exod.* 18. Qui contrà fecerit, & ſupremam prouocationem penes inferiorem Magiſtratum reliquerit: non ſolùm in odium ſubditorum facilè incurret, *ut de Caligulâ narrat Sueton. cap.* 16. *Dn. Beſold. in tr. de appellat. cap.* 1. *n.* 9. Sed mox quoque inferiorum talium poteſtatem (quam tanquam ius ſibi quæſitum fortiſsimè tuebũtur) reformidare debebit. Quòd enim Perſarum Rex Darius quondam putauit, facilimè ſe Græcâ linguâ loquentes, qui Aſiam incoluére, ſub ſuâ retenturum poteſtate, ſi amicis ſuis oppida tuenda, & perpetua imperia traderet, quibus, ſe oppreſſo, nulla ſpes ſalutis relinqueretur. *Aemil. Probus in Miltiad.* quòdque nonnulli alij regna nouiter acquiſita ſtabilire volunt *col non ammettere reclamatione al-*

euna in corte contra i guuernatori: hoc ſanè periculo non caret, cùm ſubditi hoc modo veri ſui Domini, ſi à gubernatoribus leniter tractentur, nō rarò obliuiſcantur, horumq; ambitioni (quam febrem continuam vocat P. Matthieu *in hiſto. Henr.* 4.) facilè locū relinquant; ſin verò malè habeantur, Dominus apud eos vileſcit, regnumq; ſæpè tertij alicuius cupiditati eſt obnoxium. Aliter Auguſtus Imp. dominationi ſuæ prouidit; ad hanc namq; firmandam conſtituit, vt appellationes à minoribus magiſtratibus Iudicibúſue Romæ ad Prætorem fierent, in cauſis duntaxat ciuilibus: è prouincijs, ad conſulares, *Sueton. cap.* 33. grauiorum verò rerum appellationes, iure poteſtatis Tribunitiæ, ſibi reſeruauit, *vt ex Dion. lib.* 52. *colligit Lipſius in lib.* 14. *annal. Tacit. f.* 537. Caius quidem magiſtratibus liberam jurisdictionem permiſit, *vt ait Sueton. cap.* 16. id eſt, ſine appellatione, plenam priſcamq; : ſed id non fuit diuturnum, non magis quàm

quàm permiſſa ab eo Comitiorum libertas. Nam Dio auctor eſt *lib.* 8. ſub Caio receptum fuiſſe, vt iudicia quædam Senatus tractaret, ita tamen vt ab eo Princeps appellaretur.

CAP. VII.
DE OFFICIALIBVS.

PRæcedenti materiæ affinis eſt illa de Officialibus. Et quidem iam ſuprà attigi, cauendum eſſe Principi ab ambitioſis Officialibus, tanquam futuris Imperij æmulis. Aut enim ſine ijs nemini par erit, aut cum illis nullam gloriam conſequetur Princeps, quando quiſq; ſuæ virtuti honorem, ſuo labori præmium depoſcet, & quò fortuna rem dabit, eò inclinabit fidem. Cùm per literas Alphonſo Vanegæ delatus eſſet Almeriæ Principatus, & ille eas non reſeratas tandem ad magiſtratum attuliſſet, ab eo acerbè increpitus, Neſcitis, inquit, amici;

ſpes regni quàm potens ſit ad emouendam mentis conſtantiam machina. Expertus id ſuo magno malo eſt Tarquinius Superbus, qui ad bellum exiens, ne vrbs intereà ſine imperio eſſet, Præfectum Vrbi conſtituit Sp. Lucretium, Lucretiæ patrem, eiusq́ fidei commiſit eiuſmodi magiſtratum, cuius officium erat, vt Rege domo cum præcipuis alijs magiſtratibus profecto, ipſe vrbis terminorumq́ eius curam haberet, omnia crimina audiret, jus redderet, ac ſubditis mederetur. Hæcq́ poteſtas omnibus dignitatibus & magiſtratibus vrbanis maior erat: poterat enim interdicere vrbi & omni Italiæ in perpetuum. L. Iunius Brutus Tribunus erat Celerum, qui equitibus præerat, & veluti ſecundum locum à rege obtinebat, & Magiſtratus habebatur legitimus. Hoſce duos, potiſsimum autem Iunium, proculdubio per contemptum & ludibrium officij & magiſtratûs ad ea munera promouit Tarquinius; quia is ex induſtriâ

factus

factus ad imitationem ſtultitiæ, vt contemtu tutus eſſet, cùm ſe ſuaq́ prædæ eſſe Regi ſineret, Bruti quoq́ haud abnuit cognomen, vt ſub eius obtentu liberator ille populi Romani animus latens aperiretur ſuo tempore. At iuuenis hic longè alio ingenio, quâm cuius ſimulationem induerat, ad expugnandum regnum vocauit Duces, eisq́ arma aduerſus regem capiendi author fuit, & Romam cum armatâ multitudine ingreſſus, anteeuntibus ſecum primoribus ciuitatis, vi ac poteſtate Magiſtratus ad Tribunum Celerum per præconem populum aduocauit, & concione habitâ incenſam multitudinem perpulit, vt regi regnum abdicarent, nec alium quemquã Romæ regnare paterentur. *Caſpar. Facius in polit. Liu. part.* 3. *error*. 36. *Ubi addit*, prædictum Tarquinium, vt & Romulum, ac ſequentes reges in hoc quoq́ valdè erráſſe, quòd cùm haberent Monarchiam, tantum tamen tribuerint Senatoribus, vt ad Ariſtocratiam ſine

impedimento peruenire poſſent, & quem calceũ Reges conſuiſſent, Conſules citò ſibi inducerent. Apud Francos Pipinus regno exuit Pharamundi ſtirpem, quòd Maior Domûs cũ maximâ poteſtate creatus eſſet. *Vid. Lehman. in Chron. Spir. lib. 3. c. 22. R. P. Iohann. Biſſelium in Icariâ ſuâ fol. 36. & ſeq.* Apud Suecos, Guſtauus eâdem viâ ivit in regnum; & Secechus, quòd vires exercitus in manu haberet, Boleslao III. Poloniæ regnũ eripuiſſet, niſi ab ipſo ꝑuentus fuiſſet. *Arniſ. de magiſtrat. c. 16.*

Hanc in rem plura remedia ſunt prodita. Quidam enim ſuadent, vt ſuprema officia committantur peregrinis, non verò indigenis, eò quòd hi amicorum ſuorum rationem habeant, inimicos verò priuatos haud condecenti affectu proſequantur, ac, quod plus eſt, non rarò dominorum ſuorum autoritatem imminuant, cùm pari cũ ijs fortunâ ad tantum faſtigium aſcendiſſe ſibi videntur, vel amicorum ſuorum auxilijs freti, ſuperiores parùm

cura-

curare incipiunt. Hocq́ etiã iuri communi eſt conueniens, *t. t. C. Vt nulli patr. ſua adminiſtratio ſine permiſſ. Princ. conced. l. ſi eadem. ff. de offic. aſſeſſ. Paris de Put. in tr. de Syndic. §. ſtatutum ciuitatis. n. 4.* Sic olim populus Florentinus, quò omnis iniuriæ inter litigantes ſuſpicio tolleretur, duos è peregrinis ſibi iudices elegit. Ac Lucenſium Rota tribus conſtat Iurecõſultis, quorum patria 50. ab vrbe milliaribus abſit. *Teſor. Polit.* Verùm hocce remedium non omnibus peræquè placet. Vnde alij ſacratas perſonas Reip. præfulciri debere ſuadent. Epiſcoporũ enim eſt, *Vti Rodericus Præſul ait*, non ſacra curare modò, ſed etiam remp. Siue enim; quod muneris & perſonæ ratio poſtulat, æquitatem maiori ſtudio tuentur: ſiue ingraueſcente ætate, ſedatisq́ animi affectibus, minùs perturbantur: ſiue quòd à coniugio ſeiuncti, & de filijs haudquaquã ſolliciti, quod magnos ſæpè homines tranſuerſos egit, omnem curam & ſollicitudinem

ad publicam multorum ſalutem referunt. Scimus in Germaniâ atq; Galliâ, ſi quid incolume manſit in tantâ licentiâ nouandi, in tantâ atrocitate temporis: Epiſcoporum potentiæ atq; viribus totum ferè acceptum ferri. *V. Richter. axiom. Hiſtor.* 106. *f.* 196. *Grimal. d. opt. Senat. f.* 39. *Heig.* 1. *q.* 4. *n.* 61. *Kirchner. d. Cancell. lib.* 1. *cap.* 12. *l. Vlt. C. de epiſc. aud.* In Hiſpaniâ, Alfonſo Legionenſi rege defuncto, Ferdinandus eius filius, cui vitæ probitas Sancti cognomen adiunxit, diſſentientibus proceribus atq; ad arma conſternatis, non alio præſidio quâm Epiſcoporum ſtetit: quibus iniquum videbatur, filium â paternâ hæreditate excludi, *Maria. d. inſt. reg. lib.* 1. *c.* 10. & *lib.* 3. *c.* 2. Falluntur etiam, quicunq; repetitâ primi temporis memoriâ diſputant, è rep. atq; communi ſalute fore, ſi Pontifices, Apoſtolorum exemplo, opes omnes & Principatus, curamq; reip. abdicare compellantur. Enimuerò cæci homines, his præſidibus ſublatis,

in

in quæ mala incurreretur, quantaq́; licentia futura eſſet, ſacrati ordinis contemtus quantus, non conſiderât. Sublatis opibus ſi virtutes ſuccederent, probanda eorum ratio eſſet fortaſsis: nunc detractis opibus, vt ſunt homines & tempora, maior vitiorum licentia exiſtit; quod in ijs prouincijs experimur, vbi ſacrorum miniſtri rerũ inopiâ premuntur, nihilo meliores eſſe, paſsimq́; probris fœdari, contemni à populo, magno religionis dedecore. Accedit huc, quòd honores & Principatus Eccleſiaſtici ferè ijs conferantur, qui nati Principes ſunt, quibusq́; eam ob cauſam magiſtratus ſeculares eò lubentiùs concredi deberent. Dauid inter ſeculares habuit Eccleſiaſticos Conſiliarios Gad & Nathan, qui regni erant Prophetæ, & Conſiſtoriales, & ſacerdotem Iehoiadach ad conſilia adhibuit. Et omninò putat Thõ. Campanella *in diſc. de monarch. Hiſp. part. 1. c. 6.* religioſos ad ſecretiora, vt & ad bellica conſilia adhiberi, eoſdemque

quæſtorum officio (Zahlmeiſter-ampt) in bellis fungi debere. Sed de hac re latiſſ. agit Arum. *tr. de Comit. cap* 4. *n*. 98. *& ſeqq*. vbi inſimul refutat eos, qui argumento ſumto à primitiuâ Eccleſiâ, omni ſeculari poteſtate Eccleſiaſticas perſonas, diſputatione ſcholaſticâ, quâ dominia rerum nec dari nec adimi poſſunt, priuare volunt, *de quibus paulò antè*.

Nōnulli malo illi hoc cauterium adhibent, vt tēporales tantùm magiſtratus etiam in Monarchijs (in Democratijs enim omninò neceſſariū illud eſt) conſtituant. Sic Conſaluus à Ferdinando reuocatus, & ad vitam priuatam redactus eſt. Marchio Peſcariæ nocuiſſet Carolo V. ſi diutiùs vixiſſet: vt & filio eius Philippo, Iohannes Auſtrius, ac etiam Parmenſis, vt quidam putant. *Dn. Beſold. de magiſtr. & Cenſor. cap*. 2. *n*. 5. Hæcq́ opinio eſt Ariſtotelis, *lib*. 2. *Polit. c*. 3. quia ob diuturnitatem augetur talium potentia, quæ plerunq́ ad tyrannidem inuitat, *vt ait*

Franc.

Franc. Patrit. d. rep. lib. 6. c. 5. veluti idem Ariſtot. magiſtratus Cretenſium damnauit, quòd ob diuturniorem dominandi poteſtatem, omnia potiùs arbitratu ſuo ac præter leges molirentur, & ex magiſtratibus tyranni quodammodo efficerentur. *Quod & D. Thomas de regim. Princ. lib.* 4. *c.* 12. & 18. *cenſuit.* Romani omnia experti, Conſules habuerunt etiam annuos, *Liu.* 1. *in fin. Dion. Halicarn. lib.* 4. tempusq́ hoc prorogantes, in ſeruitutem redacti fuerunt, per Sullam & Cæſarem. Idem obtinet in regno Neapolitano, vt annui tantùm ſint magiſtratus; cuius rei rationem reddit Rex Carolus II. *in c. regni, electionem.* Iniquum, & ſuperiniqum reputantes, vt per iudicaturam perpetuam, quoddam quaſi dominium quis ſibi vindicet in compares, continuos iudices perpetuos, aut ad beneplacitum factos, per nos, aut quoſcunq́ prædeceſſores noſtros, Reges Siciliæ, in quibuſcunq́ terris dicti regni, remouemus. In Ducatu Medio-

diolanenſi, etiamſi officia ſint conceſſa ad beneplacitum, ſunt tamen biennalia tantùm, *Lancellot. d. offic. prætor. in pr. num.* 15. Ita Regios Magiſtratus in Galliâ ad beneplacitum dari, ſcribit Franc. Hotoman *in c.* 1. §. *& quia. in verb. per annum. de his qui feud. dare poſſ.* Princeps autem poteſt ad ſui libitum eundem magiſtratum in adminiſtratione confirmare, vt vltra tempus debitum vel â jure ſtatutum, officium gerat. *Ferd. Vaſqu. d. ſucceſſ. prærog. lib.* 3. §. 30. *n.* 85. Vnde ex perſonâ Principis Aurel. Caſsiodor. *variar. lib.* 7. *c.* 2. inquit: Sit in veſtro propoſito adminiſtrationem vnius anni ſuſcipere, noſtrum eſt merentibus tempus augere. Idcircò etiam Epiſcopus poteſt ſuum Vicarium ad nutum & ad libitum ponere & reuocare. *Martin. Laudens. de Officialib. Dominor.* §. 54. *Iacobin. de S. Georg. in inueſtit. feud.* §. *Vicariusq; perpetuus. in* 4. Magiſtratus enim conſtitutus ad ipſius conſtituentis placitum, poteſt ad ſimplicem ipſius nutum & placi-

placitum reuocari, *arg. c. ſi gratioſè. d. reſcript. in 6. Speculat. in tit. d. locato. §. nunc aliqua. verſ. 150. Io. Calderin. in conſil. 3. tit. de reſcript.* Et licet magiſtratus conſtituti ad beneplacitum, dicantur perpetui, *vt in l. iuriſperitos ff. d. excuſat. tutor. cũ allegatis per Nicol. Boër. in deciſ. Burdegal.* 149. *n.* 25. intelliguntur tamen, vt non cenſeatur in eis præfinitum aliquod tempus; ſed non iccircò erit, quin ad conſtituentis voluntatem remoueri poſsint, *Camill. Borellus lib.* 1. *d. magiſtr. edict. cap.* 12. *n.* 68. Maximè verò hæreditarij vaſalli quibuſdam diſplicent, horumq; hæreditaria officia; id quod perdidit Merouingos, qui confiſi Maioribus Domus, quos hæreditarios habebant, iam non ampliùs armis induebantur, aut bella ſequebantur, ſed omni honorum ac officiorum militarium diſtributione Maioribus Domûs relictâ, regali otio atq; voluptatibus domi diffluebant. *Claude Fauchet, vol.* 1. *des antiquit. Gaulois. lib.* 5. *cap.* 24. Quapropter Matth. de

de Affliſt. *in Conſtit. Occupatis. num.* 5. excandeſcit, quòd juriſdictiones in regno Neapolitano fuerunt per Reges Arragonum conceſſæ Baronibus cum mero mixtoq; imperio in perpetuum, dicitq; hoc facto impoſuiſſe reges illos frenum ori ſuo. Sæpè verò officialium mutatio ſatis periculoſa eſt; veluti Lacedæmonij, *teſte Lyſandro*, bis ſolebāt in eadem re peccare, Nouarchos toties mutando, & ineptis & imperitis maris ſummā rerum committendo. Philippus Macedo dicere ſolebat, Athenienſes ſibi magnoperè beatos videri, qui quotannis inuenirent, quos belli duces crearent: cùm ipſe multis annis vnum duntaxat belli ducem reperiſſet Parmenionem. *Plut. in apophth.* Tædio quoq; annuæ ambitionis, quæ interdum diſcordiarum cauſa erat, cum Veientibus Tigranes apud Xenophontem concludit: Si velis exercitum ampliſsimum educere, quis delectum illius rectiùs habebit, quàm qui eo ſæpiùs vſus eſt? ſin pecuniā opus, quis meli-

meliùs ſubminiſtrabit eo, qui vires & arcana regni nouit? Certè Auguſtus nunciatâ clade Varianâ, Præſidibus Prouinciarum prorogauit imperia, quòd non niſi à peritis & aſſuetis ſocij contineri poſſe videbantur. *Faci. d. l.* Quapropter ſuadent Politici, vt mutatio iſta ſenſim; & vnius poſt alterumfiat, quatenus vnicuique ſtatutum tempus certum (quale omninò conſtitui debet, ne cui ſubita iſta reuocatio, ſine cauſa fieri, aut cum infamiâ coniuncta eſſe videatur) citiùs aut tardiùs excurrit. Si verò nullo modo conducere videatur omnimoda mutatio: tunc vel æquè potẽs adiungi, vel potentiori amplior dignitas, cum minori tamen potentiâ conferri debet. Vnde originem traxit ſententia quorundam, qui putant, officia, vnde vires dependent, oportere ſeparari ab eorum officijs, quos in authoritate collocare Princeps volet; & nihilominus alia adhuc officia conſtitui debere, ſupra illa prædicta, cum maiori autoritā-

ritate & potentiâ. Hocq́ꝫ videmus practicari in territorijs Summi Pontificis, vt & in Statu Venetiano. Ibi namq́ꝫ authoritas regiminis conceſſa eſt alicui perſonæ Eccelſiaſticæ, ſed vires Statûs alij, qui immediatè à Summo Pontifice dependet, concreditæ ſunt, ita tamen, vt hic alterius, qui autoritate pollet, actiones promoueat, & exequatur. In territorijs Reip. Venetæ idem ferè obtinet: in vnoquoq́ꝫ enim præſidet nobilis Venetus, cui Capitaneus Reip. illius adiungitur, viribus armatus, quibus alterum juuare poſsit. Haud tamen nexu tali colligati ſunt, vt vnus alterius vſurpationi fauere vellet. Capitaneus enim præiudicium faceret alterius autoritati, & hic à Capitaneo facilè poſſet decipi, ſi Capitaneus ſimulatâ virium ſubminiſtratione ipſum expellere, ac Reip. clauum arripere niteretur. Huc accedit, quòd iſtæ adminiſtrationes non ſint ex dignioribus, ſed alia adhuc eminentiora officia ſuperſint, ad quorum acquiſitio-

tionem gubernatores iſti collimant, hacq́ ratione nullus eorum in demandato ſibi territorio ſtabilẽ pedem figere cogitat. Iſti namq́ ad Cardinalitiam dignitatem, hi verò ad principaliores Magiſtratus Reip. Venetæ aſpirant. Huicq́ non abſimile eſt, quòd Rex Hiſpaniarum in Prouincijs ſuis non habet Gubernatores abſolutos. *Coneſtag. fol.* 492. ſiquidem vni rem imperij commiſiſſe libero iure adminiſtrandã, nihil aliud eſt, quàm regem imperio ſe abdicare voluiſſe, *Ariſtot.* 4. *Polit. c.* 7. Quod neq́ è dignitate regis, neq́ è Reip. eſſet: nam quæ Reſp. ab vnius gubernatione, & propriâ, & maximè diuinâ degenerat, hanc eſſe teterrimã neceſſe eſt, *Ariſtot. d. lib.* 4. *c.* 2. Sunt & alij, qui Gubernatores triennales faciunt, non tantùm in Prouincijs, ſed etiam in Citadellis ſiue fortalitijs, vt ſcilicet hi ab illis non niſi in certis negotijs dependeant, quatenus nimirum fines Commiſsionis ſuæ non excedunt. Hîc ſi Gubernatorem mutare non expedit,

pedit, alias tamen vires ſubſtituere licebit.

In vniuerſum autem iuuat, vt plures ſuffulciantur oneri ſiue officio alicui maioris momenti, cum ęquali poteſtate atq; honore, ne qui ſe contemni videt, occaſionem habeat Remp. inuadendi, ſicut Lyſandrum feciſſe conſtat, quòd vbiq; Ageſilao poſtponeretur, *Plut. in Lyſand.* aut vt vnus alterius potentiam opprimat, veluti hanc eandē ob cauſam turbas excitauit M. Manlius, quòd Furium tantum eminere videret, *Liu. lib. 6.* & Piſo, Prætor peregrinus, tribunal iuxta Verrem, vrbanum Prætorem, poſuit, vt acta Collegæ ſui impediret, cui aliàs imperare, tanquam Collega, non poterat. *Cic. in Verr.* Cùm verò plures, vni negotio qui præſunt, inde ſe propter mutuas contradictiones extricare nequeant, âc proindè in rebus etiam, quę moram non admittunt, executio ſæpenumerò retardetur: conſultum prætereà eſt, vt non vnus tantùm aut duo negoti-

um

um decidant, ſed vt ſufficiens numerus, & quidem impar conſtituatur, qui votorum pluralitate vincat. Ne quoq; à pluribus Collegis exhauriantur ſubditi, quod fortè non fieret, ſi vni totum negotium committeretur: ideoq; ſalaria non nimis ampla eſſe, ſed altiori honoris gradu compenſari, ac quoq; maiores dignitates promitti debent; ne ſi vnâ vice ſtatim in faſtigio ſummorum honorum collocentur, haud poſteà ſuperſit, quod pro meritis ſuis vlterius ſperare poſsint. Quod ſæpè periculo non caret, ſi non per gradus aſcendatur ad Honoris iſtud Templum.

Sedulò verò cauendum eſt Principi, ne illum, quem ſemel inſigni iniuriâ affecit, aut à quo ipſe affectus eſt, ;bus ſuis præeſſe patiatur, aut ad altiorem dignitatem euehat. Quandoquidem qui in eâ eſt ſententiâ, vt exiſtimet, magnorũ virorum inueterato odio nouis beneficijs obliuionẽ induci poſſe, is vehementer fallitur; idq; vel unica hiſtoria illa *apud Liu. lib. 26. &*

27. de Claudio Nerone & Aſdrubal
luculenter edocere poteſt. Sic Valde-
marus rex Magno Erici filio, qui inſi-
dias vitæ eius regnoq; ſtruxerat, de-
precanti culpam ignouit quidem: ſe
interim teſtatus eſt, veniam ſe confeſ-
ſioni tribuere, non familiaritatem re-
ſtituere, ne rurſum amicitiæ copia
inſidiarum irritamentum exiſteret.
Saxo Grammat. lib. 14.

Cap. VIII.
DE CONSERVANDO STATV præſenti.

Prima Principis cura eſſe debet,
contra conſuetudines patrias, R
gniq; leges delinquat. Nihil enim d
ficilius ad tractandum, nihil incert
vt obtingat, nihil deniq; periculoſ
vt ſeruetur, quàm inducendarum
gum nouarum ſeſe authorem con
tuere. Qui enim primus eas ſancit,
fenſos omnes illos habet, qui ex a

quis inſtitutis cōmoda capiunt. Quibus verò noui rerum ordines vtilitati forent, frigidi defenſores apparent. Qui tepor, tum aduerſariorum metu, quibus leges fructuoſæ ac beneficæ habentur, tum ex hominum incredulitate, qui nunquam nouæ rei (ceu fœtui poſt partum adhuc imperfecto) fidem habent, niſi firmam experientiam indè profectam videant. Hinc ortum habet, vt quoties aduerſarijs inuadendi occaſio ſe offert, ij faſtidiosè agant: hi verò frigidè defenſionem ſuſcipiant, ſic vt ſimul omnes periclitentur.

Vulgus quidem, quod varijs deſiderijs, tanquam tot inconſtantiæ Auſtris perpetuò agitatur, ſingulis diebus nouum regem & nouam legem expetere non dubitat: non conſiderans exemplum aſini Aſtenij, qui figuli cuiuſdam miniſterio deſtinatus, conquerebatur quotidiè & obſecrabat Iouem, vt dominum meliorem concederet; durum quippe ſibi videri, interdiu ol-

las circumgeſtare, veſperâ verò inſtante vix pauco ſtramine veſci. Conſentiente Ioue, mentiq́ue heri ſui (*ita fabula loquitur*) immittente, vt molitori eum venderet: hoc facto, paucis diebus præterlapſis, duriore ſe fortunâ, quàm anteà, vti cognouit, cùm quotidiè farinas geſtans, non tantum ſtraminis, quantum à figulo, ſibi præberi animaduerteret. Iterum ergò apud Iouem precibus inſtat, vt dominum alium concedat. Permiſit Iupiter, vt in manus coriarij perueniret, qui fame eum penè enecabat, nec tamen aut ſtabulum tecto munitum præbebat, aut ſtratum, in quo conquieſceret, ſubſternebat: &, quod maximè exaſperabat eius fortunam, indies aliorum aſinorum pelles præparari cōſpiciebat. Hiſce itaq́ue miſerijs adactus non ſine lachrymis denuò obteſtatur Iouem, vt priſtinam potiùs conditionem & fortunam largiatur, quàm vt præter moleſtias cæteras, mortis etiam ſuæ hiſtoriam viuus adhuc momē-

ti

tis ſingulis intueri cogeretur. Pruden-ti igitur Principi incumbit, vt quem-admodum, ne Princeps mutetur, ca-uit: itaquoq́ procuret ſedulò, ne lex vlla innouetur. Hinc Plinius narrat, apud Perſas capitale fuiſſe, ſi quis ex regionibus peregrinis, mores & con-ſuetudines nouas in Remp. introdu-ceret. Quia enim vulgus momentis ſingulis metamorphoſin & mutatio-nem rerum appetit: futurum eſſet, ni-ſi id impediretur, vt mutatis legibus, per nouas conſuetudines, euerteretur Reſp. non ſecùs atq́ cibis inſolitis ven-triculi humores alterari cernimus, *Mambr. Roſa. d. inſt. Princ. cap.* 25.

Multò ergò minùs ipſe Princeps an-tiquas leges immutare, ſed ad præuer-tendas Reipub. mutationes, Lycurgi prudentiam imitari debet, qui ita le-ges ſuas conditas voluit, vt perpetuæ eſſent, *Plut. in Lycurg.* Vſu namq́ pe-riti ſolertesq́ Medici, plus ſcientiæ & doctrinæ oſtendunt, dum à morbis præſeruant, quàm ijs implicitos cu-

rando. Et nequit ſatiari aut expleri Plutarchus in extollendis euehendisq́ Lacedæmonijs: quos, dum leges ſartas tectas tenerent, Græcorum præſtantiſsimos, & cùm eas corrumperent, viliſsima Romanorum mancipia fuiſſe affirmat. Digna eſt Plinij Secundi *ad Traianum* Epiſtola, quę huc transſcribatur: Scribis ad me, Princeps sereniſsime, conſtituiſſe te leges nouas condere: mallem autem in eo te potiùs deſudare, vt leges veteres conſeruentur. Parùm namq́ iuuat, archiua legibus plena habere: Remp. verò peruerſis abundare moribus. Pauci mihi viſi ſunt Principes, qui leges condere non poſſent: omnes tamen in obſeruādis ijs debiles fuerunt & infimi. Exemplo eſt Nero, qui leges optimas condidit, vitæ tamen fuit improbiſsimæ & diſſolutiſsimæ. Permittunt enim ſæpenumerò Dij ab improbis etiam hominibus reliquos ad officium & probitatem adſtringi. Quodſi tamen excellens tuum iuc

um tenui meo conſilio accommodare tibi & ſubmittere libet, verbis pauciſſimis omnes leges veteres comprehendam: non eò quidem, quòd promulgare eas te velim populo: ſed vt partim tuipſe eas obſerues, & exequaris: partim in aulâ tuâ eas obſeruari cures. Quodſi enim tu leges omnibus præſcribis: ego tibi ſoli, & miniſtris & familiæ tuæ præſcribo. Atq; primùm omnium ita vitam tuam inſtituas, princeps excellentiſsime, ne vllius vitij inſimulari poſsis. Si enim Princeps virtute eſt præditus, nullus aulicorũ eius erit diſſolutus. Aequum jus, & ſine morâ, peregrinis adminiſtrato: ſubditos enim tuos facultatibus potiùs tuis juuare poteris, quàm jure alieno. Veritatem colito, & promiſsis ſtato, etiam cum periculo amittendi imperij: & caueto, ne promittendo nimium ſis liberalis: in præſtandis verò nimis ſis auarus. Princeps enim in verbis ſuis inconſtans, & cuius promiſsiones in dubium vocantur, ab a-

micis deſeretur, & ab inimicis contemnetur. Curato, vt moribus tuis ſis iucundus, affabilis, & comis: & in officijs remunerandis diligens. Princeps enim rigidus & inhumanus, vti hominibus inuiſus eſt: ita à dijs puniri meretur. Fugito adulatores & mimos: cùm execrandum hoc genus hominum Remp. perturbaturum, & famam tuam obſcuraturum ſit. Has leges obſeruato: ſatisq́ ad benè regendam Remp. eris aſſecutus. Neq́ enim meliori lege opus eſt populo, quàm exemplo Principis laudabiliter viuentis.

Quodſi verò neceſsitas aliud requirat, vel etiam vtilitas: ſiue ab initio quicquam minùs aptè conſtitutum ſit, quod neceſſariâ mutatione indigebat, ne magni alicuius mali origo euadat, ſiue progreſſu temporis malæ quędam conſuetudines inueterârint, aut aliud quiddam acciderit, quod ſui remotionem indicet: tunc potiùs reformatio quàm innouatio erit inſtituenda, quæ ta-

tamen ipſa quoq; haud ſubitanea eſſe debet: ita namq; Agis, cùm repentè Lycurgi leges reuocare vellet, non tantùm intentionè ſuâ, ſed & vitâ excidit, *Plutarch. in Ag.* Nam nihil magnum fit ſubitò, cùm ne vua quidem aut ficus, *Arrian. Epictet. lib. 1. cap. 15.* Tali igitur modo, ex mente Ariſtotelis, illa mutatio inſtituenda erit, ne à populo ſentiatur, quædam in tempore diſponendo, quædam reijciendo ad tempus, *vt Dion prædicat de Auguſto Imp.* Is enim cùm maximè Remp. mutaret, & pauciores vellet eſſe Senatores, vmbram tamen eius remanere voluit, & effecit, vt domi res tranquillæ perſiſterent, ac eadem Magiſtratuum vocabula frequentarentur. Quo inſtituto cœpit paulatim inſurgere, Senatoribus moleſtiam exhibere, munia Magiſtratûs, Senatûs, Legum in ſe transferre, nullo aduerſante. Idq; deinceps approbatum fuit Lege Regiâ, quâ populus Rom. ei & in eum omne imperium ac poteſtatem

ſuam tranſtulit. Hanc prudentiam cùm non adhiberet Tarquinius & Cæſar, interitum ſibi accelerârunt. In ciuitate enim tranquillâ, & nullis motibus agitatâ, optimum eſt non mutari inſtituta: at quæ in varias voluntates diſtrahitur, nouis artibus facilè poteſt diſſolui. Quemadmodum namq; vini vſus initio quidem arbitrio bibẽtis regitur, vbi verò ſenſim calefecerit hominẽ, immutare eum cõtinuò incipit, & nouis moribus imbuit: ſic vir ciuilis, cùm primùm Remp. capeſsit, prioribus ciuium moribus cõſentaneè viuit, donec opinione virtutis fide cõparatâ, authoritati ſecurè inniti poſsit, & Reip. rationes ad ſuos nutus attemperare, *Faci. Polit. Liu. part. 3. error. 28.* Quæ enim ſenſim fiunt, à paucis deprehenduntur, ſicut legum 12. tabb. rigor eâ ratione, nemine aduertente, euanuit. *Agell. lib. 20. cap.* 1. vnde aduerſus præſentem Reip. ſtatum diſputare pro piaculo habetur, ſiue ex animo, ſiue ſimulatè fiat: cùm huiuſmodi

di diſputationes fomitem ſeditionis ſubminiſtrent, & tantummodò quorundam impetuoſorum machinæ ſint, quibus communem quietem turbare, ac fulcimenta Imperiorum ſubruere conantur. Vnuſquiſque enim obligatus eſt, communi ciuilis ſocietatis vinculo, contentum eſſe ſtatu in quo viuit: *Tacit.* 4. *hiſtor. Thucyd. lib.* 3. *Arnis. de Rep. lib.* 2. *c.* 2. *ſect.* 4. *pr.* hancque apud literatos iam diu inueteratam, & ob antiquitatem, rancidam eſſe opinionem ait Boccal. 2. *rag.* 14.

CAP. IX.

DE CONSILIO SENATVS.

HAud ambigendum eſt, quin præclarè agatur cum populo, cui Princeps contigerit ita genitus, ita educatus, vt alieni ingenij non egens, ſponte ſuâ ſapiat; qualis fuit Rex Salomon, quippe cui nulla earum artium,

quæ ad res benè adminiſtrandas pertinent, ignota erat, 1. *Reg.* 4. 1. *Chron.* 9. ac de Scipione ſuo Polyb. deq; Cæſare ſcribit Sueton. quòd citiùs fecerint ſua conſilia, quàm capta eſſe putabantur. Verùm quia hoc rarum eſt, & in magni alicuius Imperij Oceano ſine remigio Conſiliariorum nauigare velle ſat periculoſum: Vnus enim non ſufficit, quantumuis alacris fortisq; corpore ſimul & animo, in tantâ mole negotiorum atq; multitudine, quotidiè alijs affluentibus ſuper alia, *Philo de creat. Princ.* prudentiùs itaq; faciunt, qui infinitorum negotiorum iſtorum, tanquam tot irruentium ventorum agmina, Remp. varijs motibus agitantia, non ſuis tantùm, ſed & alienis oculis obſeruãt, ne quod in naufragij periculo accidere ſolet, vnico rei temporisue momento neglecto, ſeq; remq; totam publicam præcipitem agãt. Si duo ſimul coëant, *inquit Homerus*, alter altero magis intellexerit. Expeditiores enim ſumus cuncti ad quodlibet opus,

Ver-

verbum & ſenſum inueſtigandum, quàm ſinguli. *Plato in Protagorâ.*

Scitè idem Plato, cæteriq́ Philoſophi, ſummam Principis poteſtatẽ contuliſſe videntur diurno Solis curriculo, quo dies naturales cõficit: amicorũ verò eius prudentiam annuo eiuſdem curſui, quo plenum annum abſoluit. Vt enim mathematici ſolem non vno eodemq́ volui ad cœlum prædicant, neq́ aduerſo tamen & oppoſito motu, ſed obliquã atq́ leuiter inflexã curſûs formam tenendo, lentum, flexibilem, & ſequacem efficere anfractum, quo vniuerſitas conſtat, atq́ optimam accipit temperaturam: ita ſi ſummum Principis imperium, per ſe violentum & formidabile, æquitate & prudentiâ fidelium ipſius amicorum temperetur, indè exiſtet ſalubris illa & delectabilis in Rep. moderatio, quâ mundum quoq́ ab ipſo DEO regi perhibent, non violentiâ, ſed lepôre & ratione inducendo, quâ ſeueras neceſsitatis leges leniat. Hocq́ imperij & prudentiæ

temperamentum ita vtile eſt, vt ſine eo Reip. ſtatus diuturnus eſſe non poſsit, *Antimach. d. l.* Si enim omnia ex beneplacito motuq́ proprio agat Princeps, Reſp. facilè in tyrannidem abit; hocq́ modo Marcus Antonius, cùm remp. ex ſuo cerebro regere vellet, ac Edictis ſuis Clauſulam illam *motu proprio* adderet: & vitam & ſtatum perdidit, *Plut. in Vit. Anton.* Potiùs ergò animũ inducat Princeps, in rep. adminiſtrandâ, alienâ ſapientiâ vti, ſuam ſuſpectã habere. Etenim ſi in conſultando ſententiam Reip. ſalutarem dixerit, facilimè illi accedent conſiliarij, ſin verò imprudenter iudicauerit, obtemperaturus nihilominùs meliùs iudicantibus: imprudentiæ notam apud ſubditos nunquam incurret; licet aliàs imprudentem & Principem eſſe inſociabilia haud exiſtant.

Duplex verò genus eſt Conſiliariorum, alij namq́ pretio conducuntur, in quorum electione maxima prudentia requiritur: hisq́ ita debet vti Princeps,

ceps, vt intereà publicas conſultationes non omittat, id quod nocuit Brabantiæ Duci Alenconio, atq; Lynceſtro. *Dn. Beſ. de conſil. polit. cap. Vlt. num.* 26. vt & Henrico IV. Imp. *Lehman. in Chron. Spir. lib.* 5. *c.* 27. *& ſeq.* Tutiora itaq; & prudentiora ſemper ea ſunt conſilia, quæ in Conſeſſu publico *(quod eſt alterum genus Conſiliariorum)* ex plurium mente maturè deliberata ſortiuntur; quando enim plures conueniunt, ſuam quiſque partem habent virtutis atq; prudentiæ, ſuntq; quaſi vnus homo multipes, & multis manib. ac multis ſenſibus, multisq; moribus ac intelligentijs præditus: cui planè conſimilem rationē addit Anto. Perez *in aphor. f.* 162. *n.* 85. *no ay muſico, por perfecto que ſea, ſi es mercenario, que no ſalga de las reglas del arte, entendiendo que agrada al oyento aquello.* Secus ac in Senatu regniuè Comitijs fieri ſolet, vbi Princeps cum ſubditis quaſi in familiare colloquium deſcendere, & de Rep. palàm cum ijs in commune conſultare videtur,

tur, *Thuan. lib.* 27. Hic'q; Senatus in omni Rep. tam eſt neceſſarius, quàm in corpore ipſo mens ac ratio: ſine qua corpus ipſum non modò ſe non regere, ſed ne momento quidem ſubſiſtere poteſt. *Bodin. de Rep. lib.* 3. *cap.* 1. Iacobus Angliæ Rex, *in Oratione habitâ in Conuentu Ordinũ* 9. *Nou. Anno* 605. Vos, *inquit*, vt hîc de ijs negotijs deliberaturi ſedetis, quæ à Rege in hunc Senatum afferentur: ita quæcunq; neceſſaria videbuntur, ſiue ad illos fines, quorum gratiâ hos Ordines coire monuimus, ſiue ad indicanda patriæ vulnera, quæ ijs inuolucris obteguntur, vt niſi aperientibus vobis, non poſsint in Regis cognitionem, ac veluti conſpectum venire, ea communi diſcutienda conſilio proferre debetis. Contrà de veteribus Britannis ſcribit Tacitus, nihil illis quicquam maiori vel fraudi vel detrimento fuiſſe, quàm quòd in vnum non conuenerint, & quòd priuatas ſinguli & ſuas rationes ſecuti, de vijs & modis conficiendi belli, expe-

ditiſsimis iunctis conſilijs, non conſenſerint. Quo vno Britannis Romani (quos ob venerabilem illũ tot prudentiſsimorum Senatorum in commune conſulentium conſeſſum, ſedendo vincere dixit Varro) magnâ belli contentione terrâ marique deuictis, ſuperiores euaſerunt. Eodẽ errore grauiter peccauit Cæſar, quòd non modò in Conſulatu, ſed etiam in Dictaturâ Senatûs conſilio nunquam vteretur: at ne Senatui quidem vniuerſo (qui mille circiter Senatoribus conſtabat) aſſurgeret. Nimis arroganter ac ſtultè id quidem: non quòd Cæſar moribus aut naturâ ſuperbus fuerit, ſed cùm aſſurgere Senatui vellet, à Cornelio Balbo adulatore, conſiliorumque omnium participe, quò minùs id faceret, prohiberetur. At meminiſſe ille debuerat, Romulum, creatorem vrbis, ac primum Romanorum Regem, ab ipſis Senatoribus, vt quidem fertur, occiſum fuiſſe. *Plut. in Rom.* & Tarquinium Superbum atque Decemuiros, cùm

cùm morem conſulendi Senatum intermitterent, diutiùs tenere imperium nõ potuiſſe. Continuò enim quaſi priuati ipſo iure iudicati ſunt, tanquam qui Magiſtratu abijſſent, quibusq; jus abeſſet vocandi Senatûs, aut Senatusconſulti faciendi. Quæ res etiam Ludouico XI. Regi Francorum, qui nullâ de re Senatum conſulebat, exitioſa fuit. *Guyon tom. 1. des diuerſes Lecons, liu. 2. c. 32.* Quod cùm ipſe, quanquam ſerò, intellexiſſet: Carolum filium ita inſtitui voluit, vt literas neſciret, modò tria verba teneret, Latina illa quidem, ſed eiuſmodi, quæ de hiſtoriâ jure detracta ſint; vt alienis conſilijs potiùs quàm ſuis ſapere, ac res gerere conſueſceret. *Bodin. 4. de rep. cap. 5. Comin. 5. cap. Vlt.* Memorabile eſt exemplum Botuildi Sueonum Regis, qui vrgentibus hinc Rutenis, indè Danis, claſſe ad fugam comparatâ, priuſquam anchoris & velis eleuatis vento ſe committeret, theſauri eius cuſtos Stroblindus in aures ei inſuſur-

ſurrans, quæſiuit: an alicuius rei in terrâ oblitus eſſet? tum ille, Enimuerò, inquit, nimis diu oblitus ſum Procerum meorum conſilia audire, cuius obliuionis nunc do pœnas. *Fac. d. l.* Ordines enim qui negligit, offendit populum; toti verò populo nemo ſapiens iraſcitur. *Val. Max. 9. cap.* 3. Qui verò Princeps Ordines amat, vtroſq; & populum & Ordines facilè placat. Certant hæc duo plerunq; inuicem, rex & populus, quorum alter immodicam libertatem, alter tyrannidem ambire conſueuit. Intemperans autem horum contentio Remp. affligit: quorum ſi vicerit vnus, perſonam induit Tyranni; ſi vincitur, tot millia Tyrannorum, quot capita ſeditionis fuerunt, naſcuntur. Crudelior autem ſemper eſt Tyrannis multorum, quàm vnius: huic enim finem imponit vel mors, vel exatiata dominandi libido: populi verò tyrannidem alit, inſolens & inſatiabilis licentia, quæ virus ſuum ad poſteros etiam longè tranſ-

tranſmittit. Itaque Senatus debet in conſeruandâ æquâ & cõmuni omniũ libertate, ſummam diligentiam adhibere: ex eoq́ medio loco, tanquam ex aliquâ ſpeculâ, vtriusq́ ſaluti proſpicere, maximeq́ curare, ne quod vnquã propter ſeditiones huiuſmodi & contentiones, capiat Reſp. detrimentum. Eſt enim quaſi iudex, inter vim & metum, libertatem & ſeruitutem, Regem & populũ conſtitutus. *Laur. Grimal. d. opt. Senat. lib.* 2. Hinc Bodin. *lib.* 4. *de rep. c.* 4. Senatores, quibus rerum agendarum prudentia non niſi vſu diuturno comparatur, perpetuos & Romæ, & Lacedęmone, & Areopagi, & vbiq́ eſſe oportere iudicat, vt in perpetuâ magiſtratuum mobilium varietate, Senatus ſit conſtans & immutabilis, in eoq́ velut cardine ſtabili & fixo, cætera imperia mutabilia conquieſcant.

Hæc gubernandi ratio ſemper & in omni Repu. obſeruabatur. *Iſac. Pontan.* 6. *orig. Franc.* 11. Dionys. Halicarn. *lib.*

lib. 2. ſub num. 2. Olim, *inquit*, Reges, & quotquot à Patre traditum Regnũ accepiſſent, & quot ipſa plebs ſibi Principes conſtituiſſet, Conſilium habebant, quod ex Optimatibus conſtabat: vt Homerus, & antiquiſsimi Poëtæ teſtantur. In regno Iſraëlitico Sanhedrin fuit, & populi Comitia. *Cunæus 1. d. rep. Hebra. cap.* 12. In antiquiſsimâ Athenienſium Monarchiâ, agebant cum populo reges, *vt Thucydides eſt teſtis*, eiusque ſuffragijs multa ſanciebant dubia de rebus aliquibus & inexplicata conſilia habentes. Lacedæmoniorũ Reſp. tres itidem gubernandi ſpecies habuit, Reges, Optimates & populum. Romulus, *vti Liuius ſcribit*, Deorum populiq́ voluntate rex electus, rudimenta illa regni, tenuia primùm & exigua, ſolus adminiſtrare recuſauit, ſed imperandi ſocios ſibi Senatores centum aſciuit, quos vel ab ætate, vel virtute, quâ cæteris præſtabant, Patres vocauit. Et ne populus honoribus patriæ fraudatus videretur, néue odia tam in

Re-

Regem quàm Senatores gereret, magiſtratus illi minores tenendos conceſsit, iudicia attribuit, de bello & pace decernendi poteſtatem dedit, & alia multa. Atq; vtinam durâſſet is Reip. Romanæ ſtatus, næ illi non opus habuiſſent, tantum ſanguinis, pro libertate acquirendâ, imperioq; propagando, effundere: illa etiam Reip. felicitas, non ſeditionibus tantis diſtraſta fuiſſet, propter quas nullo ferè tempore reſpirare potuit. *Grimal. d. tr. lib.* 1. Regnum Germano-Francicum ex tribus conſtabat olim, Rege ſcilicet, Ducibus Eccleſiaſticis, & Secularibus, ac Magiſtratibus Vrbium ac Communitatum, *Lehm. Chron. Spir. lib.* 2. *c.* 3. *&* 37. Ratio, *inquit Hincmarus Epiſt.* 3. quâ totius regni ſtatus, antepoſito omnipotentis Dei iudicio, conſeruari videbatur, hæc eſt: conſuetudo tunc temporis talis erat, vt bis in anno Placita (ſiue Conuentus generales) Domino tenerentur. Et vt in rem præſentem eamus, eaq; quæ oculis patent, præten-

tenſo quaſi digito monſtremus: pleraq; regna moderna ſuis gaudent Ordinibus. Ipſum Pontificem Maximum nil poſſe abſq; Synodo Cardinalium, notat Cardin. Cuſa, *lib. 2. de concord. Cathol. cap. 15. & 21.* In Hiſpaniâ, Rex ſummæ poteſtatis eſt, Concilium Regale Optimates denotat, Ordines tres ſtatum popularem. Eſt autem Ordinum, vt illi vocant, primus S. Iocabi, ſecundus Calatrauenſis, tertius Alcantarenſis: qui vnà cum Rege coniuncti de ſummâ Reip. pertractant. Regnum Polonorum ex tribus Reip. formis eſt conſtitutum: ex Rege, Optimatibus & populo. Populi verò nomine ipſi tantùm nobiles vel Equites comprehenduntur. Eſt autem in eorum Rep. ſumma Ordinum conſociatio, adeò vt Rex ſine Senatûs conſilio & authoritate, de Reip. ſummâ nihil ipſe decernere poſſit: Senatus nihil abſq; Rege atq; Nobilibus. Sacramentum, quo ſe inuicem pro legibus ſeruandis, libertateq; tuendâ obligant, *captur* ſuâ linguâ vocant,

cant, latinè capitis tegmen dixeris. Quemadmodũ enim hoc caput à frigore & tempeſtate contegit: ita libertas, leges, ſalus, hoc illorum ſacramento tecta & ſalua eſſe putantur. Rex ad leges præſcriptas omnia adminiſtrat, neq; voluntate ſuâ, ſed Senatûs conſilio leges ſancit, bella ſuſcipit, componit, terminat, nec extra cancellos legũ & Senatûs conſiliũ egreditur. Adeoq; vt talem apud Polonos Regem eſſe dicat Grimalius (qui & ipſe Polonus eſt) *d. lib.* 1. qualem Plato, Ariſtoteles, Xenophon, & omnis Philoſophorum legislatorumq; grex in optimâ quâq; rep. effingit, qualemuè natura & Devs ipſe videtur expoſcere. Senatus apud eos Optimatum Remp. repræſentat, qui ex Nobilibus eligitur, eſtque velut apud Perſas Homotimi, vel apud Lacedæmonios Ephori. Popularem Statum repræſentat Equeſtris Ordo, penes quem conſiliorum Reip. pars repoſita; eſtq; hic Regum & Senatûs ſeminarium. Venetorũ Reſp. ad eandem quoq;

for-

ſormam eſſe conſtituta videtur. Populi vel ciuium nomine, nobiles & ingenui tantùm continentur, magnaq́; cautio apud eos adhibetur, ne falſo nomine quis in nobilium & ingenuorum ciuium ſubrepat numerum, cùm ſolis nobilibus ad Remp. & Magiſtratus obtinendos pateat aditus. Ex his Senatus, Optimatum Remp. efficit, qui totius Reip. gubernandæ caput eſt & fundamentum. Dux quoq́; ex eorum numero electus, Regis ſimilitudinem obtinet.

In Anglicanis Comitijs Parliamentarijs, cum Dynaſtiâ cæteráq́; nobilitate plebeq́; Rex ipſe adeſt: ac quoties in pace belliué tempore, de rebus arduis deliberatio incidit, Dynaſtæ Reguliq́; præſtantioris in repub. partis vice defungũtur; equites, armigeri, nobiles, & plebeij, reliquæ multitudinis locum obtinent; Cleri nomine conueniunt Præſules: mox animam quaſi & colophonem addit juſſus Principis. *Thom. Smithus de repub. Angl. lib. 2. cap. 2.* Sic

K iam

iam olim Galliæ reges trium Statuum Concilium ſæpè indicebant, vt in ſolenni conuentu de rebus grauibus cõmuni conſilio deliberaretur. Tribusque potiſsimùm de cauſis publicum iſtud Concilium cogi ſolebat, (1) cùm interrex vel regni moderator deſignãdus erat (2) cùm regni ſtatus corrigendus coërcenda magiſtratuum vitia, & res ad priſtinum ſplendorem reuocandæ (3) quoties populo certa pecunia, tributi nomine, imperanda erat. *Antimach. d. l. f.* 55. *& ſeq. Vid. Hotom. de Francog. cap.* 14. Aequum enim eſt, vt quorum pecunijs & ſumptibus bellum ſuſtinetur, eorum conſenſus & conſilium quæratur, *Comin. lib.* 5. *cap.* 15.

Ac quoque æquius eſt, ſecundum M. Aurelium Imp. vt Princeps amicorum fidelium conſiliũ ſequatur, quàm tot talesq́ amici eius vnius voluntatem. Veteres, Poëtæ maximè, fingebant, deos Concilia celebrare, ac Ioui, more Statuum, ſua conſilia aperi-

re,

re. Et Dauid: *quod bonum eſt*, inquit, *in oculis* Ve*ſtris, faciam*, 2. *Sam.* 18. V. 4. Ex hoc tamen non ſequitur, Senatui præter conſilium competere quoq́ue poteſtatem: quia hoc modo omnis Reſp. eſſet Ariſtocratica, *Vt rectè concludit Arniſæ. doctr. Polit. c.* 15. omnisq́ue veterum Monarchiarum, quarum nulla vllo ferè tempore Senatu caruit, hiſtoria euerteretur, ſtatuereturq́ue, ſubditos etiam recta, inconſulto tamen Senatu, facienti regi jure obſiſtere potuiſſe: id quod formæ & fini Monarchiæ, quibus illa ab alijs Reip. ſpeciebus diſtinguitur, planè contrariatur, *Ariſtot.* 3. *Polit. cap.* 5. indeq́ue teterrima metamorphoſis, cæli terræq́ue commixtio, & quicquid confuſum magis excogitari poteſt, conſequeretur. Nam omnium ſubditorum voluntas, in publicis regni negotijs, à mente & ſententiâ Regis ſupremi domini pendere debet; ne ſi diuiſum cum rege imperium gerere dicantur: & fraus maieſtati regiæ fieri, & forma Reip. quadantenus mutari

videatur. *Chriſtoph. Sturcius in d. refut. fol.* 28. Hæc ergò Senatusconſulta, cùm ſint absq; imperio, nihil detrahunt poteſtati regiæ, ſed imò magis roborant Maieſtatem, *vt ex Comin. probat Dn. Beſold. de conſil. polit. cap.* 19. Sic nuſquam in ſacris Scripturis apparet, eam fuiſſe Synedrij Hieroſolymitani autoritatem, vt Regem judicaret: quin potiùs infinitis in locis apparet, Regem liberum & ſolutum legibus vixiſſe, ac ne quidem totius populi, nedum Synedrij judicio fuiſſe ſubiectum, *Barclai. d. tr. lib.* 4. *cap.* 11. Et quamuis in Regno Angliæ Parlamentum magnam poteſtatem habere videatur, *vt ex Thomâ Smitho lib.* 2. *c.* 2. *colligit Mercure Francois, tom.* 12. *f.* 231. Rex tamen illud, prout libet, colligit, inibiq; proponit quicquid videtur, & quod tacitum vult, apud ſe ſolum retinet. In Caſtris abſolutam poteſtatem obtinet, etiam antequam belli facies ſe aperuerit, in ſubitis nimirum rebellium motibus. Atq;, vt

vno

vno verbo dicam quod res eſt, vita, caput, & authoritas in Principe eſt omnium, quæ in rep. Anglicanâ geri ſolent. Nam cùm omnis Reip. adminiſtratio in his quinq; potiſsimùm cõſiſtat (1) in legibus ſanciendis (2) in bello gerendo, aut in fœderibus cum hoſte feriendis (3.) in cenſu publico procurando (4) in magiſtratibus creandis (5) in juſtitiâ deniq; adminiſtrandâ: primum & tertium ab ipſo rege in Parliamento, ſecundũ & quartum ab eius abſolutâ ſolùm authoritate peragitur, ſicut & quinto rex colophonem addit. *Smith. d. lib. 2. cap.* 4. *& ſeqq. Frid. de Marſelaër in ſuo Leg. f.* 130. *Dn. Beſold. tr. d. monarch. in gen. c.* 4. *n.* 8. *& in Theſ. Pract. fol.* 226. Barclaius *in Icon. animor. cap.* 5. *fol.* 144. quis, *inquit*, Regibus porrò locus erat in Britanniâ, cùm formidabiles Ducum opes, Comitesq; Palatini, regio propè jure, factionibus & clientelis graues, Regnum cladibus miſcerent? quàm ſæpè in Reges atroci coniuratione certârunt? id verò nunc ceſſat.

De Galliâ iactitat Hotomannus *in Francog. cap. 7. 14. 16. 18. & paſsim,* quòd Galliæ Reges olim in Comitijs eligebantur, certisq; legibus tenebantur, quibus non obtemperantes, in ijſdem Comitijs abdicati fuerint &c. Sed ipſemet Hotom. (*qui & refutatur à Barcl. d. reg. l. 3. cap. 3.*) *c. 23. in fin. & c. 27. fol. 216.* de publici huius Concilij autoritate dubitare incipit, quòd olim trium Statuum Concilium ſiue Parlamentum appellabatur, in quo tamen hodiè iudiciariæ tantùm lites ferè tractantur, *Hotom. d. c. 27.* Ad quam anguſtiam quidem eâdem regiâ poteſtate, quâ olim jus eius ampliatum erat, haud tamen Politico ſine ſtratagemate redactum fuit: cui ſimile eſt, quod de Seruio Tullio ſcribit Halicarn. *lib. 4. antiq.* quòd Tullius popularem ſe eſſe præ ſe ferebat, non ſolùm in his Reip. moderandæ conſilijs, quib. Senatus autoritatem & patritiorum potentiam imminuere videbatur: ſed etiam quibus regum imperium deteriore cõditio-

ditione fecit, mediam ei poteſtatis partem detrahendo. Nam cùm alij ante ipſum reges, judicia omnia per ſe obire, cauſasq; & cõtrouerſias omnes tam priuatas quàm publicas ſuo more iudicare, æquum dignum cenſuiſſent; ille publica à priuatis diſtinxit, & criminum, quæ in remp. committuntur, penes ſe cognitionem retinuit; priuatorum autem priuatos judices conſtituit, ijsq; limites & regulas in iudicando legibus à ſe latis præſcripſit. Et iam in Galliâ, bellum, pax, fœdera, tributorum indictio, omnia, etiam ante conſecrationis ſolemnia (*quod lege latâ decretum*) à regis nutu dependent, *vt patet ex Mercur. Franc. tom.* 10. *f.* 691. *& ſeqq. idq; prolixius docet Dn. Beſold. d. c.* 4. *n.* 6. *Ioh. Barclai. tr. d. regno & reg. pot. lib.* 4. *cap.* 14. Cui ſubiungere lubet arreſtū du Conſeil d'Eſtat contre les Meſsieurs du Parlement, vnde tota res planior efficietur, nullâ prorſus dubitationis nube relictâ: *Veu par le Roy en ſon Conſeil d' Eſtat, aſſiſté des*

Princes, Ducs, Pairs, et Mareſchaux de France, et autres Officiers de ſa Couronne, et d'autres Seigneurs de ſon Conſeil, ce qui s' eſt paſſé en la deliberation tenue en ſa Cour de Parlement à Paris, le 26. auril dernier ſur leur regiſtrement des Exs. de ſa Maieſté du 30. Mars 1631. contenant ſa declaration contre ceux, qui ſont ſortis de Royaume avec Monſieur le Duc d' Orleans ſon frere, pour les cauſes et raiſons y contenues, par laquelle au lieu de proceder à leur regiſtrement et publication pure et ſimple d' icelle, ainſi qu' il leur eſtoit mandé, et ſe deuoit faire, ainſi que de tout temps ils s' eſtoit obſerué, Avoient mis l' affaire en deliberation, et pris diuers aduis, en ſorte qu' il n' y auroit eu aucune reſolution, au grand meſpris de l' autorité du Roy, et de ſes commendements, bien et repos de la France, où il n' eſt permis ny loiſible aux Courts de Parlement, ny aucuns autres Officiers, de prendre cognoiſſances des affaires d' Eſtat, adminiſtration et gouvernement, hormis le Roy ſeul, eſtably et proposé de Dieu,

Dieu, auquel ſeul il en doit rendre compte; Telles, et ſemblables declarations, concernans le gouvernemet de l' Eſtat, eſtans envoyees aux Palemens, non pour en deliberer, mais pour les faire publier, garder, et obſeruer par tous ſes ſubiects.

Le Roy en ſon Conſeil, voulant preuenir et remedier aux inconueniens, que pourroient arriuer de tels abus, et entrepriſes contre ſon authorité, et le bien public, A caſſé et annullé l' acte de deliberation faite en ladite Cour de Parlement de Paris le 26. auril 1631. ſur leſdittes lettres de declaration du 30. mais dernier, comme temeraires, et faites cōtre les loix & vſances du Royaume, et par perſonnes priuées et ſans pouvoir à ce regard. Fait ſa Maieſté treſexpreſſes inhibitions et defences à laditte Cour de Parlement, de mettre à l' aduenir en deliberation telles et ſemblables declarations, concernans les affaires de ſon eſtat, adminiſtration et gouvernement d' iceluy, à peine d' interdiction de leurs charges, et de plus grandes, s' il y eſchet, et

 pour

pour la faute commiſe en ce regard par ladicte Cour. Sa Maieſté a ordonnè et ordonne, que lesdites lettres de declaration ſeront retirées d'icelle, leur faiſant deffences treſexpreſſement de prendre aucune iurisdiction où cognoiſſance du contenu en icelle. Et que l'acte de ladite deliberatiõ ſera tirè du regiſtre du greffe de ladite Cour et cancellé, et le preſent arreſt mis en ſon lieu et place. Dont aprés collationées ſeront envoyées enſemble des dites lettres de declaration en tous les Baillages, et Seneſchauſſées du reſſort de ladite Cour, pour y eſtre leües, publiées, et enregiſtrées. Enioignant Sadite Maieſté avec Officiers d'icelles de le faire garder, et exactement obſerver, ſe reſervant Sadite Maieſtè de commettre telles autres de ſes Courts de Parlement où autres Officiers, qu'il luy plaira pour proceder contre les deſnommés en ladite declaration, leur faire et parfaire leur proces, iuſques au iugement diffinitif et ſouverain, non obſtant et ſans avoir eſgard à leurs qualitez et privileges

leges, qu' ils pourroint pretendre en cõſequence d' icelles, dont ils se ſont rendus indignes. Fait au Conſeil d' Eſtat de ſa Maieſtè y ſeant Ienu, A Paris le 12. May 1631. Signe de Lomenye.

De par le Roy.

N*Os amés et feaux ayant informez de nos intentions, et à Vous departir nos commendements ſur les occurrences preſentes, nous Voulons et Vous mandons, que demain à trois heures de releVée, Vous ayez à Vous rendre en corps de Cour, non par deputez, mais tous nos Officiers, dont elle eſt composée en noſtre chaſteau du LouVre. Et que le Greffier y apporte le regiſtre où la declaration de 30. Mars dernier, Sy ny faictes faulte. Car tel eſt noſtre plaiſir. Donnè à Paris le 12. May. 1631. Signè. Louis. et plus bas, de Lomenie.* Adde Chaſſanę. *conſuet. Burg. des iuſtices. §. et droicts d' icelles. n. 101. & ſeqq.*

Hiſpaniæ regimen haud dubiè plenum eſt & abſolutum, in quo rex nul-

lum recognoſcit ſuperiorem in temporalibus, naſcitur non eligitur, ita vt deficiente maſculo hærede, etiam filia, licet adhuc minor, ſuccedat. Et quidem in Caſtellæ regnò, tum Gothorū tempore, tum poſt Arabum & Maurorum inuaſionem, ſublato ab hoſtibus rege Roderico, rebusq́ in ſummum diſcrimen adductis, populares plenum regnum Hiſpaniæ Pelagio detulerunt, *Ioh. Vaſæus in Chron. Hiſpan. A. C.* 716. cuius poſteri iure hæreditario annos iam plus octingentos continuâ ſucceſſione regnant in Caſtellâ. *Sepulueda lib.* 3. *polit. Ariſt. cap.* 11. *n.* 5. Arragonenſes verò veterem libertatem atq́ immunitatem iam diu prætendebant, quam etiam *anno* 1619. à Philippo III. H. R. cùm Philippo IV. filio fidelitatis iuramentum præſtitére, vrgebant, *Merc. Franc. tom.* 6. *f.* 285. vbi ita habetur. *Sa Maieſtè enuoya à la Chambre vn eſcrit ſignè, portant qu' elle accompliroit ce qui ſeroit arreſtè audits Eſtats, & garderoit les ſtatuts, preeminences & priuileges du Royaume conformement à ce qu' auoient fait*

fait les Rois ſes deuanciers, & moyennant ce on luy obeyſt. Verùm priuilegia iſta tanta non ſunt, vt poteſtatem regis limitare aut debilitare valeant, quin remedio Inquiſitionis ij, qui contraniti præſumunt, in ordinem redigantur. Quod idem obtinet in Catalauniâ, atq; apud Cantabros, ſua libertatis priuilegia, *teſte Botero*, prætendentes, quæ tamen regiæ poteſtati præiudicare nequeunt. *Couarruu. c. 1. pr. qq. n. 9. c. 4. n. 3. & part. 2. relect. c. poſſeſſ. mal. fid. §. 5. n. 3.*

Apud Romanos, Romulus & aſylũ aperuit, & Senatores ſibi conſiliariosq; *vt ſuprà innui,* ſed arbitratu ſuo ſine vllis populi ſuffragijs ſelegit, *Dion Halic. lib. 2. antiq. Tac. lib. 3. annal.* Sicut enim, de conſuetudine omnium gentiũ, Optimates regibus non à populo dati, ſed à Regibus ipſis ſponte ſuâ in conſilium fuerunt aſciti, vt ſcilicet eorum vicariâ in regno gubernando fide & operâ reges vterentur, vtpote qui ab ipſis in partem ſollicitudinis ſunt aſſumpti, *vt loquitur Sigiſmundus Imp. in Bullâ de iure*

& ſucceſſ Elect. Palat. Et quantacunq; vbiuis Curiarum & Parlamentorum amplitudo ſit: eam tamen regijs conſtitutionibus formatã firmatamq; eſſe nemo inficias ire poteſt; quapropter Curiæ ſupremæ Burdegalenſis primarius Præſes, *in addit. ad tr. Ioh. Mont. de autorit. mag. conſil. n.* 177. *in fin.* Parlamenta, inquit, fuerunt inſtituta per Reges Franciæ, ad iura partibus reddendum, & non profectò ad alia regiæ maieſtatis reſeruata, & per populum in ipſum Principem translata faciendum. In Scotiâ verò per nouem Reges 200. circiter annis regnatum fuit, ſine vllâ concilij publici mentione: donec tandem Finnanus rex decimus legem tulit, populo nihil tale aut rogante aut exſpectante, ne publica regni negotia ſine Procerum conſultatione & conſilio tractarentur, *Hector Boëth. in hiſt. Scot.* Vnde quod Reges de ſuâ poteſtate remittere videntur, id voluntati eorum proprioq; arbitrio, non coactioni Ordinum debet adſcribi. Ita Romu-

mulus diſtributâ in ordines multitudine, compoſitoq́ totius Reip. ſtatu, conſiliarios de patribus ſibi delegit, vt haberet, quorum conſilio Remp. adminiſtraret, *Dion. Halic. d. lib.* 2. Quicquid ergò populus, quicquid Senatus faciebat aut ſtatuebat, non ex ſuâ, ſed ex regiâ poteſtate, & authoritate ſibi precariò conceſsâ ſtatuit. Omnia enim manu à regibus gubernabantur, *l.* 2. *ubi Muret. d. o. l.* ſtatuendo ſcil. & exequendo quod æquum videbatur, prout quodq́ negotium incidiſſet. Nam licet reges quoq́ ipſi quaſdam leges tuliſſent, *Plut. in Rom. Halicarn. lib.* 2. *Romuliq́ leges Curiatas recitat Muret. d. l.* 2. illæ tamen multò pauciores erant, quàm vt eis ciuium controuerſiæ diſceptari ac dijudicari poſſent: & ferè ad alia pertinebant.

Eiectis regibus creati ſunt decemuiri cum imperio conſulari ac regio, ſine prouocatione, legum ferendarũ causâ, quaſi tot reges, multiplicato terrore; ſucceſſerunt Tribuni plebis, qui pari-

pariter â nemine in ordinem cogi poterant, eorumq; conditio par erat Coſmorum illi in Cretâ, Ephororum Lacedæmone, Philactarum apud Cumæos, apud Cindios Amnemonum, qui omni metûs ſolicitudine ob geſtum â ſe magiſtratum liberi erant, *Ariſt. 2. Polit. c. 7. & 8. Plut. in Hellen. quæſt.* quidnî ergò reges ante ipſos potentiæ talis fuiſſe credendum eſt? Nã & Conſulum poteſtas regia planè fuit, *vt demonſtrat Cic. 3. d. legib. Polyb. lib. 6. & Valent. Forſter. in hiſtor. iuris Rom. lib. 1. c. 16.* donec eam Valerius Publicola lege centuriatis Comitijs latâ cohibuiſſet.

Poſtquam verò, ipſis rebus dictantibus, Reip. per vnum conſuli neceſſe fuiſſet, *Tacit. lib. 1. annal. d. l. 2.* populus Romanus Lege Regiâ, quæ de Principis imperio lata eſt, ei, non vt eam ſibi quoq; retineret, veluti cum Antoninus Philoſophus Imperium cum L. Vero communicauit: ſed planè in eũ, omne contulit imperium, ita vt ſe omni ſuâ veteri poteſtate ſpoliauerit, *Mu-*

ret.

ret. ad l. 1. *d. conſtit. Princ.* Hæcq; Regia Lex nullo modo ſpuria eſt ſiue adulterina, vt multj male-ſani arbitrantur, ſed verè lata fuit. Citat eam ad ſuæ ſententiæ firmamentum Vlpianus: Quod Principi, *inquit*, placuit, legis habet vigorem: vtpote cùm lege regiâ, quæ de eius imperio lata eſt, populus ei & in eum, omne ſuum imperium & poteſtatem conferat, d. l. 1. huicq; omnes alij Iureconſulti vno ore adſtipulantur, *vt ad oculum demonſtrat Barclai. d. tr. lib.* 2. *f.* 266. *&c.* Coætaneus Vlpiani Dion hiſtoricus, de Imperatorum ſummâ liberâq; poteſtate longâ narratione docet *lib.* 53. eos munia Senatus, magiſtratuum, legum, Senatu populoq; volente (immò precibus efflagitante, obteſtante, *Tacit.* 1. *annal.*) in ſe traxiſſe, ita vt illius ius eſſet arbitratu ſuo exercitum conſcribere, pecuniam conficere, bellum ſuſcipere, pacem inire, res tam peregrinas quàm vrbanas componere, atq; etiam intra pomœrium equites & Senatores necare, cenſus age-

agere, in equeſtrem & Senatorium ordinem, quos vellent, adſcribere, & alios ab eo remouere, aliaq; omnia facere, quæcunq; Conſulari, Tribunitiâ, vel Dictatoriâ poteſtate expediri antè poterant, idq; cum tantâ maieſtatis veneratione, vt ſi ab aliquo ſe læſos verbo vel opere exiſtimarent, eũ indemnatum, tanquam ſceleſtum, ſacrum, ac piacularem, occidere potuerint. Senatus enim, *vt notanter inquit Dion. d. lib. 53.* eum (*Auguſtum*) omni legum neceſsitate liberauit: vt, quemadmodum à me dictum eſt, reuerà ſui iuris & abſolutæ poteſtatis, tam reſpectu ſuijpſius, quàm legum, omnia, quæcunq; vellet, faceret, quæcumq; nollet, non faceret. Quâ ratione omnis Senatûs & populi autoritas prorſus extincta fuit, *Muret. ad d. l. 1.* Nam olim, quod populo placuerat, lex erat. Poſteà in locum populi ſucceſsit Princeps, omniſq; populi poteſtas in eum translata eſt. Sunt igitur hæc analoga: Princeps, Populus, Quod placuit Principi, Quod pla-

placuit populo; quorum vt primum ad ſecundum, ita tertium ad quartum. Ita ſi Princeps habet poteſtatem populi, id quod Principi placuit, vim habet eius, quod populo placuit, id eſt legis. Et licet Venturæ Cæco *in catalexi ad d. l. 2. lib. 1. excurſ. 15.* Pomponius Principi adulari videatur, dum ait: cùm nec populus facilè regere prouincias poſſet, neq; Senatus probè tueri, propter magnitudinem imperij: Princeps eſt conſtitutus, eiq; ſummum ius datũ, vt quicquid conſtituiſſet, haberetur pro lege. Illud tamen & Pomponio & cæteris concedit, Romanum populum adeò ſuâ magnitudine laborâſſe, vt libertatem diutiùs tueri nequiret, eiuſmodi nimirum tempore, quo ſuſpectus Senatus, populiq; imperium, ob certamina potentium, & auaritiã magiſtratuum: quo inualidum legum auxilium: quæ vi, ambitu, poſtremò pecuniâ turbabantur: ita vt rectè prudentes quidã de vitâ Auguſti poſt mortem eius inter ſe conſerentes dixerint: Non

Non aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe, quàm vt ab vno regeretur. *Tacit. 1. annal. Dn. Lanſ. in tr. d. L. R. thes. 8. qui diſcurſu iſto inſigni, & à Baſileenſibus iure merito celebratur, facilè omnibus ſatisfacere poteſt.* Prudenter itaq́ Theophanes Mitylenæus apud Pompeium diſſeruit, cùm hic ex clade Pharſalicâ naui vectus, Mitylenam veniſſet, vt vxorem Corneliam, quam ibi depoſuerat, reciperet: varias eſſe rerump. mutationes, eſſeq́ neceſſe rem Romanam ab vno gubernari.

Etſi verò ſub Imperatoribus, nihil ferè niſi ex Senatûs authoritate ſtatuebatur, vt oſtendunt hiſtoricorum libri, & pleraq́ omnia Senatusconſulta, quæ commemorantur in iure, Imperatorum temporibus facta: Silanianū ſub Auguſto, Velleianum ſub Claudio, Trebellianum ſub Nerone, Pegaſianum ſub Veſpaſiano, Iulianum de colluſione detegendâ ſub Domitiano, & ſub alijs alia, *Muret. ad l. 9. de legib. idq́ praetereà confirmat l. humanum. C.*

eo. l.

eo. l. vn. C. de Senatuſc. Principum tamen orationes & decreta accedebant, & tandem etiam perpetuum edictum compoſitum fuit, ſucceſſu'q; temporis nulla ampliùs ſenatuſconſulta, aut alia eiuſmodi iura, vt anteà, condebantur: ſed edicta & decreta Cæſarum, imò præſcripta etiam, quæ Conſtitutiones & ſanctiones dicerentur, omnem autoritatem obtinebant: ita vt Imperiũ tunc temporis verè regale fuiſſe fateatur Ioh. Caluin. *in tr. de Princip. circa fin.* qui aliàs Legem Regiam oppugnare fruſtrà nititur.

Quamuis etiam Imperium Romanum prout hodiè inter Germanos perennat, multorum Illuſtriſsimorum Principum auſpicijs, quaſi tot firmiſſimis columnis ſuffulciatur, qui imminentia Imperij pericula communi ſtudio auertere, Rei'q; publicæ ſecundum eam normam, quam præteritarum calamitatum frequẽs olim ſchola obſeruare docuerat, vnà cum capite Imperatore conſulere ſolent; adhuc

ta-

tamen Imperium illud Monarchicum eſſe haud deſinit, quia ſumma poteſtas ſiue maieſtas Imperij nihilominus penes Imperatorem reſidet, inq́ perſonâ eius firmiter radicata inhæret, adeò vt qui eam Imperatori auferre velit, Imperatoriæ dignitatis homicida, regniq́ nefarius euerſor audire debeat. Ita namq́ communi Septemvirorum decreto, *anno Chriſti* 1338. pronunciatũ fuit: quòd Cæſ. Maieſtas nullius teneatur Imperio, & neminem niſi Deum & gladium ſuperiorem agnoſcat. *Anton. Bulla. in hor. ſubciſiu. diſcurs. 5. fol.* 330. Et quamuis in Imperio ariſtocratica ferè ſit conſultandi ratio: ea tamen propriè Monarchia eſt, quæ ſubditos non dominico, ſed patrio modo tractat; nec aliam Chriſtiana religio admittere poteſt, eaq́ Germano ingenio maximè conuenire videtur; ad quod in eligendo imperij genere, inprimis reſpiciendum eſſe, monet Plato *de rep. lib.* 8. *D. Iuſtus Gebhard. tom.* 5. *diſpp. Baſile. diſp.* 10. *diſcurs.* 11. *& ſeqq.* qui idem *diſcurs.* 28. *& ſeq.*

gra-

grauiter inquit: Procerum & inprimis Electorum Imperij conſilium, perfectionem potiùs & authoritatem regiminis, quàm deminutionem Maieſtatis infert. In maximis enim negotijs, maximis maximorum opus eſſe conſilijs, qui & facultatem habeant exteriùs, & voluntate non careant interiùs, vt rei, cui benè cupiant, conſulere & velint & poſsint: reſcripſit Imper. Henricus IV. ad Annonem Archiepiſcopum Colon. *in epiſt. 1. apud Iuſtum Reuber. ICtum Germ. ſcript. tom. vn. fol.* 195. Hæc ille.

Aliud etiam eſt, quærere, quid poſſit Princeps facere ex ſummâ poteſtate, ſiue, vt loquuutur, ex plenitudine poteſtatis: aliud verò, quid faciat Princeps bonus. Princeps ex L. Regiâ Legibus ſolutus eſt: Princeps ex bonitate ſuâ Principis perſonam quodammodò exuit, & de iure ſuo remittit, ad vtilitatem Reip. quam contrariâ voluntate infringere velle, non Principis, ſed Tyranni eſſet: haut ſecus ac ipſe populus Rom. (dum adhuc abſo-

abſolutiſsimâ poteſtate pollebat) neq; contra jus diuinum, neq; jus naturale quicquam ſtatuere poterat, quod pro lege obſeruari debuiſſet, *Muret. ad d. l. 1. d. conſtit. Princ.* Hocq; illud eſt, quod Plin. *in Panegyr. ad Traianum:* In roſtris, *inquit*, ſimili religione ipſe te legib⁹ ſubiecisti, Cæſar, quas nemo Principi ſcripſit. Sed tu nihil ampliùs vis tibi licere, quàm nobis. Quod nunc primũ audio, nunc primùm diſco. *Dn. Lanſ d. tr. th.* 48. 76. 80, *&c.* Fallitur ergò Bodin⁹, qui *lib. 2. de rep. c. 6.* ſcribit, iura maieſtatis Imperij eſſe penes Principes & Ciuitatum Legatos, qui non tantùm ſingulis Principibus & Ciuitatibus, ſed ipſi quoq; Imperatori leges ferendi, tũ de pace ac bello decernendi, vectigalia ac tributa imperandi, deniq; Iudices Imperialis Curiæ, qui de capite, famâ, ac fortunis omnib⁹ Imperatoris, Principum, ac Ciuitatum iudicare poſſint, dandi ius habeant. *Vid. Paul. Vuindek. in comment. d. Elector. Imperij, cap. Vlt.* Ac adhuc graſsiori errore tenetur

Loys

Lois Guyon *tom. 2. des diuerſes lecons, lib. 2. cap. 32. in fin.* vbi ſcribit: *Il faut noter, que les droits des Empereurs ne pouvoient mettre, Tel eſt noſtre plaiſir: car à leur election ils proteſtoyent de recognoiſtre le Senat par deſſus eux, pour contrerooller et verifier ſes Edicts, et n' entreprendre rien ſans ſon ſceu et conſentement: car Empereur n' eſt qu' un tiltre d' office. Mais la Royautè de France eſt un eſtat ſouverain, qui n' a point de Senat pour ſuperieur ny compagnon.* Sed quibus Romani Imperij ſtatus eſt cognitus, ij rident hæc, tanquam indigna refutatione. Viget enim adhuc in Romano Imperio Monarchia, & vnius ſupremi Domini, non plurium, agnoſcitur dominium. Ideoq; quod Imperatori non placet, Imperij Ordines, iuxta legem iuſtitiæ, ſtatuere & decernere non poſſunt. Nullum enim agnoſcitur pernicioſius Reip. malum, quàm quod eã diuidit, & ex vnâ plures facit, pluribus conſtitutis æquâ poteſtate dominis, *Plato 5. de repub. &*

L tunc

tunc maximè Reſp. diſſoluitur, ſi jus maieſtatis in ipsâ Rep. violetur; hoc autem ſolum confirmat, ſtabilemq́ȝ facit Reip. ſtatum, ſi pro dignitate paria tribuantur, & quæ ſua ſunt, quisqȝ retineat. *Ariſtot.* 5. *Polit. cap.* 7. nec capiti pedes vel manus imperare velint. *Chriſtoph. Sturc. in refut. apolog. Caroli Suderm. Ducis. fol.* 34. aliàs enim maieſtatis jura pereunt, non ſecus ac corona, ſi in partes diſtracta aut aperta fuerit, nomen amittit, *Bodin.* 1. *de repub. cap.* 10. Et licet omne Imperium legũ authoritate definiatur: id tamen ad juris & juſtitiæ adminiſtrationem, vt ex æquo & bono illa procedat: non ad ipſam Imperij eſſentiam pertinet. Sicut etiam, cùm deminuto jure maieſtatis ſaluum jus regni non ſit, nedum eius priuilegia ſarta tecta eſſe poſsunt: ſi igitur rex iuramento cauet, priuilegia omnia & jura regni ſarta tecta eſſe debere, rectè id juràſſe non intelligitur, quod ſuæ maieſtati, quod obedientiæ ſibi debitæ, quodue iuſtitiæ eſſet

con

contrarium, *l. 6. ibi : neminem immemorem, & ſaluti propriæ ullum commodum anteponat. C. d. ambitu. l. 15. ibi : quæ facta lædunt exiſtimationem noſtram, nec facere nos poſſe credendum eſt : hoc modo argumentatur Sturc. d. l. fol. 36. &c.*

Non nego, in Comitijs, cùm plures opibus & authoritate pares in varias ſententias diſtrahuntur, haud rarò contentiones, grauesq́ indè dimicationes, cum extremo Reip. detrimentó oriri. Cùm tamen inſuperabilem ciuitatem faciant, non arma, non pecuniæ, ſed publici decoris conſenſus, *Paul. Iouius lib. 27.* Quâ de causâ Dio *lib. 54.* ſcribit, Remp. non potuiſſe diu incolumem ſtare, ſi populi Imperio ſubiecta manſiſſet, quòd parùm abfuiſſet, quin ipſis Comitijs aut magiſtratibus creandis res ad tumultum perueniret. Hacq́ ratione Imperium Rom. in Auguſtum tranſlatum fuiſſe *ſuprà ex Tacit. lib. 1. annal. dixi.* Sæpè quoq́ in Comitijs deeſt celeritas agendi, quam in Alexandro M. tantopere

laudat Curt. *lib. 6.* & in Iul. Cæſare Dion Caſsius *ſub fin. lib.* 42. eumq́ in omnibus negotijs celeritate atq́ improuiſis expeditionibus plurimum cōſecutum eſſe ſcribit: neq́ vllam aliam cauſam fuiſſe, cur omnes eâ tempeſtate Duces in tantum rei bellicæ gloriâ præcelluerit. Quò laudis nunquam euadent, qui, quod de Fabio Valente Tacitus habet *lib. 3. hiſtor. c.* 40. inutili cunctatione, agendi tempora deliberando conſumunt: & , *vt ibid. c.* 50. *dicitur*, dies rerum verbis terunt. Quod vitij priſcis quoq́ Germanis Tacitus tribuit *in lib. de morib. Germanor. c.*11. & ætate noſtrâ tantū creuiſſe Th. Zvvinger. *in theat. fol.* 3837. ſcribit, vt velut in prouerbiū abierit: Wir wollen lugen. Hinc tot iſti cœtus, quos diætas vocant: & quod peius, iſta ſententiarū decretorumq́ vacillatio. *Dn. Bernegger. in diatr.* 8. *ſuper c.* 7. *Sueton.* Catholici in Comitijs meritò de Proteſtantibus conqueruntur, quòd nunc oppoſitis ſuis grauaminib⁹ rebusq́ priuatis

uatis publicas deliberationes impediant, *vid. Londorp. Act. publ. tom. 2. lib. 5. fol.* 248. §. Damit dann. nunc verò plurium votorum prærogatiuam (quę tamen in omnium gentium jure fundata eſt. *Londorp. tom. 2. lib.* 1. *cap.* 21. *in fin.* & inter Proteſtantes etiam, cùm ipſi ſoli inter ſe conſulunt, admittitur, *d. tom. 2. lib.* 8. *tr.* 12. *fol.* 1307.) in dubium vocare annitantur, vt factum in Comitijs 1608. & 1613. *Arum. d. Comit. c.* 7. *n.* 68. *& ſeqq. c.* 8. *n.* 74.

Verùm illa ſententiarum diſsimilitudo non ſemper metuenda aut periculoſa eſt, ſi nimirum illæ ad eundem ſcopum, reip. videlicet dignitatem & ſalutem tendant. Tunc enim ſententiæ diſcordes, alijs interiectæ, iucundum in Senatu, ex diſsimilibus iudicijs, velut ex diſtinctis ſonis concentum efficiunt, neq; parùm ad capiendum conſilium proſunt. Talis fuit nobilis illa Cæſaris & M. Catonis in Senatu diſſenſio: cùm detectâ coniuratione Catilinariâ, Cæſar facinoris ſoci-

os per municipia, publicatis eorũ bonis, in cuſtodijs habendos, Cato verò ſupremo ſupplicio afficiendos eſſe, habitâ in Senatu grauiſsimâ oratione, ſuaderet. *Saluſt. in Catilin.* Quin etiã, vt in populari reip. adminiſtratione malũ iſtud ſuboriri poſſe facilè concedamus: in Monarchiâ tamen, vbi vnus rerum habenas ſolus moderatur, ac cęterorum conſilia dijudicat, vbi princeps conſilij eſt Princeps, cæteri tanquam cor manusq; regis, nil aliud ſapiunt quicquam, niſi quod è cerebro regis benè digeſtum, & iuſſum certâ animi voluntate fuit, *l. 1. C. vt nulli patr. ſua admin. &c. l. 2. C. de crim. ſacrileg.* Sicq; ab eius velut animâ & nutu pendent, *l. 2. C. d. offic. vicar.* vix eſt idem vt accidere queat. Sic enim Princeps ſeu Monarcha appellatur animus Reip., qui vinculum eſt, per quod cohæret: qui ſpiritus vitalis eſt, quem tot millia hominum trahunt, nihil ipſa per ſe futura, niſi onus & præda, ſi mens illa Imperij ſubtrahatur, *Nov. 105. in fin.*

in fin. Senec. 1. *de Clement.* Eius authoritati, eiuſq; decretis aduerſari, nemo ciuis bonus, nemo fidelis homo audet, præſertim ſi rex nihil, legibus quod ſit contrarium, fieri jubeat. *c. nouit.* §. *de his quæ fiunt à Præl. &c. Qui ſint rebelles. Luc. de Penn. in l. nihil. C. d. Palatin.* Hoc lex obedientiæ, hoc vis juſtitiæ, hoc jurisiurandi religio præcipit, exigit, & euincit. Ideoq; honeſtiſsima illa Perſarum lex videtur, quæ jubebat Regem, velut DEI ſimulacrum obſeruare, *Plutarch. in Vitâ Themiſt. fac. cap. inter. d. maior. & obed.* Hinc Monarchiam tantoperè deprædicat Dion *lib.* 44. *in pr.* Populi quidem Principatus, inquit, nomen ſpecioſum habet, verùm re ipsâ comprobatur, nihil ei cum ſuâ appellatione conuenire. Contrà verò Monarchiæ nomen auditu difficile: penes vnum tamen ſummam eſſe Reip., vtiliſsimum eſt. Nam faciliùs reperitur vnus aliquis vir bonus, quàm multi; & ſi hunc inueniri difficulter quidam exiſtimant, ijdem coguntur

ſateri, impoſsibile eſſe multos bonos inueniri, quando virtute præditos eſſe multos conſentaneum nō eſt. Quo fit, vt ſi quis ſummæ rerum vitioſiùs præſit, tamen id ſatiùs ſit, quàm à multis eius ſimilibus Remp. adminiſtrari. Cuius rei fidem facere poſſunt res geſtæ Græcorum, barbarorumq́; , atq́; ipſorum etiam Romanorum: nimirum cùm ſemper vrbes ipſæ, priuatiq́; in ijs ciues, longè præſtantiora & plura ſub regibus, quàm ſub populari gubernatione, beneficia ſint conſecuti: longeq́; minus rerum aduerſarum ſub vnius quàm multitudinis Imperio ſuſtinuerunt. Ac ſi qua floruit aliquando ſub populari Imperio Reſp., id tantiſper durauit, dum non ad faſtigium magnitudinis & vires altiores perueniſſet: tum enim ex rebus ſecundis libido, inuidia ex contentionibus, apud eos exortæ ſunt.

Cap.

CAP. VLT.

MINIMA QVOQVE curanda.

ARiſtot. *lib.* 5. *c.* 4. *Polit.* ait: Sæpè exiſtunt motus non de paruis, ſed ex paruis rebus, qui non rarò funditùs euertere Remp. ſolent. Apri caput, ſeminarium belli extitit inter Aetolos & Arcadas; inter Pictos & Scotos ereptus canis; inter Carthaginenſes & Byzantinos nauis Myaparo; annulus inter Cæpionem & Druſum; inter Auſtriacos & Heluetios ſex nummi ſiue Plapꝛpart; inter Carolum Burgundum & eoſdem Heluetios currus pellibus onuſtus. Erat ludicra turris pompoſæ oppugnatio Patauij inſtituta, vbi cùm forte fortuna Patauinus Veneto vexillum laceraret, ea res maximum bellũ inter Venetos & Patauinos peperit. *Sigon. lib.* 15. *hiſtor. Ital.* Quapropter Liuius *lib.* 7. quamuis parua ſint hæc, *inquit*, tamen parua hæc non contemnendo, maiores noſtri maximam hanc

rem fecerunt. Vt enim in vitâ priuatâ, ſic & in Rep. deſidia & ſocordia quotidiana, non in ſingulis ſtatim, vt quicquam eſt neglectum, ſed in ſummâ rerum apparet. Piſiſtratus certè eâ ratione Tyrannidem occupauit, quòd pro defenſione contra Optimates, paruam manum ſatellitum à Rep. exorâſſet, cuius auxilio ſenſim tyrannus euaſit. Eodem fuco illinebat Pericles Athenienſes, quòd ſe curatorem tantùm diceret, ne Princeps eſſe intelligeretur. *Tucyd. lib.* 2. iiſdemq́ initijs ad Imperium Romanum euectum eſſe Iul. Cæſarem & Auguſtum docet Arnis. *lib.* 2. *doctr. Polit. c.* 4. Imperium Rom. ex eâdem incuriâ anguſtiſsimis hiſce finibus paulatim includi cœpit, dũ vnius atq́ alterius minoris prouinciæ parua vel nulla omninò ratio (quaſi ſatis earum adhuc ſupereſſet) haberetur. Italiâ namq́ neglectâ, quædam alię prouinciæ libertatem prætendere, aliæ externæ protectionis cuniculos quærere, hiſq́ artibus Imperio ſeſe ſubducere in-

inceperunt. *VVehner. d. metamorph. rerump. cap.* 21.

Initijs ergo, etſi leuibus & exiguis, continuò tamen occurrendum eſt. *A petite occaſion, prend le loup le mourõ.* Omne malum naſcens facilè opprimitur, inueteratũ fit plerunq; robuſtius, *Cic.* 5. *Philipp.* & ſæpè modicis remedijs primi motus conſedére, *Tacit.* 14. *annal.* accidit enim hac de re, quod in hecticâ febri aiunt medici: vbi ſcilicet primùm hominem inuadit, facilem eſſe curatu, ſed cognitu difficilem; progreſſu verò temporis, non perceptam nec curatam, facilem eſſe vt cognoſcatur, at vt quis eam ſanet, perdifficilem. Tandem inter Principes maximè orta diſsidia, quantumuis leuia primo aſpectu, in herbâ ſtatim, vtpote periculoſiſsima, ſunt ſupprimenda. Nam & aliâs principium eſt dimidium totius, & in Reip. corpore & partibus ſiue ordinibus magis nocent reip. Principũ, quàm reliquorum ciuium diſsidia & motus, *Ariſtot. d. c.* 4. *Vbi Giphan. in not.*

FINIS.

Digitized by Google

MONITA POLITICA AD AVREAM BVLLAM CAROLI IV. IMP.

Proœmium.

PEr Conſtitutionem Aureæ Bullæ, à Carolo IV. anno 1356. conditæ; *cuius textum habet Arum. hîc in fin. & ex Archiuo Palat. Goldaſt. tom.* 1. *Conſtit. Imp. fol.* 105. *& ſeqq. eiusq; veluti compendium exhibet Albert. Crantzius Metrop. Saxo. lib.* 8. *c.* 5. *lib.* 9. *c.* 29. *lib.* 12. *c.* 4. Imperator nihil de potentiâ ſuâ atque iuriſdictione, à prioribus Impp. in ipſum dimanatâ, detrahere aut potuit aut voluit. Sancijt illam (1) de plenitudine poteſtatis ſuæ, *hîc.* quo ipſo abſoluta Principis poteſtas innuitur, *de cuius vi tractat Marta part* 1. *clauſul.* 259. *Grauæ. conclus.* 56. *conſid.* 3. ſecundum quam

etiam infinitum iſtum eligentium nu-
merum, ad ſeptem Electores plenariè
redegit. Anteà enim Electores non
habuerunt plenariam eligendi pote-
ſtatem, ſed cogebantur eum eligere,
quem Principes (& nobiles etiam, *vt ex Bern.* Hertzogs *Chron. Alſat. VVitichindo lib.* 2. *Ditmaro Epiſcopo Mersburg. alijsq́; probat Caſpar. Lerch* von vnd zu Dürmſtein *l. de ord. equeſtr. German. Caſ.* im erſten Grundſatz / *fol.* 39. *b. & ſeq. aliosq́; adducit Buxtorff. hic. concl.* 5. *lit. c.*) communibus ſuffragijs præta-
xâſſent, ſiue prænominâſſent. *Dn. Beſold. tr. de elect. & ſucceſſ. lib.* 2. *diſſ.* 3. *Videat. etiā appendix Helmoldi, lib.* 6. *c.* 1. & 2. vnde Carolus IV. Imp. vera ſeptem
horum Electorum origo eſſe videtur
Vid. tamen Panrm. d. iurisd. 2. *c.* 2. *n.* 101 *Reiger. theſaur. Verb. Princeps. n.* 20. *Heig* 1. *q.* 3. *Otto. d. iure publ. c.* 10. *Dn. Beſ. in theſ. pract. f.* 168. *Knich. d. Saxo. non pro. uoc. iure cap.* 1. *Petr. de Andlo lib.* 2. *cap.* 1
(2.) finem habuit Imp. non conſtri
ctiuam Imperatoriæ plenipotentiæ
ſe

..d ablationem diſcordiarum, quæ
..ctenus Imperium Romanum in ele-
..ione Impp. concuſſerant, *Petr. Heig.*
l. quaſt. 4. Teſtatur id electio Ottonis
IV. *apud Lehm. Chron. Spir. lib.* 5. *c.* 24.
VVilhelmi Hollandi *in Chron. Vltraiect.*
fol. 66. & ipſius Ludouici IV. prædeceſ-
ſoris Caroli, *Lehm.* 7. *c.* 14. *HerVuart. in*
defens. Lud. 4. *c.* 2. 7. & 9. Nihil enim
perniitioſius eſt in Republ. quàm ſi E-
lectio non ſit ſuis limitibus, certisq́ꝫ
perſonis & legibus finita, *Dn. Beſold.*
l. tr. lib. 2. *diſſert.* 2. *num.* 2. & 3. cui
formam dare electus Princeps, ſecun-
dum Canoniſtas, haud prohibetur, *Ste-*
phan. 3. *de iurisd. part.* 1. *c.* 2. *n.* 10. & *ſeq.*
Hinc & ipſam Auream Bullam, ceu
partem iuris poſitiui, perpetuo huma-
narum rerum fato, non minus, quàm
ipſum Imperium, quod ſuas periodos
habet, ſuis vicibus & mutationibus
obnoxiam eſſe ſtatuit Marquard. Fre-
her. *de tutel. Elect. teſtam. cap.* 12. *Vbi* 17.
uncta recitat, in quibus hodiè Aurea Bul-
conſtitutio non attendatur. Quòd enim

nonnulli dicunt, promiſſa & ſemel conſtituta à Principe, non poſſe ampliùs vllo modo limitari, aut ab ijs per Principem recedi: hoc verò & juri repugnat & rationi. Infinitis enim juris authoritatibus firmari poteſt, quòd donationes & quæcunq; aliæ pmiſsiones, quas Principes nullâ præcedente causâ, aut obligatione, faciunt in bello, vel tempore belli, aut nouâ Principatûs acquiſitione, nullius ſint momenti, & pariter etiam illæ, quas faciunt Cardinales, vel Canonici, ſi Pontificiam dignitatem fuerint adepti, etiamſi ſint iuratæ, *per Abbat. in c. ſicut. el* 1. *d. iureiur. & plures alios concord. de quibus per Fernand. Loazium in quodam ſuo conſil. edito in causâ Oppidi de Mula. col.* 307. *n.* 8. 9. *qui idem col.* 397. *n.* 12. *dicit*, ſi Papa in eius electione iurauerit, ſe non creaturum aliquem Cardinalem ſine conſilio Cardinalium, tamen adhuc poſſe contrauenire; quia tale juramentum, tanquam Epiſcopali dignitati præiudiciale, eſt illicitum, & temerarium, & contra juris diſpoſitio-

tiones, & ideò iurans non tenetur ad eius obſerantiam. *Calderin. in tit. d. iurei. conſil.* 3. Nam & contractus & promiſsio, ſi adimpleatur, nocitura ſit Reip., tunc de jure licet à promiſſis recedere, v. g. ſi is, qui apud me pecuniam depoſuit, depoſitum repetat, bellum patriæ com̃uni illaturus: neq; enim teneor hoc caſu depoſitum reddere, quantumcunq; depoſiti natura ſit valdè priuilegiata, & fortê nullam admittat exceptionem, quò minùs reddi debeat; ſed ſalus & charitas patriæ præponderat, *vt inquit Cic.* 3. *Offic.* Certè Iuramentum, quod dignitatem regiam lædit, pro nullo habetur, *l. non dubiù. C. d. legib. c. intellecto. d. iurei. vbi ne periurium quidem committi decidit Honorius III. P. M.* Si quid enim naturâ ſuâ illicitum eſt, aut in alterius incommodum redundat, iuramento appoſito confirmari non poteſt, *c. quamuis. in fin. & ibi gloſſ. in verb. diſpendium. d. pact. in* 6. & ita nullo iuramento Rex poteſtatem de iure ſibi competentem auferre poteſt, *vt aduertit Caſtrens. ad l.*

humanum. n. 4. C. d. legib. Cuno d. pact. c. 24. quia nemo ſibi ipſi legem ponere poteſt, à quâ recedere non liceat. *l. ſi quis. in pr. de legat.* 3. *c. ſignificâſti. d. elect. Alex. conſ.* 224. *n.* 6. *lib.* 6. *Sebaſt. Medices d. leg. & Stat. part.* 4. *q.* 3. *n.* 10. Nemo autem eſt in Rep. ſuperior Principe, à quo ad legem ſibi latam ſeruandã cogi poſsit; adeò vt etiam Princeps, qui maieſtatem habet, anteceſſoris ſui decretis, quoad iura maieſtatis & ſtatum Imperij, non teneatur, niſi quatenus vtilitas publica, & diuina, naturæq́ iura exigunt, *vt probat Henning. Arniſa. in tr. d. iur. maieſt. lib.* 1. *c. vlt. per diſcurſ.* Et in omni juramento promiſſorio cõditiones hæ ſuapte naturâ inſunt: *Si potuero; ſaluo iure Superioris, niſi ſtatus rei mutetur. Fr. Suarez* 2. *de. iuram. cap.* 34. Quicquid ergò huius faciunt Principes, quando ad officium ſuum ſeſe obligant iuramento, non id faciunt coacti, ſed vt conſuetudini & deſiderio populi, cui tam vilem ſuam eſſe authoritatem vident, vt niſi iuratis fidem habere recuſent, ſatisfaciant. Ad quod

cogi

cogi non poſſent: ad illud vltrò ſe demittunt Principes, ſicut de Theodorico Romanis fidem dante ait Caſsiodorus: *Ecce Traiani noſtri clarum reparamus exemplum, iurat vobis, per quem iuratis.* Quod igitur Principes ex indulgentiâ faciunt, in argumentum trahi nequit, quaſi ad iurandum cogantur, aliàs ad regni ſceptra non admittendi. Non enim propterea ſceptra capeſſunt, quia iurârunt, ſed quia ſceptra capeſſunt, idcircò iurant. Neq; hîc differentia eſt inter iura ſuccedentis & electi; ſic enim ex Conſtitutione Ludouici Bauari in Germaniâ obtinet, vt ſtatim poſt electionem Imperator ſua iura ſortiatur, etiam ante præſtitũ iuramentum. *gl. in Extrauag. Quomod. in crim. laſ. mai. proced. in verb. Regis. arg. Nou.* 47. *c.* 1. *l. ſed & reprob.* §. *eſt autem. d. excuſ. tut. Arniſa. de iure maieſt. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 7. vnde licet poſteà ſubſequatur iuramentum, non tamen indè Rex cum ſubditis contrahere dicitur, quia non ſubditis, ſed DEO iurat obſeruationem illorum, ad quæ ratione offi-

ficij etiam iniuratus tenetur. Aliud etiam eſt protectionem, aliud fidelitatem iurare: aliud iuramento aliquid confirmare, aliud nouum pactum per iuramentū contrahere. Quodſi enim ſubditi non eſſent ſubiecti Principi, niſi ex conuentione, proh! quanta licentiæ feneſtra ijs aperiretur ex illâ æqualitate vnius atq; alterius contrahentiū, quia nemini non rebellium ſubditorum in ore eſt illud: Trew Herr / trew Knecht. *Arniſ. d. l. n. 2. & ſeqq.* quis demum rex eſſe vellet? Nec enim loquimur de regibus illis pactionatis, qui ſubditos ab infidelitatis labe ſecuros reddunt, ſi contra ipſos, ob non ſeruata pacta (quibus initis in regnum aſciſcebantur) inſurgant. Facit, quòd naturalis ſit hominum ad diſſentiendum facilitas, & ſic videatur committi poteſtati vnius ſolius, vt poſsit impedire negotia Reip. à Rege tractanda; quando enim pendet à poteſtate vnius ſolius magni viri aliquid fieri, expectatio talis rei cenſetur exſpectatio rei im-

impoſsibilis. *l. apud Iulianum. §. fin. ff. d. leg. 1. not. in l. continuus. §. cum quis. d. V. O. Dyn. c. ſemel DEO. d. reg. iur. in 6. Alexand. tom. 6. conſ. 224. Vid. Petr. Ant. de Petra tr. d. iur. quaſit. non toll. per Princ. cap. 32. n. 268. fol. 567. & ſeqq. qui licet in materiâ contractûs diſſentiat, tamen hoc facit ob proprium intereſſe, vt ipſe fatetur ibid. in fin. Vid. & Buxt. concl. 37. in fin.*

Fit *hic in textu* mentio nobilium, *ibi*; in gemeiner verſamblung vnd gegenwart aller geiſtlichen vnd weltlichen Churfürſten / auch anderer Fürſten / Grafen / Freyherzn / Edlen vnd manigfaltigen der Stätt Bottſchafften ꝛc. vnde patet, nobiles tempore Caroli IV. Comitijs adhuc interfuiſſe; quod fortè continuatum fuit vsq; ad Fridericum III. Imp. in cuius Comitiis *anno* 1471. *Ratisbonâ habitis*, nulla nobilium fit mentio, *Vid. Lehm. in Chron. Spir. lib 7. cap.* 112. *& ſeq.* Et credibile quidem putat eſſe Arumęus *de Comit. cap.* 4. *n.* 125. ipſos ad omnia Comitia

 voca-

vocatos fuiſſe: libertati tamẽ ſuę deindè cõſulentes, ne ad cõmunia Imperij onera ferenda concluſione Comitiorũ vrgerentur, longè honorificentiùs æſtimâſſe, poſt Comitia pro charitatiuo ſubſidio cum ipſis, vt liberis & exemptis, non ſecùs ac cum magnis regibus agi. Quâ de cauſâ cùm *anno* 1500. de auxilijs contra Turcas *in Comitijs Auguſtanis* actum eſſet, Receſſui inſertum legitur, daß man mit den Ritterſchafften zu Schwaben / Francken / vnnd Rheinland / handlen ſoll; haud ſecus ac eidem Receſſui annexum, dz man mit den Königen zu Hungern / Polen / vñ Böheimb / wie vñ welcher maſſen dem Türckiſchen fürnemen widerſtand zuthun 2c. Vnde quòd in literis Commiſsionis à Carolo V. Imp. ad Electores, Principes, Ordinesq́ Imperij Auguſtam ad Comitia deſtinatis, mentio fit der Edlen / id non eò intelligi debet, quaſi nobiles tunc temporis in formâ der Ritterſchafft ad ea Comitia comparuerint: contrarium enim euiden-

dentiſsimè apparet ex Reſolutione Ferd. I. Regis Rom. *in Comitÿs Auguſtanis ann.* 1555. *datâ & lectâ die* 30. & 31. *Auguſti.* vbi Imp. inſimul rationem addit, ob quam immediati nobiles Imperij ad Comitia vocari, aut ipſorum inibi negotia tractari non debeant. *Vid. append. Compoſ. Pacis Diling. ICC. f.* 29. *& ſeqq.* Meminit quoq; Imperator *hic* juris eligendi, Bohemiæ regi plenariè competenti, quod anteà ipſi controuertebatur: hodiè verò in dubium ampliùs vocari nequit, propter tranſactioné cum ipo factam tempore Frid. III. & Max. I. *Hart. Maur. de coronat. Caroli V. Vid. Dn. Beſold. d. diſſ.* 3. *n.* 9. *Arum. ad A. B. diſc.* 5. *theſ.* 1. *&c. Buxt. concl.* 49. *Ciſner. in opuſc. Philolog. fol.* 31. *Goldaſt. d. regno Bohem. lib.* 3. *cap.* 7. *Reinck. d. regim. ſec. & eccl. lib.* 1. *claſſ.* 3. *cap.* 13. *num.* 32. *& ſeqq. Andr. Knichen d. Saxon. non prou. iur. cap.* 1. *num.* 236.

Deſcriptionem exemplaris prototypi Aureæ Bullæ, vt & præſentiam

Caroli IV. maieſtaticam (*cuius hîc in textu mentio fit*) in ſigillo aureo expreſſam, cum ipſius genealogiâ proximiori habet R. P. Iacob. Pontan *part.3. Attic. Bellar. ſyntag.* 1. *num.* 39. & de denominatione atque origine vocis A. B. tractat Chriſtoph. Coler. *in parerg. cap.* 4. *& Freber. ad P. d. Andlo lib.* 2. *cap.* 5. Vt autem in quotidianis & promiſcuis rebus Cæſares ſigillo, annulo, typario vtebantur, in grauarioribus bullâ: ita in maximis & grauiſsimis, bullâ aureâ, vt in priuilegijs & conceſsionibus maximi momenti, quas Principibus vel Præſulibus, aut Collegijs darent; aut in pragmaticis ſanctionibus ad totum Imperium & poſteritatem pertinentibus. *Vid. etiam Buxtorff. hîc, vbi notat olim ſolos Impp. ſigilla Conſtitutionibus appoſuiſſe, poſt etiam Status.*

TITV-

TITVLVS I.

QVALIS ESSE DEBEAT CONductus Electorum, & à quibus.

COnductus *hic* tam accuratè præſcriptus, penè totus in deſuetudinem abijt: quia Pace publicâ firmatâ, meliùs quàm Bullæ tempore, & ſecuritate viarum publicarum vigente, cuſtodiâ & conductu illo parum opus eſſe videtur. *Freher. d. cap.*12. *num.* 5. Et quod hîc de 200. equis dicitur, haut etiam ita ſtrictè obſeruatur, *Buxt. hîc concl.* 24. *in fin.*

Dicitur *hîc* vacãte Imperio Electores cæteros conuocari à Moguntino, intra menſem, & quòd aliâs ipſimet cõuenient; vnde concluditur, ex hac conuocatione nullum Moguntino in reliquũ corpus Electorale ius competere: aliud enim eſt rogare, aliud cogere ad conuentus. Sic Seruius Rex Rom. ex

ſingulis Latinorum ciuitatibus Optimates, vi fœderis, conuocauit, *Dionyſ. Halicarn. lib.* 4. nec tamen quicquam in eos poteſtatis habebat; quin potiùs, cùm reliquæ ciuitates Romanorũ potentiam ſuſpectam habere inciperent, inſcijs primùm; deinde etiam repugnantibus Romanis, peculiaria ſibi Comitia indixerunt, *Halicarn. lib.* 5. Heluetios conuocat is, qui cauſam aliquã deliberandam proponere cupit, modò ratione fœderis id facere poſsit, *vid. Simler. lib.* 1. *d. rep. Heluet.* Moguntinæ conuocationis cauſa eſt, quòd principem locum inter Electores tenet, vnde antiquitùs Decanus eorum vocari ſolebat, *vt patet ex Epiſt. quadam Elector. ad Benedictum XII. P. M. quæ extat tom.* 1. *Scriptor. German. Freher. inter annales Rebdorfij. f.* 425. Decanus autem, ceu caput collegij, capitulum conuocare debet. *Phil. Corn. conſ.* 181. *n.* 13. *Vol.* 1. Idem verò ius Electori Palatino olim competiiſſe, euincit Buxtorf. *hic. th.* 15. & *ſeqq.* hocq; exercuiſſe *anno* 1440.

Ru-

Rupertum Palatinũ Rheni, docet Paul. VVindek. *in Comment. de Elect. Imp. cap. 22. Cuſpin. in Ruperto.* Sächs. Landr. *cap.* 27. §.3. & licet hîc tantùm de morte fiat mentio, conuocat tamen etiam Moguntinus in caſibus extra mortem, de conſuetudine. *Buxt. d. concl.* 24. *lit. d.*

Sancitur etiam, ſi quiſpiam Elector vocatus non comparuerit, pœnæ loco carere eum debere electionis voce ſeu iure, quod in eadem electione habuit, & tali modo deſeruit. *add. tit.* 18. *in fin.* vnde ſequitur, non neceſſariò ſeptem Electores in electione requiri, ſicut etiam vbi maior pars electioni intereſſe detrectat, præſentium conſenſus omninò ſufficit, *c. quod ſicut. extr. de electio. Arum. hic theſ.* 34. Quodſi quis Electorum præteritus fuerit & non citatus, electio facta non eſt ipſo iure nulla propter contemptum, licet deinde infirmetur, *c. quod ſicut.* 28. *d. electio. Abb. in c. quia propter. n.* 16. *eo. Menoch. conſ.* 67. *n.* 31. limita, ſi maior pars eſſet con-

tem-

tempta, *ſec. Io. d. Imol. in c. 2. d. ijs, quæ fiunt à maio. part. capit. Franciſc. Marc. part.* 1. *quæſt.* 1194. *in fin.* Si verò Elector aliquis è ditione ſuâ pulſus, & ita non ampliùs in loco ſit, vt factum cum Ferdinando II. tunc temporis Bohemiæ rege: futura tamen electio non Regni Proceribus, ſed ipſi Electori, etiam extra ditionem Electoralem verſanti, debet intimari, *Vt prolixè diſputatum fuit in Comit. Francof. anno* 1619. *Vid. Merc. Fran. tō.* 6. *f.* 44. *& ſeqq.*

Certum autem locum Imp. electioni ſtatuit Francofurtum, vrbem quaſi in meditullio Germaniæ ſitam. Nam anteà, quantum ad ipſum electionis locum, variè obſeruatum erat, licet etiam priùs vtplurimum electio Francofurti fuerit celebrata. Num autem Imp. neceſſariò Frácofurti debeat eligi, diſcurrit Dani.Otto. *d. iure publ. c.* 10. & ob legitimum impedimentum, locū iſtū mutari poſſe docet Arum. *hic, diſc.* 1. *th.* 35. *f.* 77. Et refert Hart. Maur. *Archiepiſcopi Colon, Cancellarius, d. coronat.*

Caro-

Caroli V. circa pr. Carolum IV. ea quæ de Electionis loco in A. B. conſtitue-rat, contrariâ ſanctione, ad prætextũ, quòd tantam electionem loco reſtringere perabſurdum foret, anno 1365. palàm reſcidiſſe. Aliàs quoq; locus non eſt de actûs ſubſtantiâ, ſed tantùm accidens. *c. fin. d. reſtit. ſpol.* Sic Rudolph^9 2. *teſte Thuano lib.* 60. & Ferdinandus III. Imp. noſter S. A. Ratisbonæ electi fuerunt. Apud Francofurtenſes morem olim inoleuiſſe, dicunt nonnulli; vt cùm in diſſenſione Electorum duo pariter Rom. Reges nominarentur, alter in agro Francofurtenſi iuſto exercitu conſideret, alterumq; ſeſquimenſis ſpatio, cum eo conflicturus, exſpectaret; qui cùm vel prælio vel aliàs cedente aduerſario ſuperior extabat, tũ demum in Vrbem recipiebatur, & pro rege agnoſcebatur. Ita accidiſſe ferunt Henrico Thuringiæ Landgrauio, & Conrado Friderici II. Imp. filio; Ludouico Bauaro & Friderico Auſtrio; ſimiliter Gunthero Comiti Schvvar-

zenb.

zenb. & noſtro Carolo. *Dn.Beſ. d. lib. 2. diſſ. Vlt. in fin. Paul. Henzner. in Itinerar. f.* 177. *Arum. hic d. th.* 35. ſed hunc morem nunquam in rerum naturâ fuiſſe docet Lehman. *in Chron. Spir. lib. 7. cap.* 34. Francofurtenſes autem, vel ij, apud quos electio celebratur, iuramentum prȩſtant ſuper quibuſdam capitulis, *de quibus hic*, quæ tamen non ſemper adeò rigoroſè obſeruantur. *Buxt. concl. 26. in fin.*

TIT. II.
DE ELECTIONE REGIS Romanorum.

SAcroſanctam Miſſam à primordio operis electionis ſequenti ab introitu diluculo (quod tamen non ita ſtrictè obſeruatur) in æde S. Bartholomæi Francofurti decantandam monet Imp. quam tamen duo Politici Electores iam dudum miſſam prô dolor! fecerunt; intereà temporis in proximum

ximum conclaue ſe recipientes, dumq́ *Veni Creator Spiritus* intonatur, in Chorum redeuntes. Finito ſacro, Electores præſtant iuramentum, *de quo hîc, vbi Arum.* hocq́ eſt de formâ electionis, quâ non ſeruatâ corruit actus, *c. quia propter. ext. d. elect.* Deinde ad electionem proceditur, in quâ maior pars temporale caput ſiue Regem Rom. eligere debet, additâ pœnâ, nî hoc fiat intra 30. dies: vt vel ex hòc ſolo dignitas Imp. ſupra cæteros reges ſatis eluceſcat, quòd pro capite Chriſtiani Orbis agnoſcatur. Et olim quidem durante Carolinâ ſtirpe, Rex Italiæ vocabatur Imperatoris ſucceſſor, *Paſquier. 5. c. 1. à pr.* hodiè verò talis eligi debet, & quidem etiam viuo, ſed volente tantùm, Imperatore; & ita electus fuit Otto I. II. & III. Henricus II. III. IV. V. & VI. Fridericus II. VVenceslaus, Maxim. I. Ferdinandus I. Maximil. II. Rudolphus II. Matthias I. & Ferdinandus III. *qui viuat! Buxtorf. th. 12. lit. b. Reinking. d. regim. ſec. lib. 1. claſs. 3. c. 14.*

aliàs

aliâs enim, vt olim Romæ Cæſarum temporibus capitale fuit, de futuris à morte Imp. contingentibus diſceptare, *Dauth. ad l. fin. num. 69. C. de pact.* ita hodiè crimen lęſæ maieſtatis incurrit, qui viuo rege ſceptra affectat, vel de alio ad Imperium euehendo tractat, *Hortled. lib. 4. c. 7. num. 43. Tiber. Decian. in tr. crim. lib. 7. c. 4. n. 5. in fin. Farinac. d. crim. læſ. mai. q. 113. num. 54.* Vnde cùm Pontifex Max. ſcripſiſſet Electoribus, de nouo Imp. deligendo, contra Fridericum II. Illi reſcripſerunt, non eſſe ſui juris aut arbitrij, Imperatori nolenti ſubſtituere, ſed vacanti ſedi Imperatorem conſtituere. *Crantz. in Saxo. lib. 8. cap. 2.* Conſentiente verò viuo Imp. ceſſat votum captandæ mortis; ſicq; benè inter Imp. & Regem Rom. conueniat, nemo ſeditionem mouere audet, *Crinit. 4. c. 1.* eſtq; ſingularis diuinæq; benedictionis loco habendum, ſi Rex filium ſuum (qui nunquam ferè in electiuo etiam regno, præteriri ſolet) regnare vide-

videat. 3. *Reg*. 1. *Verſ.* 48. Nam electus Rex Rom. ordinariam habet iuriſdictionem, eiq́ annexam adminiſtrationem Imperij cum Imperatore, nec tãquam nudus locum tenens, ſed proprio & ſuo jure omnia ordinat, proprioq́ nomine, vti perpetuus Imperij Vicarius, juriſdictionem exercet, idq́ abſente Imp. vbi tanquam caput Imperij, R. A. *d. anno* 1542. §. ſo hat dem allem nach. *ibi*: im namen Ihrer Kay. May. vnd für vns ſelbſt. R. A. *de ann.* 1555. §. vnd im fall. omnia poteſt, quæ ipſe Imp. præſens facere poſſet; nam præſente & non impedito Imp. maieſtas & jurisdictio Regis Rom. ſuſpenſa quodammodo eſt & deliteſcit. Hinc frequens illa in Receſsibus Imperij locutio: Wir / oder in vnſerm abweſen Römiſcher König. Et præterea hæc inter ambos differentia eſt, quòd Imp. Regi Romanorum tribuit tantùm titulum Seiner Liebden: hic verò illi adſcribit Maieſtatem: eumq́ Dominũ ſuũ appellat. Sed mortuo Imp., ipſo
jure

jure plenaria adminiſtratio Imperij in ipſum deuoluitur, & nō amplius Röm. Kön. ſed Röm. Kayſ. May. indigitatur. *latè Reinking. d. c. 14. n. 46. & ſeqq. Heig. 1. q. 6. Carpzov. de Capitul. Caſ. c. 11. num. 4. & 6. Paurm. de iurisd. 2. c. 5. n. 3.*

Requiritur autem hîc maioris partis in eligendo conſenſus, quapropter Carolo V. non obfuit Treuirenſis, nec Ferdinando I. Saxonis diſſenſus. *Sleidan lib. 1. & 7.* idq́ etiam juri cōmuni conuenit, ſecundum quod, vbi actus pertinet ad plures, vt ad Collegiū, tunc requiritur ad validitatem ipſius diſpoſitio maioris partis totius Collegij: quod DD. intelligunt de maiori parte exiſtentium tunc in Collegio, quia vt conſtituatur vniuerſitas, ſufficit præſentia duarum partium vocandorum, & valet quod fit à maiori parte iſtorum. *Panorm. in c. quoniam. X. de iure patron. Alphonſ. Villagut de rebus Eccl. lib. 1. cap. 83. n. 10.* idq́ declaratur, quando ad eos tanquam ad vnuerſos, non jure ſuo, ſed vt tutores, curatores, Decuriones &c. ſpectat, tanquam in-

ter poteſtate cenſendi de re propoſitâ æquales; hac'q; ratione in Senatu Romano pluralitas votorum obtinuit, *Liu. lib.* 37. *Gell. lib.* 5. idem'q; modus in Ariſtocratiâ obſeruatur; in illâ nam'q; quis inæqualitatem faceret inter omnes æquales, quæ ſi maximè in naturâ eſt & intellectu, certè non eſt, qui erueret præſtantiam; ſeipſum præferre quemquam quæ temeritas foret? ab alijs præferri ſperare nemo poteſt. In ſtatu populari ſecus eſt; ibi enim vnus interdum inſtar omnium habetur, ſicuti Cicero acquieuit iudicio ſolius Catonis, *Cato*, inquiens, *ille noſter, qui mihi vnus eſt pro multis millibus*. Itidem in ſtatu Monarchico, de rep. conſilium capienti Principi vota ponderanda, non numeranda ſunt, *Lipſ. lib.* 3. *polit. cap.* 8. *in not.* vnde in Comitijs Imperij, diſcordantibus Principibus, res ſolet ad Cæſarem deferri, *Arum. d. Comit. cap.* 7. *n.* 152. & *c.* 8. *n.* 84. Fallit quoq; ſi res ſpectat ad aliquos iure ſuo, vt ad ſingulos, quia hic cuiuslibet in-

tereſt, *Villag. d. lib.* 1. *cap.* 37. *n.* 10. *& ſeq.* quodſi res inter ſingulos ſit communis, & in alijs caſibus, vbi valet diſpoſitio maioris partis, tunc ſufficit maior pars inter alias partes minores, licet non ſit maior ad vniuerſorum numerum, *cap.* 1. *num.* 1. *Vers. ſecus eſſe in patro. d. arbitr. in* 6. *Villag. d. cap.* 83. *n.* 10. Hucq́ pertinet, quòd vbi exactio debiti ſuſpendi ad tempus deſideratur, ibi non Arithmetica, ſed Geometrica obſeruatur proportio, & in pari numero creditorum illi præponderant, quibus plus debetur, *l. maiorem. ff. d. pact. l.* 1. *ff. d. priuil. credit. l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. VVilhelm. Anton. d. reſcript. moratori.* 6. *concl. Vlt. n.* 15. *Azo in ſumm. ſub. d. tit. qui bon. ced. poſſ. Vid. VVinter. aſſeſſor. part.* 1. *c.* 7. *& part.* 2. *cap.* 10. *Vbi etiam notat*, quando plures verbis diſcrepantes ſecundum quantitatem, re tamen coëunt, tunc minorem quantitatem de jure attendi, quia in hoc omnes concurrunt, *c.* 1. *Vers. licet. de arbitr. in* 6. *Vbi Phil. Franc.* quando verò

rò plures rationabiliter in vnum ſenſum inducuntur, diuerſas tamen habentes materias, v. g. primus dicit, reum capite plectendum, ſecundus relegandum, tertius pecuniâ mulctandum: hîc relicto vtroq; extremo ad medios tranſitur, *authoritate Plinij epiſt. 8. quem cum Alciato ſequitur P. Aerod. decretor. ſeu rer. iudicat. lib. 1. tit. 59. decr. 2.*

In Conſilio verò Electorum, vt in alijs Collegijs, maior pars dicitur, reſpectu totius, non reſpectu minoris numeri. v. g. ſint in Capitulo 12. Canonici, 3. eligant Titium, 3. Seium, 6. Sempronium: nulla iſtarum dicetur maior pars, ſed oportet, vt ab vno latere ſtent ſaltem ſeptem. Quia verò hæc ratio aliquando in labyrinthum ducit, quid enim ſi omnes maneant propoſiti tenaces? non ad ſingulos legis etiam momenti actus, inſtar Cardinalium Papam eligentium in conclaue includi poſſunt, donec conuenerint; in Collegijs paſsim vſu obti-

nuit, vt quod maior numerus, non quidem reſpectu totius, ſed minoris partis decreuit, ratum ſit, & plenum habeat vigorem. *Franc. Zypæus lib. 3. iuris Pontif. tit. de his quæ fiunt à mai. part. capit. fol.* 225. Catalogum à Proteſtantibus euulgatum, punctorum, vbi maiora ipſis diſplicent, habet Dn. Beſold. *in Theſ. Pr. lit. M. num.* 31. & quidem quoad cauſas religionis Catholici vltrò fatentur, maiora locum habere non poſſe, quia iam ſunt duæ partes, *Vid. VVarem. ab Erenb. de oner. ſubditor. c. 2. n. 19. Gilman. 1. p. 1. t. 3. Vot. 9. n. 1.*

Sed textus noſter loquitur de eo caſu, quando omnes ſeptem adſunt, quodſi tantùm ſex eligant, & tres in alium, tresq; iterum in alium conſentiant, tunc nulla eſt electio, propter defectum maiorũ; ſin verò tantùm tres duo, aut vnus etiam intereſſe velit, ille ſolus (vt in electione Adolphi Naſſouienſis, conſanguinei ſui Moguntinus aſtu quodam omnium Electorum vota conſecutus fuit, *Cuſpin. in Vit. Adolphi*) vocatis teſtibus (non tamen

ſe

ſeipſum, quia tres tantùm præſentes quartum eligere debent, *hîc in fin.)* de jure ſtricto (nam de honeſtate pars minor procedere non debet, *Thom. Campeg. d. concil. c. 3. n. 11.*) eligere poterit, quia hîc maiora attendi non poſſunt, *vid. Arum. hîc, theſ.* 18. vt in ſimili de vno Cardinali tradit gloſſ. *in Clem. Romani. verb. omnes. d. iureiur.* cùm jus Collegij etiam penes vnum maneat, ſi reliqui vel inhabiles, vel mortui, vel abſentes ſint, *l. 7. §. Decurionib. ibiq́ gloſſ. Br. Iaſ. & Dd. ff. quod cuiusq́ vniu. nom.* tum propter generalitatem textûs *hîc*, qui indiſtinctè emanentes vel recedentes voce priuat. *Buxt. concl.* 25. Elector quoq; tardiùs veniens, ad electionem in eo ſtatu admitti debet, in quo eam inuenit. *hîc.*

Electus ſtatim poſt peractam electionem confirmat priuilegia Electorum, idq; ex conſuetudine, *vt hîc.* an autem confirmatio hæc ad validitatem priuilegiorum neceſſariò requiratur, reſoluit *Carpzov. d. Capitul. Caſ. c. n. 13. & ſeqq.* & negat Buxt. *concl.* 37.

vbi cōfirmationem hanc etiam ad Statuum priuilegia extendit, vigore modernarum Capitulationum. Sed tamen Carolus IV. *tit.* 13. *hic.* vniuerſa priuilegia (& ita etiam ex cauſâ oneroſâ, vel ob benemerita ab Anteceſſoribus ſuis conceſſa) quatenus Electorum Iuribus derogare cenſentur, ex plenitudine poteſtatis reuocauit; vnde adhuc Confirmatio Imperatoria magnum momentum habere videtur. Angli à regibus ſuis exigere ſolent, vt *Chartam magnam, & Chartam de Foreſtâ* in vſum reducant: quibus tamen reges non aliter audientes ſunt, quàm prout Reip. conditio patitur & publica vtilitas ſuadet: ſicut & Imperatores olim Principatum ingredientes immunitates, quibus vellent, confirmabant, alijs derogabant, prout ipſi viſum erat. *Sueton. in Tit. Plin. in epiſt. d. §. eſt autem.* Sanè pernitioſum eſſe naui, ſi rector ingruente tempeſtate gubernacula conuertere non poſſet, vt *Sext. Cæcil. dicebat.* Opus enim eſt non

for

forti ſolùm viro, ſed & libero, exolu-
toq́ legum vinculis, qui leges ipſas pro
qualitate (rerum) intendere, remitte-
re, vel etiam negligere poteſt. *Liu. lib.*
4. Arnis. d. l. cap. 7. Multa enim ſunt à
Bart. *in lib. de tyrann.* adſcripta Tyrañ,
quibus Princeps optimus ſæpè vti co-
gitur. *Externâ,* inquit ille, *vi ſe munire,*
tyranni eſt. At ſi ciues ſint rebelles, ſi
Principem de ſolio deiectũ eant, ſum-
mâ juſtitiâ Princeps eam adſciſcit. *Se-*
ueritas & rigor, inquit ille, *propria ſunt*
tyranni. Atqui Cleon eodem remedio
vtendum contra Mitylenæos ſuade-
bat, qui vi potiùs, quàm beneuolen-
tiâ in officio continerentur. *Thucyd.*
lib. 3. Et Cato M. cùm ſeptem eius cō-
petitores bonam lenitatis & indulgen-
tiæ ſpem populo oſtentarent, contrà
vociferatus eſt: *Ciuitatem vehementi ex-*
purgatione indigere, hortari ſe multitudi-
nem, vt, ſi ſaperent, non leniſſimum, ſed
aſperrimum deligerent medicum; hunc ſe
eſſe, & vnum Patriciorum Valerium Flac-
cum &c. Plut. in Cato. Mai. Quapro-

pter Romani quoq; primum Dictatorem creaturi, quærebant aliquem, qui ſeuerè imperare ſciret, nec molliter contumacibus cederet, quo potiſſimùm homine tunc opus erat. *Halicarn. lib.* 5. Tyranni enim Regisq; par licentia: illud tantùm intereſt, quòd alter eâ vtatur ex causâ, & alter ex libidine. *Arniſa. d. tr. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 4. Facit, quod ſcribit Georg. Sigiſmundus Seldius, Imperij Vicecancellari⁹, *apud Hortleder. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 6. quodq; repetit ipſe Imp. Carolus V. *apud eundem Hortled. d. lib. cap.* 28. *num.* 184. Si Cæſar ab omnibus deſertus, ipſemet quoq; vel neceſsitate, vel indignatione compulſus, cogitauit de medijs, quibus ex tantâ perplexitate ſe extricaret: id vt fortè non omninò improbandum, ita certè ab humanæ conditionis naturâ non valdè alienum videri poterit.

Addunt alij ſecundã rationem huius confirmationis, quia nimirũ elect⁹, ante coronationem etiam & cõfirmationẽ Pontificiam, fruatur juribus Imperij

perij. Sed hæc quæſtio eſt magni momenti, *vid. Fulv. Pacian. d. prob. 2. c. 35. n. 32.* quidam putant, quòd antè quidem, electus ſit Rex Romanorum, nō autem Imp. vel caput orbis Chriſtiani, *c. venerab. d. elect. vid. Lehm. lib. 5. c. 68.* vbi, quòd ab Electoribus nominatus, jus quidem habeat, ſed non titulum: quorum neutrum tamen admittere voluit Paulus IV. P. M. in electione Ferdinandi I. *vt videre eſt apud VVindecc. d. Elector. c. 21.* Alij qui hanc quæſtionem magis ſeriò tractârunt, ſtatuunt, ſi Canones & jura per ſe ſola conſiderentur, eum qui eſt electus in Regem Rom. niſi coronetur & confirmetur à Summo Pontifice, Imperatorem non eſſe, quamuis deſignatus ſit in Imperatorem, ideoq; res Imperij non adminiſtrare; quo modo etiam inſtitutus & deſignatus hæres, teſtatore viuente, res hæreditarias non adminiſtrat, nec vllus alius operatur antequā ſit. Maximè verò ante confirmationem, Regem Rom. non eſſe Aduoca-

 tum

tum Eccleſiæ ſupremum; quòd & cæteri, qui per electionem & confirmationem ſuperioris autoritate factam præficiuntur Eccleſijs, jurisdictionem non accipiant ex ſolâ electione, cuiuſmodi ſunt Epiſcopi & cæteri præfecti Eccleſiarum *c. noſti. d. elect.* At verò vſu & cõſuetudine hodiè receptum eſſe dicunt, vt Imp. ritè & legitimè electus, ex ſolâ electione habeat jus & authoritatem adminiſtrandi imperiũ. *Panormit. in c. venerabilem. d. elect.* Innocentius (*qui floruit anno* 1250.) *in eod. c. venerab.* ſi in loco, *inquit*, debito non poſsit coronam accipere, nihilominus jus & poteſtatem adminiſtrandi poteſt recipere à Colonienſi (*per coronam, non ferream nec argent., ſed auream. Buxt. concl.* 46. *quod ex vetuſtiſsimo more Aquisgrani fieri ſolebat, cuius etiam mentionem facit, quamuis perfunctoriè, Carolus hîc, de confirmatione Pontificiâ verò omninò nullam*) vel eam habet ſuâ autoritate. *Vid. Ioh. Georg. HerVVart. in Ludouico* 4. *defenſ. contra Bzouium. ſub anno* 1319. *n.* 24.

num. 24. *& ſeqq.* Pijſsimum tamen eſt, renunciationē Monarchę Orbis Chriſtiani, in Eccleſiâ, pro quâ vigilare debet, agnoſci, & pro eius incolumitate ac felicitate vbiuis vota ſuſcipi; id quod modernis adhuc Imperatoribus negligere religio planè eſt. Perhibetur etiam, Impp. antiquitùs ante coronationem ſigillo tantùm non etiam bullâ vſos eſſe; & non niſi à die coronationis Pontificiæ, annorum Imperij dinumerationem incepiſſe. *Buxt. hîc concl.* 1. *lit. e. & concl.* 8. *lit. c.*

Poteſt autem quis ſuâ voce numerum ſe eligentium augere, §. *fi. hic.* cùm non ambitio, ſed potiùs cupiditas ſit iuuandi Imperiū. *Arum. hic th.* 22. *Tuſch. lit. E. concluſ.* 72. *vbi hoc concedit*, ſi electio fiat in publico ſcrutinio; tunc enim videns ſe ab alijs iam electum eſſe, ambitione caret; ita electus fuit Rupertus à Mog. Treu. & Colonienſi. Limnæus quoq; *in not. ad ius publ. Dani. Otton. f.* 27. in dubium vocat relationē Dubrauij de Sigiſmundo tunc tem-

 poris

poris Hungariæ rege, ſuo voto in Imp. electo.

Germani hoc ex ſingulari prærogatiuâ, non verò demum ex conſtitutione Ottonis III. vel, *vt refert Bodin. 5. d. rep. c.* 5. Imperatore Carolo IV. qui id diſertè non cauerat, iam è viuis erepto, Electores ſeipſos iurisiurandi religione ad id obſtrinxerunt, quòd nunquam peregrinus, ſed Germanus, id eſt, patre Germano (licet nō in Germaniâ) natus, in Imperatorem eligatur, *vt ex Dithmaro probat Lehm. in Chrō. Spir. lib.* 5. *cap.* 17. *Arum. h. n.* 3. *fol.* 84. *Henning. Gœden, conſ.* 1. *per tot. Heig.* 1. *q.* 5. *Knenck. de priuil. par.* & *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 7. & 33. Nec hic Gallos curant, qui per Caroli M. perſonam Imperium ad ſuę familiæ reges tranſlatū eſſe contendunt; quos inter eſt *Thuanus*, *qui* Imperium, *inquit*, in ſecundâ regum noſtrorum familiâ à Carolo M. incipit &c. & ab Ottone I. Aucupis F. ad Germanos translatum eſt. Erroris principiū omne ex eo, quòd neq; Françoſ Germanos

nos, neq; Carolum inter eos agnoſcere velint, *Thuan. lib. 2. hiſtor. in pr. Vide etiam Londorp. tom. 2. lib. 3. tr. 1. circ. fin.* cùm tamen ipſe Carolus vitæ ſuæ primordia Thuringię adſcribat, *apud Bru. in antiquit. Fuld. lib. 3. c. 12. Vid. omninò Zoanett. d. Rom. Imp. n. 243. & ſeq. Heig. part. 1. q. 5.* Conſilium hac de re integrum habet Simon Piſtor. *conſ.* 1. vbi ſe fundat ſuper longiſsimâ obſeruantiâ, & præſcriptione, ac rei quidem non meræ facultatis; quia vt teſtantur Hiſtorici, aliæ nationes, & inprimis Galli, ægrè tulerunt, quòd Electores fuerunt conſtituti solùm ex natione Germanicâ ad hoc, vt eligi deberet Germanus; quinimò non ſemel contentiones excitatæ, ac bella propter hanc prętogatiuam exorta ſunt: tandem tamen à Germanis ea ſemper retenta. Et hactenus omnes nationes vltra hominum memoriam acquieuerunt. Vnde electio Impp. Germanicorum non eſt facta per modum meræ facultatis, ſed cũ intentione & propoſito acquirendi

 illam

illam prærogatiuam, & præiudicandi alijs, *vt in ſimili docent CC. in c. Abbati S. Syluani. d. V. S.* quod *idem c.* appellat dignitatem & honoris prærogatiuam, quòd de gremio vnius Monaſterij debeat eligi Abbas alteri. Nequaquam ergò citra maximam nationis Germanicæ infamiam, alius, qui non ſit Germanus, in Regem Rom. eligi poterit. Et licet ſe Rex Galliæ iam vellet Germanum vocare, fortè ob Maiores Germanos, aut ob Galliam & regnum Arelatenſe, quæ ſub titulo Germaniæ veniunt, *Londorp. d. loc.* nihil tamen ageret, quia ſerò nimis ageret. Sed periculoſum etiam eſſet, Gallo Imperium committere, ne fortè ereptis Electorum ſuffragijs, dignitatem eius, familiæ ſuæ perpetuã reddere ꝓperaret, cùm difficile ſit, nouo Principi, & moribus populi non aſſueto, aliud iuſtum perſuadere, quàm ipſi videatur. *Tholoſan. 7. d. rep. c. 4. n. 13. Arum. h. n. 3. f. 86. &c.* Quamuis autẽ *hoc in A. B.* non fuerit cautum; illud tamen nihil impedit,

pedit, cùm ſuper re certâ (Electores nimirum alium præterquam Germanum natum vnquam electuros eſſe) quicquam cõſtituere ſuperuacaneum fuiſſet. Hacq; in re maximè differt Germania noſtra à regno Poloniæ, vbi de peregrino Principe legendo cautũ eſt lege, quam mortuo Sigiſmundo Auguſto ſancitam eſſe teſtatur Bodin. *d. rep. 6. n.* 720. cùm inter Optimates grauiſsimâ contentione ortâ, quiſq; ad ſe ſpem regni traheret, *Kirchn. de rep. diſput. 7. th. 6. ſed vid. Comina. lib. 8. Comment. in fin.*

Succedit hîc quæſtio; an præiudicet liberæ Electioni, ſi plures ex eâdem familiâ eligantur? quod quidem negari debet, etiam eo caſu, vbi in certâ Domo neceſſariò debet eligi Princeps, veluti apud Abyſsinos non proximus, ſed alius, pro arbitrio Optimatum, agnatus regius eligitur; vel vbi Electio tantùm deficientibus regum filijs eſt libera, vt in Hungariâ & Bohemiâ (*de quâ infrà cap. 7.*) ac etiam Iouius *in elog.*

5. de Maximiliano I. Imp. exiſtimat ; quaſi præſcriptione iam eſſe introdu-ctum, vt nemo niſi Auſtriacus eligi poſsit. *Vide integrum hac de re diſcurſum apud Londorp. tom. 2. lib. 3. tract. 4. fol. 640. & ſeqq. Vbi autor putat:* Auguſtiſsimam Domum Auſtriacam iam omninò æmulis carere, nec eſſe Reges aut Principes, qui ſeſe vſurpationi Auſtriacæ opponere aut vellent aut poſſent. Sed illi Londorpius tres *ibid. in fin.* nominat, inter quos primus eſt Sabaudiæ Dux, quem ait iam olim cum Henrico IV. G. R. de transferendâ Imperij dignitate tractâſſe. *P. Matthieu. in hiſtor. ſuis.* & nuper arcana conſilia cum Palatinis eâ de re habuiſſe. *add. Arum. hic. n. 2. f. 82. & ſeq.* Haut tamen de iure tollitur libertas eligendi, licet electio reſtringatur ad certum genus hominum, *Modit. in §. lex. dubit. 69. num. 5.* Semper enim tam in Romano, quàm Conſtantinopolitano & Germânico Imperio, gentilium rationem habitam fuiſſe probat Paul. VVindeck. *de Elector. cap. 9.* & in ſpecie de

Fran-

Francico regno idem teſtatur Lehm. 2. *c.* 13. & 5. *c.* 17. *f.* 409. & *ſeqq. Vbi ait*, filios patribus quidem ſucceſsiſſe, ſed non niſi permiſſu Ordinum. Nam Regino *lib.* 2. *Chron.* ſcribit, *ſub anno* 806. cùm Carolus M. tres filios haberet, quibus maturè in vitâ ſuâ conſulere volebat: Cum primoribus (inquit) & Optimatibus Francorum de partitione ſui regni inter filios ſuos placitum habuit. Et diuiſione factâ in tres partes, teſtamentum de illâ fecit, quod per ſacramentum interpoſitum à Francis confirmatum eſt. *Hotoman. in Franco-gall. cap.* 6. *per tot.* & *d. hac quaſt. tractat etiam* Dn. Beſold. *tr. d. elect. lib.* 2. *diſſ.* 1. *n.* 12. & *ſeqq. Vbi n.* 15. monet, ſi arbitrium Electorum in ius vertere nitantur hæredes, maturè obuiam eundum eſſe. Ita in Imperio iurant Reges Romanorum in Capitulatione ipſis ab Electoribus præſcriptâ, daß ſie ſich keiner ſucceſsion oder Erbſchafft deß Röm. Reichs anmaſſen/oder auff jhre Erben wenden / ſondern die Churfürſten bey jhrer

ihrer freyen Wahl laſſen wollen. *Vid. Ioſ. Nolden d. Statu nobil. cap. 8. n. 33. & ſeqq. Vbi contra Bodin. qui lib. 1. d. rep. c. 8. ait*, Reges Romanor. iam pridem Ducibus Venetorum pares, imò inferiores factos fuiſſe, niſi Auſtriacæ gentis Principes Imperij Germanici Maieſtatem tuerentur.

TIT. III.

DE SESSIONE TREVIRENSIS, Colonienſis, & Moguntini, Archiepiſcoporum.

MIrum cuipiam videri poſſet, cur Archiepiſcopi ad Rhenum Electores inſtituti fuerint: ſed eius rei rationem reddit Helmold. *lib.* 1. *cap.* 4. quia nempe iam antè erant Archiantiſtites Germaniæ principaliores & digniores, tractum cis & vltra Rhenum poſſidentes. Prætereà ſumma rerum ipſis iam erat concredita per Germa-

niam,

niam, Galliam, & Italiam, vbi Arhicancellariorum munere defungebantur, quæ proxima eſt à Cæſareo faſtigio, dignitas. Quando enim Imp. Italiam ingrediebatur, Coloninenſis priuilegia ſeu diplomata Imperialia ſignabat, idemq́ factitabat Treuerenſis in Galliâ (eâ nempe parte, quæ regno Arelatenſi continetur, nam hæc ſola Imperium Rom. agnoſcebat) & Moguntinus in Germaniâ, cuius nomine adhuc hodiè Aulæ Imp. Vice-Cancellarius diplomata Cæſarea ſubſcribit, ſicut ad mandatum propriũ Cæſ. Maieſtatis ſubſcribit non ille, ſed Secretarius. Reliqũi duo retinent nomen Archicancellarior. in Galliâ & Italiâ, licet inibi exercitio officij huius nunc temporis careant. Nam à retentione nominis arguitur ad retentioné effectus, *l. à nullo. in fin. C. d. fer. Nic. Euerhard. Iun. conſ.* 41. *num.* 31. *Vol.* 1. *Ioſ. Nold. d. c. num.* 63. *& ſeqq.*

Sed ordinis ratio inter Eccleſiaſticos Electores, quem Carolus tam anxiè

xiè ſanciuit & conſtituit, adeò ſtrictè & ſuperſtitiosè hodiè non obſeruatur, quin Treuerenſis & Colonienſis, vel eorum Legati & Commiſſarij, in certis conuentibus, alternatione potiùs quadã inter ſe amicè vti malint, *Marqu. Freher. d. tut. cur. teſtam. Elect. d. cap. 12. n. 16.* vnde Cunrad. Brunus *lib. 5 c. 8. d. legatio.* ſcribit, Archiepiſcopum Treuirenſem, illiusq; Legatos, in Conuentibus Conſilijſq; publicis Imperij, non è conſpectu Cæſaris, ſed à ſiniſtro latere Cæſaris ſedere; in eoq; mutatam eſſe A. B. Sicuti etiam Gallica Imperij pars à Carolo ſub Cancellariatu Colonienſis Archiepiſcopi *hîc* collocatur, vnà cum Italiâ: cùm tamen hodiè Treuerenſis Archiepiſcopus Cancellarij per Galliam, & regnum Arelatenſe, titulum gerat, non nolente ipſo Colonienſe, & alijs. *Freher. d. l n. 15.*

Occaſionem Conſtitutionis de ſeſſione iſtac explicat Dubrau. *lib.* 22. *& multa huc facientia congeſſit Dn. Beſol. in tr. de præced. cap.* 2. *num.* 12. conten-

tentionem nempe inter Moguntinum & Colon. quorum vterq; dextrum, & deinde inter Colon. & A. Fuldenſem, quorũ vterq; ſiniſtrum Imp. latus occupare volebat. *Buxt. concl.* 40. quod litigiũ ſub Henrico III. Imp. in cruentum certamen prorupit, *de quo Naucler. in Chron.* Hodiè ergò Moguntinus primus eſt, in & extra prouincias ſuas in Cancellariatu Germanico (exceptâ prouinciâ Colon. in quâ Colonienſi honor iſte defertur, non autem in reliquis eius Epiſcopatibus, *propter expreſſa verba hic.*) à dextris Imperatoris ſedens. *Vid latè R. P. Nicol. Serar. rer. Moguntiac. lib.* 1. *c.* 24. *& ſeqq.* eiq; olim etiam coronatio Impp. competebat, quam etiam adhuc exercet, ſi Colonienſis nondum infulis vel pallio condecoratus ſit, vt factum in coron. Maximiliani II. & Rudolfi II. vigore antiquæ cõſuetudinis. *Buxt. concl.* 47. *& ſeq.* In Cancellariatu Italico ſuâq; prouinciâ idem jus habet Colonienſis. Treuerenſis verò in & extra Cancellariatum

ſuum

ſuum & prouinciam, ſtabilem eundemq́ locum obtinet, ſemper enim è diuerſo à fronte Imperatoris conſidet. Sede verò vacante, Capitulum non admittitur ad Collegium Electorale, quia hoc ſpeciali iure & priuilegio Electoribus ipſis competit, *paſſim hîc*. In ijs autem, quæ ſic competunt, etiamſi ſint perpetua & cōceſſa dignitati, mortuo Prælato, priuilegium remanet ſuſpenſum, vel reuertitur ad concedentem, non verò ad Capitulum, *Alexand. lib. 6. conſ.* 100. *n.* 2. *& ſeq. Tuſch. lit. C. concluſ.* 56. *n.* 48. hîcq́ non agitur de ijs, quæ ſunt Epiſcopi, vt Epiſcopi, ſed quæ ſunt Electoris & Statûs Imperij, qualis Capitulum non eſt. *Gail.* 1. *O.* 30. *add. Arum. h. diſc.* 1. *n.* 24. Vnde falſitatis arguitur Goldaſtus *lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 26. *in Bohem.* ab Arum. *in tr. de Comit. cap.* 4. *n.* 108. vbi demonſtrat, non Capitulum, ſed ipſum Fridericum Electorem Colonienſem electioni Maximil. II. Imp. interfuiſſe. Benè tamen ad Comitia vocari debet Capitulum, quia

ad hoc tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus juriſdictio Epiſcopi deuoluitur. *cap. 3. d. ſuppl. negl. Prål. lib. 6. Feder. d. Sen. conſ. 30. in fin. Verſ. prætereà.* & generaliter Capitulum omnia poteſt, quæ poteſt Epiſcopus, quando ſedes eſt vacans, niſi reperiatur expreſſè prohibitum, *Card. Zabar. conſ. 35. n. 3. Verſ. item diſpenſat. Tuſchus d. concluſ. num. 2. & 8.* vnde etiam Capitulares dicuntur deß Stiffts Erbherꝛn. Hocq́; ipſum confirmat obſeruantia, quæ omninò attendi debet, *Tuſch. d. lit. C. concluſ. 954. per tot.* eaq́; probatur *ex ſubſcriptionibus Receſſ.* 1555. *ibi:* Dechandt vnd Capitul zu Minden: *Receſſ. ann.* 1559. *ibi*, Probſt/ Dechandt / vnd Capitul deß Thumbſtiffts zu Freyſingen. *Receſſ. ann.* 1576. *ibi*, deß Stiffts Halberſtadt ꝛc. *Arum. d. c. num.* 107. *Petr. Frider. Mindan. de Proceſſ. &c. lib. 1. cap. 19. num. 11. & ſeqq.*

Imp. Electores Eccleſiaſticos nepotum nomine ſalutat, cuius ratio adhuc eſt in occulto. Heigius *lib. 2. q. 4. n. 62.*

id interpretatur de ciuili quadam *κοδεσίᾳ*, vt Coëlectoribus ſuis pares fierent, quos Oheimb / vel ſimili agnationis cognationisuè titulo indigitat Imp. Bertram *de Comit. memb. 2. concl. 2. n. 20. in fin.* vocem hanc putat accipi abuſiuè, vt Teutonicū Vatter. Andr. Knichen *d. Saxo. non prou. iure. Verb. Electorum. c. 1. num.* 321. id ſingulari affectioni & gratioſæ familiaritati attribuit, additq́ꝫ, Landgrauios Haſsiæ, Comites Schaumburgenſes & alios nonnullos, prælibato titulo dignari. *Huicq́ꝫ adſtipulatur Paul VVindecc. d. tr. cap. 11. in fin. Vid. Ioſ. Nolden de Statu nobil. cap. 8. num. 71. & ſeqq.*

Prudenter autem quatuor ſecularibus tres Eccleſiaſtici Electores additi fuerunt. *Imp. hic.* Etenim, quia firmiſſima Chriſtianæ politiæ præſidia ſunt, Sacerdotium & regnum, *Choppin. d. domau. Franc. lib. 3. tit. 29. n. 3.* ideò à ſacri Imperij regimine ſacer ordo excludi non debuit, eò quòd vtraq́ꝫ qualitas eidem ſimul & ſemel ineſſe poſsit.

Zach

Zach. Vietor de cauſ. exempt. Imper. concl. 3. *cum alleg. Vid. omninò P. Heig.* 1. *q.* 4. *num.* 52. & *ſeqq. Arum. hîc diſc.* 3. *num.* 8. vbi defendit Eccleſiaſticos poſsiſidentes bona temporalia, Ducatus &c. cum iuriſd. temporali, ſecus ac in primitiuâ Eccleſiâ: quia tunc præuidebant Apoſtoli, Eccleſiá ad gentes tranſituram, nec penes Iudæos permanſuram eſſe, *Alex. Raudenſ. d. analog. c.* 36. *n.* 65. & vt omnium rerum, ita & Eccleſiæ initia fuerunt tenuia, quæ vbi creuerint, non ideò, quòd ab initijs recedant, reprehenſionem merentur. Tres autem debent eſſe Eccleſiaſtici, non pauciores: vnde cùm Gebhardus Truchſeſsius, Archiepiſcopus Colonienſis, inito matrimonio, hunc numerum imminuere vellet: ab Electoratu depoſitus, eiq; Dux Bauariæ Erneſtus ſubſtitutus fuit. *Propter* §. vnd nachdem. R. A. *anno* 1555. *Thuan. lib.* 78. *Vid. Mich. ab Iſſelt. de bello Colonienſi.*

TIT.

TIT. IV.
DE PRINCIPIBVS ELE-ctorib. in communi.

ORditur hîc Imp. de Politicorum Electorum ſeſsione, inter quos olim Bohemo nouiſsimus tribuebatur locus, *Cranz. lib.* 4. *Sax. cap.* 28. qui nunc primus eſt, propter regiæ dignitatis faſtigium, in quo reliquos Electores ſuperat, cùm ipſe non tantùm Elector ſit, ſed etiam Rex (olim, antequam Pragenſis Epiſcopus in Archiepiſcopum euectus fuiſſet, à Moguntino coronari & inungi ſolitus, *Baxt. concl.* 41. *lit. c.*) reliqûi autem Electores, quamuis comparentur Regibus, *Heig.* 1. *q.* 3. *n.* 51. *Dan. Moller.* 3. *ſemeſtr.* 40. *num.* 1. *Arum. h. concluſ.* 11. *Reinck. d. c.* 13. *n.* 7. *Vbi de titulo, quo erga Reges vtuntur Electores*, Reges tamen non ſunt; aliud enim eſt Regem eſſe, aliud jure Regis cenſeri, ſicut aliud eſt feudum antiquum eſſe, aliud jure feudi an-

di antiqui cenſeri, *Ant. Fab. in conſult. de Ducat. Montisferr. pro Duce Sabaud. fol.* 55. *in pr.* vnde & nominibus & inſignijs Regum carent. *Arum. d. concluſ.* 11. Contrà verò Bohemus præ regibus alijs hoc præcipuum habet, vt regem quemcunque alium, quacunque etiam dignitatis prærogatiuâ fulgentem, in actibus ad Curiam Imperij ſpectantibus antecedat, *A. B. tit.* 6. adeò vt etiam Imperatrici ſiue Auguſtæ eâ in re præferatur, *tit.* 22. *Sixtin. d. regal.* l. *c.* 4. *n.* 20. *Reinck. d. c.* 1. *n.* 31. Sequitur poſt Bohemũ Elector Palatinus, hunc Saxo, quem Brandeburgenſis, olim ex traditione quorundam primus, quod tamen in dubium vocat Buxtorff. *hic tit.* 6. *theſ* 41. *lit. e.*

§. 2. Electio fit, quando ſacrum Imperium vacare contingit, morte ſcil. Imperatoris, aut *vt ſuprà*, adhuc viuo illo, aut ſi religionem ingrediatur, vt fecit Lotharius I. qui Prumienſe monaſterium eſt ingreſſus, *Otto Friſing.* 6. *Chron. c.* 1. aut Imperio renunciet, vt

O fecit

fecit Carolus V. *Thuan. lib.*21. Addunt etiam degradationem, quam alij ſoli Pontif. Max. adſcribunt, *vid. Lancellot. in templo omn. Iudic. lib.* 1. *c.* 1. *q.* 6. alij ſoli Palatino, *vid. Buxtorff. hic concluſ.* 79. *& ſeqq.* alij ſolis Electoribus, excluſis reliquis Imperij Principibus, *Arum. diſcurſ. iur. publ.* 9. *th.* 11. *f.* 100. cui non conuenit illud, quod habet Lehm. *in Chro. Spir. lib.* 7. *c.* 72. vbi Electores dicunt, VVenceslaū, conſilio alior. Principum & Statuū Imperij, à ſe Imperio priuatum eſſe. *Conſentit Buxtorf. concl.* 11. *Becht. de ſecurit. concl.* 147. *Steph. de iuriſd.* 2. *p.* 1. *c.* 5 *n.* 47. Exempla depoſitionis habemus in Ludouico Rege Francorum à Zachariâ Pontif. Ottone ab Innoc. Friderico ab Innocent. 4. Henrico IV. Adolpho I. & VVenceſlao (cuius proinde priuilegia etiam ante depoſitionem conceſſa, in dubium reuocantur ab Herm. Eſai. Roſacorb. *pract. forenſ. cap.* 85.) degradatis, *Lehm. lib.* 5. *cap.* 39. *Goldaſt. tom.* 1. *Conſtit. fol.* 139. *vbi extat ſententia exauctorati*

ationis VVenceslai. Lancellot. d. l. n. 10
ui n. ſeq. ait; inſufficientem poteſta-
e priuari poſſe, *per text. in c. alias.* 15.
. 6. aut eidem dari coadiutorem, *per*
ap. quamuis. c. petiſti. 7. *q.* 1. & *c. gran-*
li. de ſuppl. neg. Prælat. Sed de VVen-
ceslai depoſitione, an legitima fuerit,
adhuc diſputant Doctores, *ſec. VVeh-*
ler. d. metamorph. rerump. cap. 1. *f.* 7. &
eq. Vid. omnino Reinck. d. tr. l. 1. *cl.* 1. *c.* 5.
k facere huc videtur, quòd Electores
poſt electionem functi iam ſint offi-
io, dataq; ſit illis poteſtas tantùm eli-
gendi, non etiam deponendi. *Bl. in l.*
Barbarius. d. offic. Prato. haud enim rex
accerſitur, vt medicus, cuius imperi-
um durat, quamdiu placet ægroto.
Gentil. d. abſol. pot. reg. vnde B. Gregor.
ap. Vlt. 8. *q.* 2. monet clericos, vt dili-
gentes ſint in eligendo Epiſcopo, quem
poſt electio. nequeat ampliùs iudicare.

Vota autẽ colligit & ſcrutatur Mo-
guntinus, *d.* §. 2. qui iam in electione
Conradi Salici primum ſuffragium
habuit, *Goldaſt.* 1. *de maior. cap.* 20. *n.*

 14. &

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

14. & 15. & primum etiam dixit in electione Caroli V. & Maximil. II. *Arum. hic. concl.* 21. Interrogat de conſuetudine Treuirenſem primo loco, deinde Colonienſem, Regem Bohemiæ, Palatinum (qui iſti ob regiam dignitatem iam cedit; ſecus ac olim, *Goldaſt. tom.* 3. *Conſtit. de off. Com. Palat.*) Saxonem, & Brandeburgenſem; à quibus ipſe Moguntinus viciſsim de voto ſuo requiritur, *vt hîc* §. 3. vel, *vt ſcribit Petr. Albin. in Chron. Miſn. tit.* 16. *in fin.* ex prærogatiuâ quadam, à Saxone ſolo. Treuirenſis votum habet, non Galliæ nomine, *vt falsò putat Grego. Tholoſ. lib.* 6. *de rep. c.* 13. *n.* 25. Sicut nec Colonienſis Italiæ nomine eligit: quia non vt Archicancellarij (quales iam ante A. B. erant) ſed vt Septemuiri Imperij & Electores, ſuffragij jura exercent, *Herm. Kirchner. in MorVviller. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 13. *& ſeqq.* Votorum perquiſitio fit à præſentibus, quia de jure communi abſentes de capitulo, vota ſua per literas dare non poſſunt, *text.*

in c.

in c. ſi quis iuſto. 46. §. *abſens. d. elect. in* 6. id quod tamen in electione Richardi Angli, Ludouici Bauari (& Papę quoq;) factum fuiſſe oſtendit Buxt. *concl.* 44. interdum publicè fit, nam Moguntinus votum ſuũ palàm exprimit, publiceq; votatum fuit in electione Caroli V. & Maxim. II. *Buxt. concl.* 42. interdum ſecretò; qui poſterior modus de jure Cano. obſeruatur, *c. quia propter. extr. d elect.* & tutior quoq; eſt, *ſec. Arum. hic. n.* 22. Vota autem non debent eſſe conditionalia. *c. in elect. in* 6. *Deput.* Abſch. *d. ann.* 1600. §. vnd das mit bey. *Denais. in iur. Cam. t.* 13. §. 13. licet *ſecund gloſſ. in c. cum terra. d. elect.* poſsint fieri gradus, vt vno non acceptante alter eligatur. *Cyn. in l.* 1. *poſt editam. C. d. impub. & al. ſubſt. Marc.* 1. *quaſt.* 1154.

§. 4. agit de celebratione Curiæ Imperialis, *de quâ etiam tit.* 26. *hic.* in quâ Brandeburgenſis aquam miniſtrat, Palatinus primum cibum, Bohemus primum potum offert, & Saxo Mareſchalli of-

li officio fungitur. Quorum officia irridet Bodin. 1. *de rep. cap.* 9. reprehenſus ob id à Frehero *lib.* 1. *Orig. Palat. cap.* 9. & hæc officia (non verò ipſum Electoratum, *quod perperam nonnulli confundunt*) ab Epiſcopo Bambergenſi, ex conſtitutione Henrici II. Imp. in feudum recognoſcunt Electores ſeculares. *Buxtorff. concluſ.* 87.

TIT. V.

DE IVRE COMITIS PAlatini & Saxoniæ Ducis.

DEfuncto Imp. ſi nullus Rex Romanorum habetur, non ad omnes Electores, ſed ad Palatinum tantùm & Saxonem vicario nomine adminiſtrandum recidit Imperium, qui hanc potiſsimùm ob causã introducti ſunt à Carolo, ne per diuturna Interregna, vti præcedentibus temporibus contigerat, nondum conſtituto ſummo tribunali (quale nunc Camera eſt) ſub-

ſubditi jure & juſtitiâ priuarentur, ſed hæc ipſis à prædictis Electorib⁹ ex iure Francico & Saxonico (vnde d' Schwaben: vñ Saxẽſpiegl) quo regnũ Teutonicũ gubernabatur olim, adminiſtraretur. Chriſtoph. Gevvold. *d. Septẽuir. c. 11. in fin. Dn. Beſold. d. tr. diſſert.* 4. *n.* 6. *Vid. omninò Freher. ad Petr. d. Andlo lib.* 2. *cap.* 10. Palatino omnes à primâ origine Rheni vſq; ad finem & oſtium ſitæ prouinciæ ſubſunt, propter vocem *Rheni hic* ſimpliciter poſitam, *Arum. & Buxtorf.* vt & aliæ prouinciæ extra Franconiam, ſiue Franciam Orientalem, Sueuia nempe, Bauaria, & Auſtria, modò jure eo vtantur, *propter Verb. in iure Franconico. Freher. d. Orig. Palat.* 1. *cap.* 15. quod intellige, niſi inibi aliquis vicarius perpetuus reperiatur, vt eſt Dux Sabaudiæ, Delphinus, Dux Burgundiæ, *Iuſt. Sinold. d. Vicar. Imper. theſ.* 6. *inter Diſp. Baſ. tom.* 5. Saxonicum autem jus, tractum Saxonicum ad mare Balthicum & Sarmatiam peruagabatur. Et hoc quidem jus ad

Palatinum pertinet reſpectu Ducatûs Bauariæ de antiquo, *vt contra Freher. defendit GeVVold. d. tr. cap.* 10. *cuius ſententiam firmat Lehman in Chron Spir. lib. vlt. c.* 29. *in pr. hucq; inclinat etiam Buxtorff. concluſ.* 55. *lit. e. & prolixè docet Dn. Nicol. Burgundus, in Vindicijs ſiue Refutio. Diſſertationis de Pace Pragenſi, f.* 48. *& multis ſeqq.* Saxonem autem Carolus nobiliſsimo honore hoc nouiter decorauit,id quod ex verbis A.B. *ſe frui velle* colligit Arum. & Buxtorff. *hic. concl.* 56. contra Freher. qui *lib.* 2. *ad P. de Andlo cap.* 10. putat, Saxonem,quãdiu Palatinatûs (nam & ipſe Palatini titulo ab antiquo gaudebat, & hodiè in Inueſtiturâ Imperiali Palatinatum Saxoniæ cum Ducatibus accipit. *Freher. d. orig. Palatin. part.* 1. *cap.* 16. *in pr.*) tandiu & Vicariatûs honorem obtinuiſſe. Vicariatum iſtum competere illis etiam, quando Imp. extra Germaniam abijt, indiſtinctè, *contra Arum. hic probat Sinold. d. l. th.* 9. *& Buxtorff. concluſ.* 54. Per hoſce vicarios ge-

ſta

ſta electus poſteà Imp. omnia ratificat, idq́ hodiè in Capitul promittit.

Debent autem *v. hîc.* (1) exercere iudicia, tam Cameræ Imperialis, quàm Aulæ Cæs. hanc enim Archiepiſcopus Mog. vt Imperij Archicancellari⁹, toti Imperio iuramẽto obſtringit, *Th. Mich. d. iuriſd. concluſ.* 28. Et vtriusq; nomine communiq; ſigillo proceſſus expeditos fuiſſe *anno* 1612.6.*Maij* notat Buxtorff. *conclus.* 60. & etiam in criminalibus cognoſcunt, *propter generalitatem text. h. Petr Denaiſ. in adſert. iuriſd. Cā. Imp f.* 43. *& ſeq. poſt Clar. §. fin. q.* 40. *n* 2. *Tap. d. conſtit. Princ l. vlt. c.* 2. *p.* 1. *n.* 37. *& ſeq Diſſ Spirenſes in apolog. contra Denais. f.* 28. *& ſeq. cum Roman conſ.* 59 *n.* 2. *Rol à Valle conſ.* 42. *n.* 28. *vol.* 2. *exiſtimantes, Vicario Imperatoris vel Pontificis etiam generali non competere merum imperium.* (2) præſentant ad beneficia Eccleſiaſtica, iure primariarum precum; quod Imperatori non competit proprio iure, ſed ex cõceſsione Pontificis Max. *Gail.* 2. *O.* 155. *n.* 7. vel iure patro-

natûs, *Marta de iuriſd. p. 241. n. 7.* (3) reditus & prouentus Imperij recolligunt, quos tamen deductis impenſis futuro Imperatori reſtituere tenentur, *arg. l. negotiationem, ibi: lucrum facere ex tutela non debet. ff. de adminiſtr. tut.* Verùm hos perexiguos hodiè eſſe notum eſt, vnde officium vicariorum, quantum ad hoc, ferè ceſſat. (4) inueſtiunt de feudis, *hic.* & Regiments-ordnung. *de anno* 1521. vñ behalten vns beuor &c. & §. aber andere geringere Leben. *Vnde patet, adhuc hodiè tempus annale ad petendam renouatiorem competere;* ac iuramenta fidelitatis, vice & nomine S. Imperij recipiunt, quæ tamen per Regem Rom. poſteà electum omnia renouantur, tanquam perſonâ Domini mutatâ. *Vid. Buxtorf. concluſ. 67. quid proſit renouatio Vicariorum, cùm tamen ſec. A. B. Imperium vix per annum vacare poſſit; vbi etiam quid faciendum, ſi duo de Vicariatu contendant.* Verùm ſciendum eſt, illos procuratorio tantùm nomine regnare, haud iure maie-

ſtatis,

ſtatis, quæ penes Ordines vel populum vniuerſum reſidet, *Bodin. 4. d. rep. cap. 1 num. 368. & ſeq. Buxtorf. h. th. 72. & ſeq. Thom. Micha. d. tr. th. 29. vid. plures qq. apud Buxt. concl. 71. & ſeqq.* licet quantum ad adminiſtrationem, manus ad reſeruata Principis aliquando admouerint, vt de collatione nobilitatis, & induciarum moratoriarum patet *ex Refor. Pol. d. ann. 1548. tit.* von den verdorbnen Kauffleüten. §. vnnd nachdem. *Sinold. d. diſp. theſ.* 12. ipſius verò iuris maieſtatici, quod debet eſſe perpetuum, capaces non ſunt Vicarij, quia illud ad manus Regis reddere tenentur. *Dieter. d. ſummâ ſummi Imp. poteſt. concl.* 18. *& ſeqq.* Inprimis verò Imp. ſibi reſeruat non tantùm inueſtiturá, ſed etiam cognitionem feudorũ Principum (id eſt, Eccleſiaſticorum vulgò Scepterlehē, quia olim per ſceptrum conferebantur, poſteà per annulum & baculum. *Schrad. p. 2. c. 3. n. 6. & 7. vt interpretatur Sinold. theſ. 13. b. vid. Buxt. concl. 69. vbi ex Sigo. Crantz. &c.*

de tranſactione Henrici V. per quam is omnes quidem Epiſcoporum & Abbatum inueſtituras, per annulum & baculum fieri ſolitas Pontifici ceſſit: ſibi verò reſeruauit, quòd in Epiſcopos & Abbates electi, inueſtituras regalium ſuorum per ſceptrum debeant ab Imp. recipere) & regalia, quæ Fahnlehen (qualia etiã ſunt feuda Baronatûs & Comitatûs, *Buxt. concluſ.* 68. *d.*) vulgariter appellantur, quia Principes de his ſub vexillis inueſtiri, & poſteà in inſignijs vexillũ iſtud, vulgò die Blutfahn / daß Wapen der Regalien / vexillum prætorium, habere ſolebant, *Petr. Albin.* im newen Stam̃buech *f.* 234. *vbi formam eius repraſentat, & adhuc in inſignijs Marggrauiorum Miſnenſiũ conſpici aſſertat.* q mos ante paucos annos in deſuetudinẽ abijt. *Knich. d. Saxo. non prou. iur. verb. Ducum. c.* 4. *n.* 55. *Quomodo Principes Politici hodiè inueſtiantur, vid. Sleid. lib.* 18. *Goldaſt. Polit. Imp. part.* 6. *per tot. & in* Reichßhandlungen *fol.* 126. *& ſeqq.* De hiſce Imp. ſolus cognoſcit, R. A. *d. ann.* 1521. *ſub. rub.*

rub. Röm. Kaiſ. Regiment. §. ob auch ſachen vorfielen. *Ord. Cam. p. 2. tit. 7. Vult. 2. d feud. c. 2. n. 9. Vbi quòd in iiſdem ceſſent priuilegiata inſtantia*, *Vulgò* die Auſträg. Et licet cum alijs nonnullis dicere audeat Reichvvein *in formul. f.* 610. *Verſ ſolu.* quando Camera Imperatorẽ præuenit, tunc & ipſam de feudis Imperij maioribus cognoſcere; alij verò, vt maximè Cameram excludant, Parium tamen Curiæ ſiue Imperij Statuum cognitionem hîc locum habere, vigore eines alten Fürſtenrechts / aſſertent: hiſce tamen omnibus abundè reſpondet Reinck. *d. tr. lib.* 1. *cl.* 4. *cap.* 16. *&* *Sinold. d th.* 14. Imp. enim in his iudicat non vt dominus feudi: aliàs enim & in cæteris feudis immediatis non regalibus ſolus cognoſceret, quod Camera concurrens nõ probaret, *Gail.* 1. *O.* 29. *n.* 3. ſed vt iudex maior in cauſâ arduâ & graui. *Reinck. d. l. Magenhorſt ad Ord. Cam. d. tit.* 7. *Paurmeiſt. d iuriſd lib.* 2. *c.* 5. *n.* 91. hinc & de parte quoq; feudi regalis controuerſâ, vt

& de poſſeſſorio, ſolus cognoſcit Imp. non obſtantib. verbis *d.* §. ob auch ſachen vorſiclen. ibi: gänzlich vnd endtlich. quia *hic verbum* gänzlich non denotat quãtitatem rei cõtrouerſæ, ſed qualitatem ſẽtẽtiæ, *Acta* in ſachen Marpurg. *ſucceſſ. Vbi praiudicium factum anno* 1613. 23. *Octob.* & cùm petitorium ſoli Imp. competat, neceſſe eſt, vt & poſſeſſorium tanquam neceſſarium antecedens, ipſi ſoli reſeruatum dicamus, aut vtrumq; negemus, *text. in l. nulli. C. de iudic. Leipold. de concurr. iuriſd. concl.* 5. & licet vtraq; particula, gänzlich vnd endtlich (quæ ſunt inter ſe inuicem expoſitiuæ & declaratoriæ) de definitiuâ loquantur: certum tamen eſt, quòd etiam in poſſeſſorio definitiua feratur, *Alex. in. l. quod poſſit. n.* 10. *d. re iud. Gail.* 1. *O.* 7. *n.* 4. *Marant. p.* 6. *tit. d. ſent. n.* 35. Accedit, quòd poſſeſſorium hoc nequeat ventilari coram Auſtręgis, vt iudicibus rei conuenti (nam lis huiuſmodi tantûm inter immediatos eſſe poteſt) quia iudices vermög der Außtrãg

traƈt in feudalibus non cognoſcunt, *Gail.* 1. *O. n.* 54. *Mindan.* 1. *c.* 19. *n.* 18. & *ſeq.* nec ratione rei ſitæ in Camerâ Imp. quia ad hanc regulariter cauſæ Imperij in primâ Inſtantia non pertinent, præter illas, quæ fideliter à Gail. 1. *O.* 1. *per tot. Paurm. c.* 5. *Mindan. lib.* 1. *c.* 20. recenſentur: ita vt, extra eas, nullas alias admittere iubeat *Rutg. Ruland. d. Commiſſ. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 1. inter illas autem hæc noſtra non reperitur, pro omiſsâ ergò habenda, *l.* 12. *d iud. Sinold. d. diſp. th.* 14. Ipſi autem Vicarij, coram quo iudice tempore interregni conueniri debeant, tradit Buxt. *hic concl.* 64. Dn. Braudlacht *in epit. iuris publ. Vniu. lib.* 7. *c.* 9. *n.* 8. & *ſeqq.* & tunc cùm Imperatorem repræſentent, eos omninò nullibi conueniri poſſe puto, niſi fortè coram futuro Imperatore.

Omne quoq; alienationis ſeu obligationis rerum Imperialium genus, Vicarijs interdiƈtum eſt: ſicut & hodiè Impp. ipſi in Capitulationibus poteſtate alienandi ſe priuare ſolent, *Sleid. lib.*

Lib. 1. alienandi ſcilicet bona domanij ſiue coronæ (ſecus enim eſt in patrimonialib⁹) quia ſunt quaſi dos regis, in q-bus ipſi non plus iuris competit, quàm marito in dotem ſuæ vxoris, *Hotom in Francog. cap.* 9. id quod maximè obtinet in regnis, quæ populi voluntate delata ſunt: in his enim non præſumi debet, eam fuiſſe populi voluntatem, vt alienatio Imperij ſui, regi permitteretur. Hîc ergò ſubditorum conſenſus interuenire debet, *Hotom.* 1. *quæſt. illuſtr.* 1. *Heig.* 1. *q.* 19. *Bornit.* 2. *d. erar. c.* 9. quã ob cauſam Franciſcus I. G. R. Ducatum Burgundiæ, quem reſtituere Carolo V. Imp. captiuus promiſerat, pòſt ſe non poſſe reſtituere dixit, *Vid. Franciſci orat. ad Pontif. & Venet. legatos, apud Guicciard. lib.* 17. Aliàs ſubditis irritum facere contractum talẽ iura permittunt, *Vid. Pet. Greg. Tholos.* 7 *d. rep. c.* 7. *n.* 8. *& ſeq.* Quidã verò reges regna poſsident pleno iure proprietatis, vt qui iuſto bello imperium quæſiuerunt, aut in quorum ditionem populus

lus aliquis maioris mali vitandi cauſâ, ita ſe dedidit, vt nihil exciperetur. Hisq; regna talia alienare licere, extra controuerſiam eſt poſitum, ita vt inuiti quoq; ſubditi alienari poſsint, nec habeant proprio iure vllam vel prælationis, vel retractûs, aut quoquo alio nomine appelletur, facultatem reuocandi alienationem, cùm non ſint conſanguinei, conſortes, vel vicini, quibus talia permitti conſueuerunt, *Maſtrillus conſil. Vnic. n. 81. poſt deciſ. 100. Tiraquell. d. Vtroq. retr. in præfat. num. 2.* Sic Alexandri ſucceſſores in ius illud plenum ac proprietatē imperandi populis, qui ſub Perſis fuerant, pro ſuâ quisq; parte ſucceſsiſſe, aut etiam ipſo victoriæ iure id imperium ſibi quæſiuiſſe cenſendi ſunt: quare non eſt mirandum, ſi alienandi ius ſibi arrogârunt. *plura exempla vid. apud Hug. Grot. d. iure belli. lib. 1. c. 3. n. 12.* Neq; impedit, quod nonnulli aiunt, ſi quos populos rex bello quæſierit, cùm illos non ſine ciuium ſanguine ac ſudore quæſi-

erit, ciuibus potiùs quæſitos credi debere quàm regi. Nam & fieri potuit, vt rex ex ſuâ priuatâ ſubſtantiâ exercitum aluerit, aut etiam ex fructibus eius patrimonij, quod Principatum ſequitur. Propriè tamen cùm populus alienatus, non ipſi homines alienantur, ſed jus perpetuum eos regendi, quà populus ſunt: haud ſecus ac cùm vni liberorum patroni libertus aſsignatur, non hominis liberi fit alienatio, ſed jus, quod in hominem cõpetit, transſcribitur. Nihilominus tamen in his etiam ſucceſſor immodicas donationes ab anteceſſore factas retractare poteſt, *per c. fraternit. d. donat. c. intellecto. vbi Bald. & Panorm. d. iurei. Molina. d. iuſtit. & iur. tr. 2 diſp.* 25. Ita Carolus VIII. G. R. Ludouici patris donationes ſuperfluas, & regio patrimonio damnoſas reſcidit, & fiſco applicauit, multis refundere coactis etiam illud, quod iam inſumpſerant, idq; in Comitijs Turonenſibus concluſum erat. *Bellefor. lib.* 5. *cap.* 150. *& ſeq.* Et

Galba

Galba Imp. libertates Neronis, non plus decimis conceſsis, reuocauit. *Sueton. in Galbâ. c.* 15. In paruâ autem donatione (*de quâ* V. *Menoch. arbitr. caſ.* 73. *n.* 51. *caſ.* 559. *à n.* 3. *ad fin.*) ſatiùs eſt anteceſſoris ſui famam ſeruare, ac donationem valere iubere. *Menoch. arbitr. q.* 15. *n.* 6. *Pruck. in rubr. c.* V*n. de regal. c.* 4. *Arnis. d. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 7. Quando verò in noſtrâ Germaniâ Status inter ſe inuicem de bonis ſuis contrahunt, id minimè fit ex pleno jure proprietatis, ſed quia ſubditis hac ratione nil quicquam decedit, cùm ſemper maneant ſub Imperatoris & Imperij mediatâ jurisdictione. *Dn. Beſold. de maieſt. in gen. cap.* 1. *num.* 7. Ipſe verò Imperator debet augere Imperium non imminuere, *latè Tuſchus lit. l. concl.* 40. *Iuſtin. in pr. Inſtit.* quanquam effrenis illa ampliandi Imperij libido Romanis nocuerit potiùs quàm profuerit. Neſcio, *inquit Florus lib.* 3. *c.* 12. an ſatiùs fuerit populo Romano, Siciliâ & Africâ contento fuiſſe, aut his etiam ipſis

ipſis carere, dominanti in Italiâ ſuâ, quàm eò magnitudinis creſcere, vt viribus ſuis conficeretur. Illæ opes atq; diuitiæ afflixere ſeculi mores: merſamq; vitijs ſuis quaſi ſentina Remp. peſſundedére. *Vid. Lucan lib. 1. de bello ciu. ſiue Pharſal. in pr.* Status enim, qui nec ob nimiam potentiam alijs ſuſpe-ctus, nec ob imbecillitatem nimiam eſt obnoxius, tutus eſſe conſueuit. Cùm enim omnia ferè bella ex ſpe vel metu naſcantur, non temerè vlli quietem eorum turbant, quos nec ob imbecillitatem metuunt, nec ob quæ defenſuris ſe ſufficit, potentiam facilè poſſent ſuperare; adeò vt illi, *teſte Ariſtot. 4. polit. cap. 19.* quia neq; inſidias patiuntur, neq; ſtruunt, mediocritatis beneficio viuant ſecurè; vbi etiam Phocylidem citat, dicentem:

Eſſe volo medi⁹: medijs ſunt cõmoda multa.

Quapropter Strabo ſcribit, noluiſſe Romanos occupare Britanniam cùm poſſent, quia plus in neceſſaria ad eam retinendam præſidia impendendũ fuiſſet,

iſſet, quàm colligi potuiſſet ex vectigalibus ac tributis. Eandemq́ ob cauſam Iaponiam ſpontè Chinenſes deſeruiſſe ſuſpicatur Iacob. Zeuecott. *ad Flor. l. c. 12.* Periculoſum namq́ eſt prægraue Imperium; difficile eſt continere, quod capere non poſsis: ac ita *apud Curtium* Darij Legatus Alexandrũ alloquitur, *lib. 4.* Videſne vt nauigia, quæ modum excedunt, regi nequeunt? neſcio an Darius ideò tam multa amiſerit, quia nimiæ opes magnæ iacturæ locum faciunt. Facilius eſt quædam vincere, quàm tueri: quàm hercule expeditiùs manus noſtræ rapiunt quàm continẽt.

Omninò verò licet Regi cuicunq́, vt ſe reliquumq́ corpus Reip. ſaluum & incolume conſeruet, partem Reip. diſtrahere, perinde vt Medici facere ſolent, quando vnam corporis partem auferunt, vt reliquum incolume remaneat, aut vt illi, qui vnam aut alteram domum diruunt, vt ab innumeris incendium arceant. *Arnis. lib. 3. de iure maieſt. cap. 1. Herm. Lather. lib. 1. de cenſu.*

cenſu. c. 17. n. 9. & ſeqq. Abominandæ neceſsitatis amariſsimæ leges, & truculentiſsima Imperia, *inquit Valer. Max. lib. 7. c. 6.* tum vrbem noſtram, tum etiam exteras gentes; multa non intellectu tantùm, ſed etiam auditu grauia perpeti coëgerunt. Notat autem Freher. *part. 1. Orig. Palatin. c. 16.* ab hoc Vicariatu natum eſſe inter alia eximium illud priuilegium, quod Palatini à longo tempore quæſitum, & à Cæſaribus confirmatum habeant, vt loca & dominia Imperij à Cæſaribus alienata & oppignerata, ipſis eodem pretio eiſdemq́ conditionibus reluere & redimere liceat. Et ita ſcribit Elector Fridericus I V. *in literis ad Eberhardum Epiſcopum Spirenſem & Capitulum, anno 1609. 10. April. ibi:* vnnd wür dann ſo wohl alß vnſere geehrte Vorelteꝛn die Pfaltzgrauen / Churfürſten / von den Röm. Kayſern vnnd Königen erlangten vnd habenden ſonderbahren regalien vnd priuilegien berechtiget / daß wir Schlöſſ / Stätt / Märckt / Dörfer / Leüit /

Leütt vnd güeter / von den Röm. Kayſer vnd Königen verſezet / verpfändet/ oder für gellt verſchriben / an Jhrer Mayſt. vnnd deß H. Reichsſtatt / zu vnſern Händen einzuelöſẽ gantz macht haben. *Gothofr. Engelhard. de iure Vectigal. coroll. 2. f.* 88.

§. 3. *hic* dicitur, Imp. ſiue Regẽ Rom. (*in German. textu* der Kayſer als Röm. König; *ſed A. B. in Latinâ linguâ, tunc temporis ſollenni lata, Ergò hac lingua tanquam originaria hic attendenda, Londorp. tom. 1. lib. 6. c. 3. f.* 899. *Goldaſt. in rationali Conſtit. f. 96. pr.*) de conſuetudine coram Comite Palatino, & quidem non alibi, præterquam in Imperiali Curiâ, vbi Imp. vel Rex Rom. præſens extiterit, reſpondere; quod jus illum rarò vel nunquam exercuiſſe exiſtimat Vultei. *allegatus à Synoldo di. diſp. th.* 24. Verùm Marquard Freher. *d. cap.* 16. & *in not. ad P. de Andlo lib. 2. c.* 10. adducit exemplum ipsâ Bulla antiquius; *ex Chron. Altahenſi H. Steronis Monachi, fol.* 421. *Vbi ita habetur:* Eodem

dem anno (1300) circa feſtum B. Michaëlis Dux Rudolphus & Comes Palatinus Rheni præfatus, ab Electoribus Imperij Moguntinenſi, Colonienſi & Treuirenſi Archiepiſcopis, vocatus fuit ad Rhenum, contra præfatum Regem Albertum. Vnde ijdem Principes contra ipſum Albertum conſpirauerant, eligentes ipſum Rudolphum pro judice, (hincq; originem trahere judicium Palatini in Imp. putat Goldaſt. *in rationali. tom. 1. f. 99. diſſ. Buxt. concl. 79. c.* perſonale verò officium fuiſſe, ac perſonæ, Rudolphi ſcil. induſtriam electam fuiſſe, docet Dn. Beſold. *in Theſ. Pract. Verb.* Pfalzgraf) & aſſerentes, ad Comitem Palatinum pertinere, quòd ſit officium Palatinæ dignitatis ex quadam conſuetudine, de cauſis cognoſcere, quæ ipſi mouerentur. Quare contra Regem propoſuerunt, quòd Dominum ſuum proprium, ſcil. Regem Adolphum occidiſſet: ideò rex eſſe non poſſet: & ad depoſitionem cogitabant. Quod au-
diens

diens Rex Albertus, iratus & cõmotus fortiter fuit: & maximè contra præfatum Ducem Rudolfum, cuius auunculus extitit, quia ſororis ſuæ filius erat: iurans, quòd omnia, quæ ab Imperio haberet, alienaret ab eo, videlicet Sueuicum VVerd, Nouum Forum, & cætera, quod & fecit poſt hæc vadens contra præfatos Electores. Archiepiſcopus Moguntinus manu potenti obſedit Pinguiam: & ſic deinde Electores cõcordati ſunt tandem cum eodem Alberto. Ex quo etiam notari poteſt, ante A. B. cognitionem eiuſmodi Palatinã ad Rheni fluminis ripã peragi ſolitam: quo potiſsimùm loco antiquitùs negotia Imperij publica, præſertim circa Regis electionem vel depoſitionem ab Electoribus expediri conſueuerant. *Auentin. lib.* 8. §. wie die Churfürſten vñ Ständ/ *fol.* 400. Nam olim, *vt ſcribit Lupol. Bebenpurg. c. 6. de iurib. Imperij, f.* 44. vacãte Imperio primùm Electores conueniebant in villã Reinſſe/ Treuerenſis Diœceſis, vbi ſtatuebant inter ſe terminũ ad electionẽ

 Regis

Regis in oppido Franckfort per eos communiter faciendam. Idq; in ipſius Caroli IV. Imp. electione ſeruatū ſcribit M. Albertus Argentinenſis: *ſub anno Domini* 1346. prouiſus Moguntinus de Naſſovve, ad villam Renſs ſuper Rhenum, ad feriam quartā poſt Margaretæ, ad eligendum Regem Principes conuocauit: vbi cōuenientes Baldevvinus &c. Imperium diu vacâſſe decernentes, prædictum Carolum Marchionem Morauiæ [illegible] Regem elegerunt Romanum. Eius poſteà filium VVenceſlaum ob ignauiam ab Electoribus depoſitum, & in ipſâ ripâ Rheni apud oppidum Lonſtein/ tribunali excitato, ſententiam exauctorationis publicatam conſtat. De Ruperto verò Rege memorabilis eſt locus apud Trithemium *in 2. Vol. Chron. Hirſaug. nondum edito:* anno 104. poſt depoſitionem Regis VVenceſlai, Principes, qui apud Lonſtein oppidum cis-Rhenanum haud procul à Confluentiâ conuenerant, Iohannes videlicet Archi-

epi-

epiſcopus Moguntinus, VVernherus Treuerorum, & Fridericus Colonienſis, non obſtante abſentiâ Ducis Saxonum, & Marchionis Brandeburgenſis, Rupertum Comitem Palatinum Bauariæq; Ducem, coëlectorem ſuum in conſilio præſentem, vnanimi conſenſu in Regem Germaniæ & Imperatorem Romanorum concorditer elegerunt: quem Rheno tranſmiſſo in ſedem regni *ſub nucibus ex more collocârunt.* Sedes regni illa, quam dicit, vulgò der Königſtuel / adhuc extat, & viſitur in ipsâ Rheni ripâ prope oppidum Renſſe, ſub denſis arborum comis, ſuggeſtum quoddam è ſaxis ſtructum, columnis impoſitum, 26. circiter gradibus aſcendẽdum; ſupra ſcamna circum habens ad conſeſſum: vt ibi rex primùm inthroniſaretur, & voce præconis proclamaretur. Loco ideò (vt nonnulli obſeruârunt) electo, quòd ibidem ſonantis tubæ clangor à quatuor Rheni electoribus in proprijs ſingulorum terris exaudiri poſſit: Mo-

guntino in Lanſtein, Treuerico in Capellâ, Colonienſi in Reinſſe (quam pignoris jure ab Eccleſiâ Colonienſi Haſſus tenet) Palatino in Braubach, quod feudi titulo idem Haſſus ab illo tenet. *Freher. in not. ad P. d. Andl. lib. 2. cap. 2. Thuan. lib.* 32. Vetus hoc inſtitutum eſſe, indicat etiam Ius Saxonicum, *VVeichbild. lib.* 1. *art.* 8. & 9. *vbi gloſſ.* quo in loco tamen gloſſator eius largiter ineptit, dum ſcribit: ob cauſas ibi expreſſas Imperatorem iudicari, & aureâ ſecuri percuti, ſuper marginem ſcuti; idq; manu Palatini Rheni. Quo vno quid delirius febriens vllus ſomniauerit? Priuilegium autem illud à Palatinâ Comitiuâ veteri deſcendere videtur, quòd vt in Aulâ regiâ & prætorio, ampliſsimâ in omnes cognitione, nulloq; penitùs exempto Præfectus Palatij iudicabat: *Vid. omninò Hieron. Bignon. in notis ad formulas Marculfi, f.* 515. ita ipſe Rex vel Cæſar, ſi ab aliquo conueniri ſe pateretur, coram hoc ſolo ſe ſiſtere dignaretur.

Fre-

Freher. d. cap. 16. Idq́ non ex neceſsitate (quia ſuperiorem nullum recognoſcit) ſed tanquam bonus Princeps, qui ſe, ad exemplum Traiani, ſupra leges haud extollere ſolet. *Haud multum diſſentire videtur Arum. hic. diſc. 3. n. 45. f. 165. vbi etiam addit, quòd proceſſus reuerentiæ causâ non contra Imp. ſed fiſcalē dirigi deberet.* Sed aureæ Bullæ hæc in re contraria repugnat obſeruantia, quâ controuerſiam Imperatori cum aliquo Imperij Statu fortè obortam, aut Pares Curiæ cognoſcebant, aut ipſæ partes ad arbitros deferebant. *Goldaſt. d. regno Bohem. lib. 4. cap. 14. num. 6.* exemplum ab Heidelbergenſibus allatum *apud Londorp. tom. 2. lib. 1. tr. 1.* ex Archiuo Heidelbergenſi, quòd ſcil. Fridericus Burggrauius Norib. à ſententiâ per Carolum IV. Imp. contra ſe latâ ad Rupertum Seniorem, Comitem Palatinum appellârit, atq́ ab hoc ſententia reformata fuerit: nullâ aliâ hiſtoricâ fide nititur, ac tanquam à priuatis, ſineq́ requiſitis ad hoc ſolen-

nitatibus extractum ex archiuo, planè nil probat, *Schrader. conſ.* 5. *n.* 5. *& paſſim.* Siq́ extaret, facti poti⁹ eſſet quàm juris. Et ita verba A. B. à quibuſdam intelliguntur, vt Comes Palatinus tanquam Commiſſarius, aut arbiter, ab Imp. ad cauſam aliquam, pro lubitu electus ſiue conſtitutus, debeat cognoſce[illegible] Aliter namq́ iſta verba intelligere, nec ratio nec ju[illegible] patitur, & repugnant Conſtitutiones Imperij, *de anno* 1544. §. Als wir aber ꝛc. *Vbi*, in dem jhenigen / waß der Kayſer auß Kayſerl. macht vnd vollkommenheit thut / in demſelben kan jhm kein maß noch ʒihl vorgeſchriben werden. *& Cōſtit. de anno* 1566. §. vñ nachdem dañ ꝛc. *ibi:* der Kayſer iſt das hôchſte Haupt deß Heyl. Rôm. Reichs. *Vid. Londorp. act. publ. tom.* 1. *lib.* 6. *c.* 3. *propoſ.* 18. *&* 20. Nam ſumus quoq́ Pontifex nō niſi arbitro ſe ſubijcere poteſt: non tanquam proprio judici juriſdictione vtenti in ipſam perſonam Pontificis. *S. Thomas* 2. 2. *q.* 67. *art.* 1. *in ſol. ad* 2. *Bellarm. lib.* 2. *de*

de Concil. cap. 18. ſicq́ſe ſubiecit Symmachus, Sixtus III. Leo III. & IV. PP. MM. in Concilijs, non ſubmittentes ſe quaſi aliorum judicio, ſed ſolùm ad tollendum fortaſſe ſcandalum, ſe voluntariè purgare voluerunt, vtiq́ vel publico juramento, vel alijs probationibus, vel rationibus innocentiam ſuam oſtendendo. *Vid. Franc. Longum à Coriolano in Breuiario Chronolog. f.* 255. In rebus autem totum Imperium, omnesq́ vel plures Status concernentibus, omnes Imperij Proceres, vel ij ſaltem, quorum intereat, hactenus in Comitijs grauamina ſua ad ipſum Imperatorem deferre, eiq́ pro tollendis ijs humilimè ſupplicare ſolebant, Nothwend. Erinner. in Sachen Donawerth betreffendt. *fol.* 260. *Vid. etiam f.* 226. 290. 296. Donawerdt. *Relat. part.* 2. *fol.* 112. Temerè igitur Caluiniani, & qui horum ſubdolas opiniones incautè ſequuntur, Summam Imperatoris jurisdictionem, vetitæ religionis ſuæ principali protectori ſubij-

cere nuper ex his verbis A. B. conati fuerunt; quæ res ſi ipſis pro arbitrio ceſsiſſet, Imp. iam nil amplius definire, ſed omnia ad Palatini tanquam maius Cæſare tribunal, per modum appellationis, deuolui, Imperatoris jurisdictio paſsim ceu ſuſpecta à Proteſtantibus (vt nonnulli facere ſolent) allegari; *Tertium* aliquod Iudicium, præter Aulicum & Camerale, introduci, ac ita Caluiniſtica prærogatiua, à Caluinianis hactenus ſuperbiſsimè quæſita, facilimè ſtabiliri, religio ipſorum non ſolùm propriâ autoritate approbari, quin imò potior haberi, ſed etiam atheiſmus tãdem & periculoſiſſima anarchia in Imperio ſuboriri poſſet. *Vid. Londorp. tom.* 2. *f.* 4. *&* 390. *lib.* 1. Vndè cò magis à peruersâ ipſorum opinione ſibi Principes cauere debent, quò euidentiùs technæ eorum & fallaciæ, adinſtar pilorum vulpinorum ſub pellicio ouino, quo ſe Caluiniſtæ palliare ſolent, hactenus prominuère. Et annon naturæ, ſaniori rationi, gentium

tium moribus, Romanorumq́; Imperatorum ſummæ Maieſtati magis cõpetit, vt Imperator ipſe, etiam in propriâ causâ, iudicet, & ſi grauaret, moneatur, quàm Cômiti Palatino extremam prouocationem, quæ aliàs oſsibus Summæ Imperialis Maieſtatis ſine læſione ſubſtantiæ auelli nequit, concedere, Sacrum Imperij caput ac cætera Imperij membra poteſtati ipſius vnius ſubijcere, & capiti denegatum, manui aut pedi permittere; vnde myriades maiorum malorum atque nouorum grauaminum, æmulationes quoque inter Status, & tot ſaluberrimarum Imperij Conſtitionum (quas omnes Palatinus iudicare indubiè præſumpſiſſet) ſubuerſiones conſequerentur. Quid enim eſt, quod Imperatoriæ iuriſdictioni intactum relinqueretur, ſi omnia, ciuilia & criminalia (vt faciunt Proteſtantium Scriptores paſsim, allegati partim à VVilhelmo Anton. *in Coroll. ad tr. d. reſcript, Morato. ſect. 4. coroll.* 3. Imperato-

rem in hiſce Palatino ſubijcientes) vt & feudalia (quę ſubijciunt Paribus Curiæ, *Schrader. d. feud. p. 10. ſect. 5. n. 45. Roſenth. d. feud. c. 12. concl. 3. n. 15. & plures alij, quos allegat d. VVilh. Anton. ibid. coroll. 2.*) abſtraherentur? Quæcunq; enim Imp. Proteſtantibus rogatus aut proprio motu concedit, ea per modum contractus à ſe obtenta dictitant; vnde altera pars alterius contrahentiũ partis, tanquam de iure incompatibili iuriſdictioni facilimâ operâ ſeſe ſubducere poſſet. Viciſsim verò nihil abſurditatis habet, ſi dicamus Imperatorem coram ſeipſo poſſe conueniri, cùm etiã appellatio à malè informato ad eundẽ meliùs informandum, atq; ita ab eodẽ ad eundem à Doctoribus concedatur, & præiudicia exſtent Caroli V. Imp. à quo tanquam Imp. mandatum in Camerâ fuit ad ſeipſum veluti Archiducem Auſtriæ impetratum ſub hac formulâ: Wir Carle der fünfft von Gottes gnadẽ erwöhlter Römiſcher Kaiſer ꝛc. gebieten dir Carolo Ertzhertzogen zu Oeſter=

Oeſterreich ꝛc. *Arum. de iur. Publ. Vol. 1. f. 14. Math. Stephan. 2. de iuriſd. part. 1. cap.* 1. *n.* 154. Imperator tamen, quatenus Imp. in Camerâ conueniri nequit, *Goldaſt. d. Bohem. lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 10. exemplo Regis Iudæorum, qui in Synedrio nec iudicare poterat nec iudicari, *Vt docet Caſaub. exercit.* 13. *contra Card. Baron. diatr.* 5. *à quo diſſentiens VVilh. Schickard. Card. Baronij contrariam opinionem defendit in tr. d. iure regio Hebræor. c.* 2. *theor.* 7. *f.* 63. *Vbi tamen de humiliatione, & Voluntariâ ſubmiſsione teſtatur tantùm*, quanquam etiam ipſa appellatio ab eodem ad eundem non temerè vſurpari debeat; haud enim reprehenſione caret, incuriæ aut inconſulti iudicij, Principem, qui eſt lex animata inter homines, *Nou.* 105. *in fin.* inſimulare velle, *Heig.* 2. *q.* 10. *n.* 22. vnde præiudicium appellationis iſtiuſmodi ab Imp. ad eundem ipſum & Status Imp. reiectæ extat *in Act.* Fürſtl. Marpurg. *ſucceſſ. in fin.* Nam nec ad Status Imperij appellatio ab Impera-

 tore,

tore, admitti debet, quia hoc conceſſo, certè latiſsima querelarum ianua aperiretur multis calumniantibus; rariſsimi enim ſunt, qui ſe reputant iuſtè damnatos, *Iuſt. Springer. d. pace relig. cap. 2.*

CAP. VI.

DE COMPARATIONE PRINCIpum Electorum ad alios Principes commùnes.

NOn ſolùm ſacra Scriptura teſtatur, de præeminentiâ & ordine ſeſſuræ quæſtiones motas, verùm etiam hiſtoriæ id luculenter docent: quæ concertatio inter Principes celebritatem promeruit, vt in conſeſſu & inceſſu graues & periculoſæ contentiones non rarentur ſuborirētur. *VVameſ. tom.* 1. *conſ.* 10. *num.* 1. quorum proprium perhibetur, de honore & gloriâ certare. *Marzar. conſ.* 26. *n.* 4. nam in ijs perneceſſaria expoſcitur prærogatiua,

ua, quòd intereſſe honoris ſiue dignitatis exiſtimetur omnium primum, omneq́ aliud vincat; vnde Carolus Borbonius ob demandatam primæ aciei curam Alenconio, & Andreas Doria maris prçfectus, à Franciſco I.G.R. ob prælatum Barbigium, ad Carolum V. Imp. defecerunt. *Iouius, lib. 22. hiſt. Caſpar. Ens Epidorp. lib. 1. Burſat. conſ. 191. n. 13. Schrader. conſ. 4. num. 223. Vol. 1.* Ordinum enim dignitas & familiarum ex hoc ſalua eſt. *P. Greg. Tholoſan. de rep. lib. 4. c. 10. Menoch. 1. conſ. 51. in pr.* Eoq́ magis pro eâ, tanquàm pro aris fociſq́ contendunt Principes, quòd vnico actu ſeſſuræ & præcedentiæ, eius quaſi poſſeſsio acquiratur, *Decian. reſp. 84. n. 27. Vol. 5. Knich. d. iur. territ. cap. 3. n. 164. & de Saxo. non prou. iur. cap. 2. n. 146.* Comprimis enim nouiſsimi actus attenduntur, circa continuandam poſſeſsionem, *cap. conſultationibus. de iure patron. c. cũ Eccleſia Sutrina. c. cum olim. extr. d. cauſ. poſſ. & propr. cap. querelam. de elect. Vid. Riccium deciſ. 1446.*

ſub fin. Valdeſ. d. praeced. regis Hiſpan. c. 20. *n.* 27. *Nolden de Statu Nobil. c.* 13. *n.* 120. *Goldaſt. in Senior. lib.* 1. *c.* 31. *n.* 2. in Comitijs quoq; Principes Imperij, inter quos de prioritate diſceptandi nec modus eſt nec finis, ſeſe fundant in nudâ ſeſſuræ poſſeſsione vel quaſi, allegando actus hinc indè exercitos, *Knich. d. c.* 2. *n.* 155. Verùm adeò vehemens hæc inter ipſos contentio eſt, vt licet deducant, excipiant, replicent, triplicent &c. quandoq; etiam concludant: ſententia tamen ad ſilenta loca ſeſe conferat, proq; roſtris Imperij adhuc pendeat lis eiusq; diremptio. Interim tamen ne propter has concertationes ſalus reip. ſiſtatur, ſolent Politici quibuſdam eurematicis ſiue cautelis eas ad tempus ſopire, aut etiam declinare ſiue eludere (1) abitum ſimulando aut minando; quas artes vidit Concilium Tridentinum (2) ſe abſentando, vel morbo etiam ſimulato, *Vid. Petr. Matha. lib.* 7. *narrat.* 1. *n.* 12. (3) per proteſtationem, de non præjudicando, quam actis inſeri

ſeri petat, vt in Concilio Tridentino fecit Sereniſſ. Bauariæ Ducis Legatus aduerſus Venetos, *Petr. Iuſtinianus d. reb. Venetor. lib.* 14. *in fin.* (4) paritatem ſaltem poſtulando, quod factũ à Mendozâ Hiſpaniæ Legato in d. Trid. Concilio, *Vid. Bodin.* 1. *d. rep.* 9. *n.* 145. quò confert illud: Vbi pares eſſe cœperint, Superiores eſſe volunt (5) de ſede alium arte quâdam, vel vi etiam detrudendo, vt fecit Philippus Burgundiæ Dux, vnde & Audacis nomen ei partum, qui quòd primus Par Franciæ, ſeu Parium Decanus eſſet, fratrem Ducem Andium de loco detruſit, medium ſeſe pleno conuiuio inter Regem & fratrem inferendo, *Guagnin. lib.* 9. *c.* 1. *Chaſſan. in Catal. glor. mundi part.* 5. *conſid.* 45. quò pertinet Iohannis Syluæ Comitis Cifontani factum. Nam cùm Henrici Regis Anglię Legatus dextram occupâſſet, eum à loco diuulſum eiecit, ibidemq; vt Legatus Regis Caſtellæ ſedit, *vt refert Ferd. Pulgarus cap.* 8. *illuſtr. viror.* & *ex eo Valdes, in proœm. n.* 30.

30. (6) alternationis remedio, omnium accommodatiſsimo, *de quo vid. omninò Goldaſt. lib.* 1. *Senior. cap. vlt.* hocq́; *vt ſequetur*, Ludouico IV. Imp. placuit in Domo Bauaricâ & Palatinâ: idem obſeruatur inter Treuirenſem & Colonienſem Archiepiſcopos, *vt dictum*, in Imperij Conuentibus. Ita Epiſcopus Herbipolenſis & VVormatienſis per vices alter alteri præſidet, excepto primo & vltimo die, in quibus Herbipolenſis præſidet. *Nicol. Mameranus in tr. d. inueſtit. Regal. Electoral. dignit. Mauritij Ducis Saxo.* Quod & in Comitijs Imperij vſuuenire ſolet, vt Principes alternatim ſeſſurâ potiantur; v.g. Marchio Badenſis, Landgrauius Haſsiæ, Dux VVürtembergicus, & Dux Pomeraniæ, *vt refertur in actis Comitior. Ratiſbon. d. anno* 1613. *f.* 40. quibus Mathiæ Imp. decreto additus & Dux Meckelburgi, *quod extat in dd. Actis.* Inter Comites & Barones par eſt viciſsitudo, nempe inter Sueuicos & VVeterauicos: tandem & inter Ciuitates, veluti

Lube-

Lubecam & VVormatiam. *Author* deß außführlichen Berichts *&c. c. 7. & 8. Lehm. lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 12. n. 6. & 7.* Aiunt etiam, inter lineam Scherenſem & VVolffeggianam Domûs VValpurgicæ, quæ Dapiferatu Imperij gaudet, decretum: vt vnus in ingreſſu, alter in exitu aureum pomum portaret; *ſed pro lineâ Scherenſi latè conſuluit Dn. Beſold. part. 6. conſil.* 258. Hâcq; in alternatione nõ malè primæ vices Seniori deferuntur, vel etiam ei, qui ortæ controuerſiæ tempore in poſſeſsione aliquâ erat. *Iacob. Gothofred. in diatrib. d. iure præcedent. part. 3. n. 3. (7.)* medium ſortis (vel etiam taxillorum, vt quidam legatus putauit) adhibent nonnulli, *de quo vide Tiraq. d. iure primog. q. 17. & 19. Goldaſt. d. lib. 1. cap. 17. n. 16. Ventur. de Valent. in Parthen. litig. c. 5. n. 9. l. 2.* Sic Cæſar, Pompeius, & Antonius, inito fœdere ſortiti ſunt, quis ipſorum primo loco, quis altero, quis poſtremo cæteros exciperet. Itaq; eo ordine, qui ſorti complacuerat,

con-

conuiuia celebrârunt in ipſo littore. *Appian. 5. d. bell. ciu.* Alia remedia quoque adhibentur ab ijs, coram quibus de præcedentiâ litigatur; & quidem (8) vtroſq; à conſeſſu arcendo, ne vni litigantium plus fauere videantur; id quod in Francicis & Hiſpanicis Legatis vſurpauit Ferdinandus I. Imp. *teſte Bodino 1. d. rep. 9. circa fin.* Cumq; frater eius Carolus V. Imp. Bononiæ à Pontifice Clemente VII. coronaretur, Legatiq; Genuenſes & Senenſes de loci dignitate inter ſe contumelijs pugniſq; cõtenderent, templo juſſu Cæſaris exacti fuerint, *teſte Iouio, d. ann.* 1530. 6. *Cal. Mart.* (9) diem ducendo; quod ita occaſione legatorum Caſtellæ, Arragoniæ, & Angliæ, in Conſtantienſi Synodo euenit, *vt patet ſeßio.* 25. donec *ſeſſ.* 26. decretum fuit, *Ne loci ratio haberetur* (10.) extraordinariam ſedem alterutri aſsignando; quod factum in Concilio Tridentino, ortâ controuerſiâ inter Magnum Magiſtrum Melitenſium Equitum & Epiſcopos: aſsignatâ

ei

ei ſede inter cæteros legatos, *Vid. hiſt. Concil. Trident. lib. 8. fol. 892.* (11) conſideratione ætatis ; quod moris eſt hodiè ad componendas controuerſias inter plures eiuſdem familiæ Principes diuerſarum linearum, vt non habitâ ratione propinquioris ad ſuccesſionē ſpei, ſed prout quisq; ætate prouectior eſt & ſenior, ita cæteris præferatur. *Vid. Goldaſt. in Senior. & in diſcurſu Exoter. Coler. de iure Imper. German. ſect. 69.* (12) obſeruando ordinem promotionis; ſic Cardinales ſecūdum prioritatem promotionis ſedēt. *Chaſſana. in Catal. glor. mund. part. 4. conſid. 12.* idēq; tenet inter comprouinciales Epiſcopos, vno Primate exepto, 17. *diſt. c. Vlt.* 74. *diſt.* 5. *cap. Epiſcoporum. Gregor. M. lib. 7. regeſt. epiſt.* 112. & ita in Mediolanenſi & Tridentino Concilio obſeruatum fuiſſe refert Valdes. *cap. 2. n. 5.* Quinimò etiam depoſito Magiſtratu primum locū tenet, qui prior Magiſtratum gerere cœpit, *text. in l. 1. ff. d. albo ſcrib. l. 2. C. d. Præf. Prato. l. 1. C. d. præpoſ. ſacr. cubic.* Tur-

Turneb. lib. 29. aduerſ. cap. 12. (13) ſequendo ordinem ingreſſûs, veluti Senatus Polonicus de Legatis in vniuerſum cenſuit, vti quisq; prior Poloniæ fines ingreſſus eſſet, ita dicendi ordine priorem futurum, *Bodin. d. cap. 9.* Similiter ortâ controuerſiâ in Concilio Tridentino inter Legatos Hungariæ & Portugalliæ, vtrius mandata priùs legerentur, à Legatis Pontificis pronunciatum fuit, mandata Legatorũ lectum iri eo ordine, quo exhibita fuiſſent, non iuxta Principum dignitatem, *v. Hiſtor. Concil. Trid. fol. 560. in fol.* (14) decernendo ne loci ratio habeatur, vt factum in Concilio Conſtantienſi, *de quo ſuprà.* Nec abſimile eſt, quod in Comitijs Ratisbon. *anno* 1527. factum, vbi promiſcuè ſineq; ordine Principes, inter quos controuerſia fuit, ſaluo cuiusq; iure ſederunt; quod & poſteà non vnâ vice repetitum, *Iacob. Gothofr. d. part. 3. n. 4. lit. e.* (15) in orbem ad conſeſſum admittendo, vbi loci nulla prærogatiua, nulla iniuria, *Carol. Paſchal.*

in

in ſuo Legato cap. 67. (16) ſedes collocando, vt de præcedentiâ iudicari nō poſſit; veluti in Concilio Trid. motâ controuerſiâ inter Didacum Legatū Imp. & Cardinalem Tridentinum, ita ſedes eorum collocatæ fuerunt, vt non appareret, vter præcedentiam haberet. *Hiſtor. Conc. Trid. d. l. 2. f. 126. & ſeq.* (17) decernendo, vt nationum & prouinciarum, non perſonarum ratio habeatur, *Valdes. c. 2. n. 5. & 24. Vbi, quòd ita in Baſileenſi & Conſtantienſi Concilio decretum.* (18) proteſtando, ſine præiudicio cuiuſquam tranſacta haberi velle, ita factum à Pontificijs Legatis in Cōcil. Trid. *ſeſſ. 2. ad fin.* & in Cōſtantienſi *ſeſſ.* 19. (19) partis alterius vices in ſe recipiendo; quo temperamento Rex Caſtellæ Ferdinandus ambas vrbes Burgos & Toledo, ob præcedentiam inter ſe acriter dimicantes conciliauit, *che egli fe parlare Burgos dicendo che eſſo parlerebbe per Toledo Giou. Botero part. 1. lib. 1. dell. relat. Vniuerſ. f. 13.*

Hiſce verò cautelis inter Electores

Im-

Imperij non eſt opus, vt quibus in omnibus actibus Imperij adq́ Curiã ſpectantibus, nullus Princeps anteferatur: quâ ratione Pontificium & Anglicum legatum Coronationi Caroli V. intereſſe noluiſſe memorat Hart. Maur. *d. coron. Caroli V. Sleidan. lib.* 2. ne Electoribus poſtponerentur. *Vid. Chaſſ. p.* 4. *conſid.* 44. *Vbi alia exempla ponit.* adeò vt Rex Bohemię in hiſce actib⁹ quemcũq́ alium Regem antecedere debeat, *Buxtorf. hic. th.* 84. *Arum. hic diſcurſ.* 4. *in pr. f.* 140. Sed hanc præcedentiã nonnulli vocant localem ſiue reſpectiuam tantùm, quæ certis locis & actibus adſtricta, in alijs ceſſet: vnde fluxit nobilis illa contentio inter Electores Germaniæ, Caroliq́ Burgundi Legatos in Concilio Baſileenſi *anno* 1433. & in Comitijs Ratisbonenſibus *anno* 1471. quæ non antè ſublata fuit, quâm Burgundi inter Oratores Regios locarentur, tum demũ & ipſi auxiſſe Principis ſui dignitatem ſibi viſi, quòd in ordine abſentium Regum ſederent, & Electores exiſtima-

ſtimationem ſuã ſeruâſſe, ſeq́ potiores reputabant, quòd excluſi à primis ſubſellijs Burgundi eſſent, ſibiq́ ceſsiſſe viderentur. *Vt ſcribit Iohan. Anton. Campanus, Orator Pontif. in epiſt. quam in Comit. Ratisb. ſub Frid. III. perſcripſit ad Cardinalem Papienſ. anno 1471. Lehm. in Chron. Spir. lib. 7. cap. 112. & poſt Freher. Goldaſt. Dn. Beſold. d. iure praeced. cap. 2. n. 13. Vbi, quòd Buxtorf. d.l.* ex Ceremoniali Eccleſiæ Rom. *probet*, Principes Electores digniores alijs Principibus haberi, præter reges. Vnde illis in Concil. Trid. poſt Legatos Pontificios præcipuum dignitatis locum attributum fuiſſe teſtatur Thuan. *lib.* 8. Imò horum dignitas planè regia exiſtit, *Heig. part.* 1. *q.* 4. *n.* 51. *Sixtin. de regalibus c.* 4. *n.* 29. *lib.* 1. *Nolden d. Statu nobil. ciu. cap.* 8. *n.* 49. *& ſeqq.*

TITV-

Tit. VII.
DE SVCCESSIONE *Principum.*

AGit titulus hic I. de ſucceſsione Principũ in primogenitis & hęredibus eorũ, ſi ijdem ſeculares Electores eſſe deſierint, aut etiam (*quod ex lit.* 25. *infrà huc trahendũ*; aliàs enim furor ſuperueniens neminem regno vel feudo priuat, *Dn. Beſ. d. elect. lib.* 3. *diſſ.* 4. *num.* 26. ſecùs ſi ante regni acceptationem, furioſus aut ineptus planè extiterit. *Id. lib.* 1. *diſſ.* 10. *num.* 2.) forſitan mente capti, fatui, ſeu alterius famoſi & notabilis defectûs extiterint, tunc enim ſuccedit (1) primogenitus, ſi adeſt, vel eiuſdem ante patrem, & ita nondum accepto Principatu (*quia textus non diſtinguit*) defuncti primogenitus, patrem ſuum præmortuũ repræſentans, illiusq; primogenituræ vtens iure, in toto Electoratu, prę fratribus tam ſuis, quàm ſecundogenitis defuncti Electo-

ris,

ris, qui gradu propiores pariterq́ ætate grandiores cùm eſſent, iure etiã potiores ſe contendere poterant. *Hanc ſententiam vt æquiorem & veriorem tuetur Roſenth. 7. d. feud. n. 37. Moller. 1. ſemeſt. 40. Rittershuſ. in partit. feudal. c. 15. Bocer. d. iure ſucced. in feud. c. 3. q. 48. Tiraquell. d. primog. q. 4. n. 12. Tholoſ. d. rep. 7 c. 5. Bodin. d. rep. 6. c. 5. Mynſ. 3. O. 23. Fachin. 6. c. 2. & plures alij.* Namq́ ante Bullam Caroli IV. (qui patruo vel proximo ſeniori, iam nil niſi jus legitimæ tutelæ adminiſtrationisq́ reſeruauit) videtur fuiſſe tempus, quo in hac ſucceſsione non alia quàm ætatis ratio haberetur, & ſolus ſenior, ceu magis idoneus, vocaretur, *vt probat Freher. hîc fol. 6.* Cuius exemplum habemus in Domo Palatinâ, cùm *anno* 1319. defuncto Rudolfo Electore, relicti eius filij Adolfi nullâ habitâ ratione, frater Rudolfus II. Electoratum, ceu proprio jure, occuparet, & per 30. annos gereret: eoq́ defuncto alter item frater Rupertus ſenior, non magis ratione

 habi-

habitâ Ruperti iunioris, qui filius eſſet Adolfi,in eâ poſſeſsione ceu Rudolfi frater & hęres, per omnem vitam ſuam perſeueraret, etiam poſt publicatam hancce Bullam, quippe quæ futuris non præteritis negotijs formam dare videretur. Adolfo interim, eiusq́ filio Ruperto Iuniore, modicâ portiunculâ Principatûs vtcunq́ contento, & nihilominus jus ſuum ad Electoratum palàm ſibi aſſerente, præſertim poſt editam hanc Bullam, vt apparet è tranſactione ab ipſo cũ Ruperto ſeniore, ſemeſtri pòſt initâ, *de quâ Freher. in tr. de legit. tut. Elect. Pal.* Idem eſt, ſi primogenitus ante adeptũ à patre Electoratum natus vel conceptus ſit,tunc enim nihilominus ſecundum jus primogenituræ, præfertur ſecundogenito, qui à patre Electoratum poſsidente natus ſeu procreatus erat. *Bodin. d.l. Tholoſ. d.l. 7.c.9. Forſter.d.ſucc. ab int. 4. c. Vlt. n.36. Knich. de Saxo. non prou. iur. c. 3. Stephan. d. iurisd. p. 1. lib.2. c. 5. Thom. Mich. d. iurisd. concluſ. 132. Tiraq.*

raq. tr. d. iure primog. q. 31. n. 12. & 27. Menoch. conſ. 777. n. 5. ubi plures allegat. Ita & ſucceſsio in bonis paternis dimetienda eſt ex tempore mortis, non verò ex tempore acquiſitionis, fuerintnè ante vel poſt ſuſceptionem liberorum acquiſita, *Tholoſ. d. l.* aliàs hoc abſurdum ſequeretur, vt ſi Elector, præter primogenitum, nullum haberet filium, ille, ſecundum contrariam opinionem, excluderetur. *Gomes. ad l. 40. Tauri. n. 67. in fin. Knich. d. c. 3. n. 53.*

Primogenito eiusq́ lineâ deficiente, ſuccedit ſenior ipſius frater, ſiue ſecundogenitus, aut ſi hic eiusq́ progenies deſit, tunc ſuccedit tertiogenitus, & ita quoq́ quartogenitus. Hocq́ non eſt accipiendum, quaſi tum demũ ſecundogeniti liberi vocarentur, ſi pater eorum priùs ſucceſsionem, ſibi morte primogeniti delatam, adeptus fuerit, & ad eos transmiſerit: ita vt in caſu conuerſo nullâ horum nepotum ratione habitâ, tertiogenitus ſibi ſucceſsionem habeat, & ad ſuos fortè poſteros

ſteros præpoſterè deriuet; id quod fa
ctum *anno* 1544. in perſonâ Ottonis
Henrici Palatini Ruperti F. Ludouic
N. tam ex teſtamento huius Ludouic
(quod ita quidem volebat) quàm ob
ſeruatione A. B. quam ille in teſtand
ſecutum ſe aſſerebat. Hoc enim facti
per ignorationem ſubſecutæ declara-
tionis huius loci Carolini, factæ pe
eundem Carolum vicennio pòſt, i
Bullâ datâ VVenceſlao Duci Saxoniæ
apud Francof. *anno* 1376. vbi Imperia
edicto in perpetuum valituro ſancit
Quòd poſt dicti VVenceslai obitum, eiu
dem primogeniti ſenior filius ex ordine g
nituræ, & ſic deinceps à ſeniore filio d
ſcendentes, ex ordine geniture ſemper ſen
or: ſi verò primogenitus Ducis VVencesla
præfati deceſſerit, maſculini ſexus, Laic
duntaxat, legitimis hæredibus non relicti
ex tunc ſecundogenitus filius VVenceslai
Ducis prædicti, & poſt obitum eius ſecun
dogeniti filius ſenior, Laicus: & ſi ſecun
dogenitus ſine hæredibus legitimis, maſcu
lini ſexus Laicis deceſſerit, tertiogenitu

dict

dicti VVenceslai, & ſenior eius filius lai-cus, poſt mortem ipſius; & deinceps per ta-lem modum, directâ lineâ genitura deſcen-dentes ab eo, laici duntaxat, ius, vocem, dignitatem, & poteſtatem eligendi Rom. Regem &c. perpetuis temporibus obtine-bunt, per ſucceſsionem hæreditariam & paternalem (vt præmittitur) *ex ordine genitura.* Vnde conſequens eſt, quan-documq; deceſſerit, modò poſt obitum ſuum eiuſmodi hæredes reliquerit, eos patruo ſuo longè præferri; idq; virtute (*vt ait hîc Carolus*) præſentis Imperia-lis Edicti. Quodipſum eiſdem toti-demq; verbis pôſt Caroli F. Sigiſmun-dus Rex *anno* 1414. idemq; poſteà Imp. *anno* 1434. in Bullis ſuis datis Ludoui-co Pio Palatino Ruperti Regis F. repe-tijt & confirmauit, enucleans, vt ipſe teſtatur in Bullâ Palat. mentem & ſen-ſum Caroli, & plurium verborum im-pendio clariorem faciens, *Freher. hîc. Vid. omninò Knichen d. Saxo. non prouoc. iur. c.* 3. Hunc ordinem pater Elector inter liberos ſuos interuertere nequit,

quia hoc jus non conſequuntur à patre jure communi, ſed lege ſingulari. Vbi autem lex certa de re ſtatuit: nullam homini ad diſponendum facultatum relinquit, *l. nemo poteſt.* 55. *d. leg.* 1. *Hotom. in tr. d. ſucc. patr. & nepot.* niſi ipſimet conſentiant, vt *anno* 1440. Fridericus Marchio Brandeburgenſis filio Iohanni (cui Voitlandiam dedit) volenti prætulit ſecundogenitum Fridericum, *teſte Aeneâ Sylu. Europa c.* 31. *& in parallelis ad Alfonſ. lib.* 11. *c.* 30. ac Otto-Henricus patruo Friderico II. voluntariè ceſsit, *Hub. Thom. Leod. d. Vitâ & geſtis Frid. II. lib.* 6. *Molin. d. Hiſp. primog. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 2. *Tiraq. d. primog. q.* 21. *Roſenth. d. feud. cap.* 7. *concl.* 2. *Duaren. ad d. l.* 55.

Alter ordo ſucceſsionis eſt (deficientibus nempe deſcendentibus) fratrum ipſius Electoris, qui cum præcedenti, de deſcendentium ſucceſsione, quantum ad jus primogenituræ, & ordinem genituræ perpetuum, vt ad ſecundogeniti fratris lineam ſucceſsio deferatur, tum ſiue ipſe, ſiue filius, ne-

pos aut pronepos in viuis ſit, ab ipſorum aliquo, quicunq; primogenituram ſapiet, initium fiat, & ad eius deſcendentes deſcendat, adamuſsim conuenit; *vt ex prædictis Bullis declaratoriis Caroli & Sigiſmundi manifeſtum eſt.* Hacq; ratione Ludouici Pij Ruperti Regis F. Palatini lineâ in Ottone-Henrico extincta, cùm Stephanus illius proximus frater, eiusq; tertius adeò hæres, jamdudum ad plures abijſſent, ad Fridericum Simerenſem, Iohannis F. Stephani abnepotem ſucceſſio, præter eius ſpem & hominum opinionem delata eſt.

Tertius ordo eſt conſanguineorum ſeu agnatorum remotiorum, quales ſunt patrui, propatrui, patrueles, & alij id genus, de quibus *in dd. Bullis* Carolus & Sigiſmundus ita ſanciunt: *Quibus omnibus non extantibus, ad proximiorem hæredem, ſecundum lineam paternalem* (i. ſtipitem paternam, quo deficiente feudum Electoratûs Imperio aperitur, vt mox ſequetur) *ſeniorem Ducem pro tempore ac eius hæredes, ſecun-*

dum eundem modum ſuperiùs expreſſatum, in perpetuum legitimè deuoluentur. Ex quo notandum eſt (1) haberi hîc rationem proximitatis in gradu, ſublatâ poſt fratres fratrumq; filios, juris cōmunis exemplo; *auth. poſt fratres. C. de legit. hered.* repræſentationis fictione (2) vt ſi plures, & hi gradu pares fortè ſint; tū verò ętate ſenior, & natu prior maiorq́; ; ſolus vocetur, non habito ampliùs primogeniti reſpectu, an ab eo proceſſerit. Idq; propter verba *ibi: ſenior Palatinus*, & ibi (quod in ordine Fratrum non fecerat Carolus) *pro tempore*, quaſi dicat: non cuius pater aliquando ſenior fuit, ſed qui ipſe eo tēporis articulo, natu maximus cluebit; inter eius deſcendētes & heredes mox ordine illo primogenituræ reaſſumpto, per verba ibi: *ſecundum eundem modum ſuperiùs expreſſatum.* Hîc autem proximitas gradus nō eſt petenda ſimpliciter ab vltimo defuncto (quod fit in allodijs) ſed, tanquam in feudo antiquo & dignitatis, à primo acquirente, ſecundum legem ab initio Feu-

do

do datam, ſiue pactum ex prouidentiâ. Aſcendentiũ quidem *hic* nulla fit mentio, quia qui Electoratum acquirit, ſibi & liberis, nõ etiam parentibus ꝓſpicere cenſetur. *c.* 1. *Vbi Hotom. d. nat. ſucceſſ. feud.* Succedit tamen pater, ſi filius ob eius benemerita de Electoratu inueſtitus, vel quando pater ipſi Electoratum ceſsit, poſtmodum viuo patre moriatur. *Arum. h. diſc.* 4. *num.* 3.

Seqtur in textu: *eâ tamen conditione, Vt ſi primogeniti hæredes maſculi, defectum ætatis patiantur, frater ſenior eiuſdem* (an etiam Clericus? *V. Buxt. concl.* 86. *b.* & in defectu fratris, ꝓxim⁹ cõſanguineus, *per Bull. Sigiſ.*) *tutor eorũ & adminiſtrator exiſtat*; & ita non vnius tantùm primogenituræ ratione, verùm etiam principatuum añexorũ, gerendo tutelã indiuiduam tam primogeniti quâm fratrum ipſius, vsq; ad illius ætatem legitimam, ſcil. annum 18. non refragante Imp. Sigiſm. Bullâ, *Vid. Knich. d. tr. d. Sax. non prou. iur. c.* 4, quem ſi compleuerit (*Dn. Beſ. d. elect. lib.* 3. *diſſ.* 4. *n.* 24. licet modicũ non attendatur, *Buxt.*

concl. 86. *g.*) protinùs finitur tutela patrui vel proximi agnati, in tantum, vt reliquorum fratrum impuberum tutela in eum transferatur, ſiquidem iure communi cautum, vno ex fratribus minoribus adultam ætatem attingente, agnatorum tutelam finiri, fratriq; adulto deferri, *l. non ſolùm.* 25. §. *pen. d. excuſ. tut. VVeſ. conſ.* 47. *n.* 64. Verùm tutelā tantùm finiri anno 18. curatelam autem anno demum 25. fruſtrà contendit Rupertus Palatinus, mortuo Iohanne Caſimiro Tutore & Adminiſtratore Friderici IV. in ſeinem grundlich vñ beſtändigẽ gegẽbericht/ *fol.* 27. cùm Fridericus IV. jam plenam adminiſtrationem, homagium à ſubditis repetendo, ſibi ſumpſiſſet. *Vid. Buxt. concl.* 86. *h.* indiuiduus enim eſt nexus Electoralis dignitatis cum Principatu eiusq; iurib. *A. B. tit.* 20. *Knich. d. l. Freher. in aſſert. pro gubern. Frid. IV. Com. Pal. Roſenth. d. feud. c.* 10. *c.* 12. *n.* 19. *Steph. d iuriſd.* 2. *cap.* 1. *c.* 5. *n.* 73. *& ſeq. Schönb.* 2. *polit. c.* 14. *in fin.* Nec obſtat Bulla Sigiſmundi; hæc enim eſt de-

cla-

claratoria, non derogatoria Carolinæ, & loquitur de illis Principibus, qui Electores non ſunt, vt eorum curatela anno demum 25. expiret. Hac ipsâ quoq; conſtitutione, tanquam expreſsâ, accedente quoq;, quorum intereſt, Electorũ conſenſu, ſublata eſt omnis teſtamentaria liberorum Electoralium tutela, *fruſtrà renitentibus Marq. Frehero, Dion. Gothofredo, & Valentin. Arithma. in Pericul. Academ d. ſponſalib. coroll. 1. Vid. etiam Vol. 2. diſp. Baſil. 8. n. 30. & ſeqq. quos adunguem refutat Zachar. Fridenreich in Synopſi huius controuerſ.* Etenim recentiores leges ita interpretandæ ſunt, vt noui aliquid antiquo iuri addant, & ita accipiendæ, ne fruſtrà temereq; editæ eſſe videantur, *ex ſentent. Br. in l. Vſucapio. ff. d. Vſucap. Iaſ. in l. 1. n. 50. ff. d. off. eius cui mand. eſt iuriſd. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 4. n. 4. Dn. Beſold. tr. d. tutel. conclus. 6.* vnde eas perpetuis temporibus obſeruari debere decernit *hic* Carolus, E. mutari nequeunt. *ideoq; ICC. Ienenſium, Tubingenſium, Gieſſenſi-*

um, Francofurtenſium ad Oderam, Gryp&ſ-VValdenſium, Heidelbergenſium, Marpurgenſium, aliorumq; authoritatibus probat author der beſtändigen ableinung deß Heidelbergiſchen vngegründtẽ kurtzẽ Berichts / in ſachen deß verſtorbnen Churfürſt Friderichs Pfaltzgravens vnzuläſſige Vormundtſchafftliche verordnung betreffendt. *Vbi etiam docet*, pupillum talem ſub tutelâ conſtitutũ, ante 18. annum completum, nondum vocari neq; eſſe Electorem, nec de Electoratu inueſtiri poſſe, ſed eidem competere tantùm ius primogenituræ & ſuccesſionis in Electoratu, exercitio interim penes tutorem & adminiſtratorem (qui tamen exindè Electoris titulum vſurpare nequit) remanente. Pariter quoq; per eandem Conſtitutionem Carolinam prohibetur adiunctio Contutorum, id quod colligitur ex tacitâ mente legis iſtius, Primò namq; hic ſucceſsio & tutela tendunt ad eandem cauſam finalem: vt ergò pater Elector filio ſuo primogenito ius ſucceſſionis adimere vel imminuere nequit, ita

ita quoq; tutori eius ius ipſi ex hac lege quæſitum auferre non poteſt, aut etiã præcidere, quia eadem eſt ratio partis quæ totius, æquè contra iuſtitiam agit, qui de alterius iure partẽ adimit, quàm qui totum aufert. (2) in A. B. dignitas Electoria ad certos Principatus & familias eſt reſtricta, E. non debet per conſtitutionem contutorum ad extraneos deriuari (3) electio competit tantùm tribus Electoribus ſecularibus, ſiue proprio ſiue tutorio nomine. Nec hîc dici poteſt, electionem penes ſeniorem agnatum ſolum reſidere; quia hîc tutela & adminiſtratio ipſo iure coniuncta ſunt, ipſiq; pleniſſimam adminiſtrationem tutelarum tribuunt, excluſis etiam alijs agnatis in pari gradu, ætate tamen minoribus; quidnî ergò extraneos excluderet! (4) Habenti tutorem tutor dari nequit. Et licet hæc regula propriè de datiuis tutoribus ſit intelligenda: ſciendum tamen eſt, Ius commune hîc per A. B. immutatum, certumq; & neceſſarium tutorem, à nemine amouibilem, eſſe con-

ſtitutum; vnde d. reg. adhuc locum ſuum tuetur. (5) inauditum eſt in foro iuridico, duos tutores, vnum teſtamentarium, alterum legitimum, circa eandẽ tutelã ſimul concurrere. Plura argumenta, annexâ remotione cõtrariorum, ſuppeditat Pfaltzgraff Johañ Caſimirs beantwortung der Fürſtl. Brandenburg: Würtemberg: vnnd Heſſiſchen Räthe / in causâ prætenſæ cõtutelę (ex teſtamẽto Electoris Ludouici) 13. *Apr. anno* 84. vbi tamen conceditur cõſtitutio teſtamentaria tutoris, lege ſiue A. B. iam definiti, modò ne deteriore cõditione conſtituatur: ſicut etiam permiſſum eſt Electori, filium ſuum maiorem natu in iure primogenituræ inſtituere, ita tamen ne deterioris ſit conditionis, quàm ab inteſtato futurus erat. Sic nec Electori de liberis & ditionum ſtatu conſeruando diſponendi facultatem ademptam eſſe putat Knich. *d. cap.* 4. *num.* 29. *Vid. Dn. Beſold. d. concluſ.* 6. *n.* 6. vbi etiam monet, ſi plures filios relinquat Ele-
ctor,

ctor, & primogenitus in Electoratu, in alijs bonis alij ſuccedant (id quod fieri poſſe docet Georg. Euerhard. *conſ.* 27. *q.* 11. *Vol.* 5.) tunc nihil obſtare, quin ſecundogenito alius tutor teſtamento dari poſsit. *V. Buxt. concl.* 86. *Vbi etiam de ætate tutoris.* Quamuis autem ſenioribus agnatis tale ius tutelæ atque adminiſtrationis competat: attamen ex eo non habent omnimodam poteſtatem, & in ſpecie non poſſunt reformare religionem, quod tamen fecit Caſimirus Palatinus, *Symphor. Supplic. part.* 1. *tom.* 1. *fol.* 209. vnde periculoſa exiſtimantur illa regna, quæ ſub rege minore à Curatoribus adminiſtrantur, *vt docet Paſquier.* 5. *des recherch. c.* 5. Exemplo eſſe poteſt Alexij Græcor. Imperatoris filij tutor Andronicus, qui, vt ipſe imperaret, pupillum ſuum Alexium necauit, & imperium arripuit. Manfredus nothus ex ſtirpe Sueuiæ Ducum, ſub prætextu tutelæ, Siciliam regnumque Neapolitanũ occupans, occaſionem exitij præbuit Familiæ Sueuicæ,

uicæ. Ludouicus Sfortia tutor fuit fratris filiorum, eosq; Ducatu demũ priuauit, *Guicciardin. lib.* 1. *paſſim & f.* 97. Eudes 29. Rex Franciæ, Patruus Hugonis Capeti, curator Caroli ſimplicis, hoc eodem nomine regnum Galliæ rapuit, *teſte Bern. de Girard. lib.* 5. *de l'hiſt. de France. Mager. d. aduoc. arm. c.* 1. *n.* 33. *&c.* Tandem ex §. 2. hîc concludunt DD. Principi etiam inuito curatorem dari. Sed malè, *vt putat Goldaſt. in Rationali Conſtitutio. fol.* 100. quum Imp. non loquatur de curatione, ſed de tutelâ, quæ non 14. anno, vt olim, ſed 18. finiatur in hac legitimâ agnatorum tutelâ. Itaq; ſi tutor intra vltimum quadriẽnium moriatur, qui ſuccedit, pariter tutor, non curator dicitur. Et noſtris moribus, ferè ignoratâ curatione, tutelam continuari ad legitimã ætatem, autor eſt Gail. 2. O. 96.

Quodſi deficientibus Electorũ heredibus & agnatis, vel ob delictum alicuius Electoris, banno dignum (nullâ diſtinctione admiſsâ, an contra Imp.

vt Imp. vel vt contrà Imperij Principem ſit perpetratum, *vt optimè probat Dn. Nicol. Burgund. in d. refutat. fol. 9. & ſeq.)* Electoratum Imperio ſacro vacare contingeret, Imperator ſeu Rex Romanus de eo prouidebit, ex iure reuerſionis ſeu conſolidationis, tanquã de re ad ſe & Imperium legitimè deuolutâ, *text. hîc.* quod planum faciunt præiudicia, tam in familiâ Saxonicâ quàm Brandeburgicâ, *Auentin. lib.* 8. *f.* 391. *Erneſt. Brotuff. Chron. Marsb. lib.* 2. *c.* 17. *lib.* 3. *c.* 1. *& lib.* 6. *c.* 10. *vbi tradit,* 187. *annorum interiectu, penes Anhaldinos Principes conſtitiſſe Marchiã Brandeburgicam cum Electorio faſtigio.* eundemq́ Brandeburgicum Electoratum Friderico III. Burggrauio Norimb. contulit Sigiſmundus Imp. *Naucler. gen.* 48. *f.* 1064. In Palatinicâ illud quoque occurrit, nam Fridericus I. Imp. diem functo Hermanno Comite Palatino, maſculâ prole non relictâ, fratrem Conradum conſtituit Comitem Palatinum, *Trithem. ad ann.* 1156. *Chron. Hirſ-*

Hirſaug. Knich. d. Sax. non prou. iur. cap. 2. *n.* 56. Licet verò ſecundum aliquos, Ordinum conſenſus accedere debeat, hoc tamen nullibi apertè cautum eſt, & conſtitutioni Aureæ Bullæ non conuenit; ſicq́ Carolus V. Imp. *anno* 1548. Mauritio Electoratum Saxonicum in caſtris ad VVittebergam ſolus contulit. *Sleidã. lib.* 20. Et licet Elector Brandeburgicus adfuerit, haud tamen eam ob cauſam eò venerat, ſed vt intercederet pro electore captiuo, *Sleidan. lib.* 19. *Vid. Dn. Beſold. d. ſtatu Reip. mixt. cap.* 2. *num.* 8.

Eodem iure Dignitas Electoria Marchionib⁹ Miſniæ, ſiue modernis Saxoniæ Electoribus competit. Multi quidem in eâ ſententiâ verſantur, quaſi non ſine iniuriâ Anhaldinorum Principum, ſiue Ducum Lauenburgenſium, Sigiſmundus Imp. Ducatum & Electoratum Saxoniæ Friderico I. Marchioni Miſniæ conceſſerit, *idq; cumprimis firmat Crantz. lib.* 8. *c.* 28. *lib.* 9. *c.* 19. *cum ſeq. lib.* 10. *c.* 3. Verùm ſciendum eſt,

eſt, quòd Ducatus Saxoniæ cum Electoriâ Dignitate,non toti familiæ Principum Anhaltinorum in feudum datus erat, ſed quibuſdam tantùm, putâ ſibi (i. primo inueſtito Bernhardo Vrſo) filijs, & nepotibus, vel ijs ſine hæredibus maſculis decedentibus, vt ad hunc vel illum, & ad eius hæredes legitimos perueniret, *vt videre eſt ex Spalatini Chron. tit. 2. f. 39. ad fin. cum ſeqq.* Ergò ex conuentione & lege contractûs tantùm deferebatur, non in vniuerſum hæreditario iure. *Molina. in conſuetud. Paris. §. 2. gl. 1. n. 2. Loffred. conſ. 1. n. 94.* Cùm itaq; Albertus, VVenceslai filius, anno 1422. rebus humanis ſine maſculo eximeretur, nec aliquis vocatorum ampliùs extaret: Ducatus Saxoniæ cum Electoriâ præeminentiâ ad Imperatorem redijt iure deuoluto. Quapropter liberum erat Imperatori concedere cuicúnque vellet. Maluit autem,reiectis competitoribus Palatino & Brandenburgico, qui pro filijs intercesſerant (noui enim res exempli putabatur, & inconveniens, vt pa-

pater & filius ſimul obtinerent Electoriam dignitatem) Friderico Marchioni Miſniæ gratiam facere, vt Ducatus Saxoniæ, veluti poſtliminiò rediret ad antiquioris notæ Principes. Namque cæteros alienigenas & inſititios vocat Spalatinus, at Marchiones Miſniæ oriundos ab Henrico I. & tribus Ottonibus, quin imò à VVitikindo, & ampliùs à Sichardo Rege Saxoniæ, conſtat. Tum etiam propter heroica geſta & benemerita Friderici, & recompenſam nauatæ operæ erga Bohemos, vt metu tam potentis vicini, eos in obſequio retineret; quod nuper apparuit in rebellione Bohemicâ, cùm Sereniſsim[9] Elector Saxoniæ Imperatori fideliſsimâ operâ p̃ſtaret. Nec impedit, quòd Duces Lauenburgẽſes ſint oriundi à Bernhardo Vrſo, ac ſic à cõmuni ſtipite: quia procedunt ex agnatione non maſculâ ſed fœmineâ. Namque ab Helice filiâ Ottonis Magni, ex familiâ Hermañi Billingi prodierũt, nempe Albertus Vrſus, & ex eo Bernhardus Dux Saxoniæ, vnde Albertus

I, Ele-

I. Elector, & Henric⁹ ſtirps Anhaldinorum ex illâ lineâ, *Chytra. in geneal. Duc. Saxo. lib. 2. f. 69.* Et quamuis deficiente lineâ Alberti II. Ducatus Saxoniæ videretur ad Ericum IV. ſpectare: quia tamen is inueſtiturâ non erat comprehenſus, prætendere jus aliquod non poterat. Quæ de viciſsitudinariâ electione & cōmuni titulo confert Cranzius, ſuſpicionem incurrunt. Erico enim eiusq́ familiæ plus æquo addictus fuit, *vti conqueritur Albinus d. Saxon. origin.* tum quòd alternatio, neq́ in electione VVenceſlai, nec Ruperti, neq́ etiam Sigiſmundi fuerit edocta vel obſeruata. Prætenſa deniq́ inueſtitura reddita fuit prorſus ſub & obreptitia, ab Epiſcopo Paſſauienſe, Cancellario, inſcio Imperatore obtenta, *idq́; euincitur ex teſtimonijs varijs, quæ recenſet Spalatinus d. tit. 2.* Non immeritò igitur ex jure reuerſionis ſeu conſolidationis licitum fuit Imperatori cōcedere feudum ad beneplacitum, quandoquidē *in A. B. hoc tit. 7.* diſertè collatio Electoratûs ei reſeruata eſt, tanquam de re

ad

ad ſe legitimè deuolutâ. *Vid. latè Andr. Knich. in comment. d. Saxon. non prouoc. iur cap. 2. per diſcurſ. Sleidan. lib. 19. & ſeq. Frider. Hortleder. tom. 1. lib. 4. c. 23. Vbi Chron. Spalat. cum Comment.* Pariter añ. 1623. 25. Feb. ſub Auguſtiſsimę memoriæ Imp. Ferdinando II. Electoralis Dignitas poſtliminiò redijt ad Sereniſsimum Bauariæ Ducem Maximilianum, quâ trecentos ferè annos Prædeceſſores ipſius Auguſti, invidiâ Caroli, Palatinis nimium fauentis, carere coacti fuerunt; & quidem contra jus fasq́;. Nam olim Ottonis Scheurenſis ex filio nepos Ludouicus Elector Rudolpho filio Palatinatum cum Electoriá dignatione, & partem Ducatûs Bauariæ, Ludouico verò Bauariam eâ conditione reliquerat, vt viciſsitudinario iure prædictam excelſitatẽ poſſiderent. Vnde cùm Ludouicus Imp. defuncto fratre Rudolpho (quem Comitatu Palatinico Rheni & Ducatu Boiariæ expulerat, quòd Fridericum Auſtriacum in electione voto ſuo ſub-

leuaſ-

leuaſſet) diuiſionem cum filijs Rudolphi faceret, alterna ſuffragatio poſtmodum fuit repetita. *Andreas Presbyter Ratisb. ad ann.* 1329. *fol.* 78. *Knich. d l.n.*50.*& ſeqq.* Petr. Cutſemi⁹ *in Saxo. Cathol. fol.* 149. *& ſeq.* rem ita narrat: Anno 1273. *inquit*, electo Rudolpho I. Imp. contendit Henricus Dux Bauariæ contra Ludouicum Comitem Palatinum fratrem ſeniorem, cui ipſe, non minùs quàm alij Coëlectores, poteſtatem fecerat, ſæpè dictum Rudolphum in Regem eligendi. Imp. Rudolphus ergò declarat, vtriusq; fratris vota pro vno in 7. Electorũ vocibus eſſe computanda; quod cùm non eſſet commodum, Rudolphus poſteà Comes Palatinus cum germano fratre Ludouico, ſequenti anno in Imp. electo, pactus eſt, vt alternatiuè poſthàc eligerent, *Monachij anno* 1313. Filij quoq; vtriusq; fratris, vt parentum tale pactum magis confirmarent, ipſi in eundem pro ſe & ſuis hęredibus, concordârunt ſenſum, cuius pacti vigore & intuitu Stepha-

phanus, Dux Bauariæ, peculiares publicè edidit literas: Ne quis ius ſuum, quod habere noſcitur cum alijs Coëlectoribus in electione Regis Romanorum, interuertat, illi quicquam deroget, aut quomodocunq; præiudicet. Superuenit poſtmodum caſus ille, quo contra Ludouicum fulmine Apoſtolico excommunicatum ſuſcitatur & eligitur Carolus IV. qui propenſior in Comitem Palatinum, quàm Ludouici Bauari, in cuius locum ſurrogatus erat, poſteros, per Cæſareum Decretum Aureæ Bullæ inſertum, Electoralem dignitatem Comitatui añexuit Palatinatûs, vt qui eum poſsideret, perpetuus Elector eſſet; *Noriberga anno* 1356. magis perſonas intuitus, quàm prouinciarũ dignitates. Conſtat enim, antiquitùs Bauariæ regnum, & poſteà Ducatum, ſemper maioris æſtimatũ fuiſſe, quàm Comitatum Palatinatûs, vti apud Ditmarum & alios videre eſt. *Hæc ille*.

Ab hac diſpoſitione Imperatoriâ excipitur regnum Bohemię, in quo quàm
diu

diu durat regia familia, gradu proximus, vtpote in verè hæreditario regno, excludi nequit, *per tradita Goldaſti in tr. hac de reſing.* eâ verò non tantùm in maſculis, ſed etiam in fœminis intermortuâ (Bulla namque Bohemica Caroli IV. pactumq́ hæreditarium *anno* 1366. à Carolo IV. pro ſe, & filio VVenceſlao Rege Bohem. ac fratre Iohanne Marchione Morauiæ, cum Alberto & Leopoldo fratribus, Auſtriæ Archiducibus, Pragæ *die Palmarum* erectum, etiam fæminas admittit, & ita Albertus Archidux Sigiſmundo, cuius filiam Eliſabetham duxerat, Caſimirus Rex Poloniæ Ladiſlao, cuius ſororem Eliſabetham in vxorem habebat, & Ferdinandus I. Ludouico, cuius ſororis Annæ maritus erat, in regno ſucceſsit) tunc regnum vacans non deuoluitur ad Imperatorem, ita vt ei, quemadmodum in alijs ſecularibus Electoratibus, liberè de eo liceat diſponere, ſed ad Ordines jus eligendi, ex priuilegio Friderici II. & Philippi

R Impp.

Impp. (*quod Carolus hic confirmat*) reuertitur, *vid. Londorp. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 88. *& ſeqq. fol.* 639. *& ſeqq. Dn. Beſold. tr. d. elect. lib.* 2. *diſſ.* 3. *num.* 2. *& in Synopſi Polit. nouiſſ. edit. c.* 5. *num.* 5. *Iacob. Schickfus.* inn der newvermehrten Schleſiſchen Chronick *lib.* 3. *cap.* 13. *fol.* 111. *& ſeq. vbi inſimul*, ex Bullâ Bohemicâ Caroli IV. probat, non ſolis Bohemis, ſed junctis Sileſiæ Ordinibus, Electionem Regis, vacante regno, cõpetere. Hinc cùm ſoli Bohemi Georgium Podiebracium elegiſſent, Sileſij eum repudiârunt, electo Matthiâ Hunniade, Rege Hungariæ, *Id. lib.* 1. *c.* 36. *& ſeq. lib.* 3. *c.* 23. Ita Ferdinandus I. Rex Bohemiæ electus, conſenſum Ordinum Sileſiæ repetijt, qui exhinc etiam *anno* 1611. Pragæ electioni Matthiæ interfuerunt, eumq́ declarârunt & acceptârunt für jhren Herrn vñ obriſten Hertzog inn Schleſien.

T. I T.

TIT. VIII.

DE REGIS BOHEMIÆ ET regnicolarum eius immunitate.

BOhemi in fidem & amicitiam à Germanis Cæſaribus recepti ſunt, vt præter honorem, quem Maieſtati Cæſareæ debent, cætera immunes & liberi eſſent, *Ioh. Dubrau. hiſt. Bohem. lib.* 18. *f.* 151. Vnde rex ipſorum Conſtitutionibus Imperij non obligatur, R. A. *d. ann.* 1500. *tit.* folget weiter im Abſchid. §. wie man mit dem König zu Hungern vnd Poland ꝛc. *Vbi ſtatuitur*, præcipuè etiam cum Rege Bohemiæ, de ope aduerſus Turcas præſtandâ tractari ſolere, quo ſanè haud opus foret, ſi Imperij Status eſſet, & Comitia vniuerſalia viſitare cogeretur; vnde quoq; inter exteros Reges ratione huius ſubſidij relatus eſt, *Receſſ.* 1530. §. Darauff haben wir Churfürſten ꝛc. *verſ.*

item daß ſie auch zuuor vergewiſſert 2c. *Vid. Arum. d. Comit. c. 4. n. 60. Vbi contra Goldaſt.* Inter cæteras immunitates eſt quoque illa de non appellando, & ne Bohemi vſquam ad extranea tribunalia extra regnum citentur & extrahantur, *text. hic.* Veniat tamen Bohemus, & cum noſtris Germanis contractus ineat alicubi, Lipſiæ putà vel Francofurti, vel tagaces aut violentas manus alicubi intẽtet, aut damnabile aliquid deſignet; & videat, quomodo fundatam ratione contractûs aut delicti jurisdictionem eo loco elabatur, domumq́; reuocans audiatur. Quod idem de alijs talibus eſto iudicium. *Marq. Freher. d. tut. cur. teſtamen. cap. 12. n. 9. A quo tamen diſſentit Arum. h. ad tit. 11. diſc. 5. n. 12 propter Verba textus nimis generalia, ibi: pro quacunq; cauſâ criminali, ciuili, Vel mixtâ, ſeu quocunque negotio.*

TIT.

TIT. IX.

DE AVRI, ARGENTI, ET aliarum ſpecierum mineris.

COnceduntur hîc Electoribus tam ſecularibus quàm Eccleſiaſti-cis, vniuerſæ metalli cuiuſcunq; generis fodinæ atq; mineræ, quæ regalibus hodiè, minoribus ſcilicet, annumerantur, *in c. vn. quæ ſint regal. in vſib. feudor.* nec vaſallis, etiam de omnibus feudi vtilitatibus inueſtitis, *vide Bocer. tr. d. inueſtit. feud. quæſt.* 36. *& ſeqq. ad quæſt.* 41. ſed Principibus tantùm, qui regalia ab Imperatore habent, competunt, *Simon Piſtor. conſ.* 4. *n.*7. *& ſeqq.* hucq; referuntur etiam ſalinæ, quæ licet apud Veteres priuati juris fuerint, tandem tamen priuatis ademptæ, & fiſco regio addictæ fuerunt, vnde inter regalia etiam Salinarum vectigal numeratur *in c. vn. quæ ſunt regal. vbi FF. omnes.* hæq; argenti (ſub quo etiam ſal ſubterraneum, & alia continentur,

l. 3. & 6. C. d. metall.) auriq́ꝫ fodinæ, *in A. B.* Electoribus tantùm permittuntur, hodiè verò mediante inueſtiturâ, & immemorabili interſtitio, Principibus quoq́ꝫ & Ducibus competunt, *Simon Piſtor. d. loc. Vid. Knichen de Saxo. non prou. iur. c. 5. n. 119. Heig. lib. 1. q. 13. & ſeq.* Et propterea ad bona Principum tranſijſſe videntur, quòd ad eam rem permagni ſumtus requirantur, adeò, vt priuatus raro ijs ſufficere poſsit, *Andr. de Iſern. cap. 9. qua ſunt regal. in Verb. argentaria.* horumq́ꝫ regalium prouentus in causâ ſunt, quò minùs ſubditi, auctis indè opibus publicis, extraordinarijs operibus grauentur. Reuerà enim lucrum ex fodinis quædam Principum mercatura vocari poteſt, *Vt ait Scip. Amirat. lib. 3. diſſert. Polit. in Tacit. diſc.* 8. Sicq́ꝫ Perſei pater Philippus Rex Macedoniæ, regni vectigalia non tantùm fructibus agrorũ, portorijsq́ꝫ maritimis auxit: ſed metalla etiam & vetera intermiſſa recoluit, & noua multis locis inſtituit, *Liu.*

lib.

lib. 39. *cap.* 24. ſed fodinas in priuatorum locis repertas, tantùm quoad canonem debitum, non verò quoad ipſam proprietatẽ de regalibus eſſe docet Sixtin. 2. *cap.* 16. *num.* 45. *Roſenth. d. feud. c.* 588. *num.* 7. *qui de communiori teſtatur.* vbi tamen attendenda conſuetudo. *Vid. quos allegat Buxt. concluſ.* 89. *lit. e. & ſeqq.*

Idem judicium eſt de regali habendorum Iudæorum, quod olim non niſi ſummo Principi ſeu Imperatorib⁹ Romanis competijt, qui ipſis etiam pecũliarem Iudicem, Comitem aliquando VVürtembergicũ, conſtituerunt, *eâq; de re habetur Conſtitutio apud Goldaſt. in tract. Germ.* der Reichsſatzũgen *ſub rubr.* Kayſer Friderichs deß 3. *Mandat*, an den Grafen zu Würtenberg / von der Judiſcheit im H. Reich. poſteà verò Electorib⁹, *Vt hîc.* & ſucceſſu temporis, ex ſingulari priuilegio, etiam Archiducibus Auſtriæ conceſſum, *Sebaſt. Münſter. lib.* 3. *Coſmogr. cap.*

399. *Melch. Goldaſt. de Statut. & reſcript. Imp. ſub rubr. Fridericorum* 1. *&* 2. *Impp. Aug. Conſtitutiones, d. iuribus & priuileg. Ducatûs Auſtr. fol.* 86. & tandem quibuſlibet membris Imperij, Regalia obtinentibus, indultum eſt, Reform. guter Polic. zu Augſp. *anno* 1530. auffgericht / *ſub tit.* von Juden. *&* Polic. Ord. *d. ann.* 1548. *eod. tit. & d. ann.* 1577. *tit.* 20. *Sixtin. de regal. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 9. *Heig.* 1. *q.* 4. *n* 30. *Ioh. Kitzelius in diſc. Academ. d. regali hab. Iud. in ratio. decid. n.* 7. ijs tamen legibus & conditionibus recipi debent Iudæi, quæ enumerantur ferè *in d. Polit. Ord. d. ann.* 1577. *n.* 20 eos enim prorſus abijcere, inhumanum eſſet; cùm ſtatim etiam poſt Saluatoris noſtri crucifixionem, eorũ collegia, inter Chriſtianos licita & permiſſa fuerint, *vt ex Ioſeph. lib.* 13. *antiquit. probat Iacob. Cuiac. lib* 7. *obſ. c.* 30. eosq́ Chriſtianorum Impp. Conſtitutiones, & Canonica quoq́ jura muniant, *in l. nullus.* 14. *C. d. Iudæ. & Cœlic. c. ſicut Iudæi.* 9. *verſ. nullus. extr. eod.* qui

vtpo-

vtpote poſt plenitudinem gentium, ad veram fidem conuertendi ſint, *Eſai.* 59. ✠. 10. *Pſal.* 59. ✠. 12. *Rom.* 11. ✠. 25. *&* *ſeqq.* & tandem ijſdem veteris Teſt. libris nobiſcum vtantur, vnde B. Auguſtin. *in libr. d. doctr. Chriſt.* Permulti, *inquit*, vana & conficta eſſe à nobis fortaſſe exiſtimarent, quæ de populo veteri, & Prophetis narramus, niſi Iudæos ipſos adhuc ſuperſtites viderent, qui ſuis libris, vel inuiti, noſtris ſermonibus adſtipulantur. *Vid. Eberhard. Speckhan. cent.* 2. *claſs.* 1. *quæſt.* 16. *& ſeqq.*

Relinquit etiam A. B. Electoribus telonea ſiue vectigalia, ab antiquo ab ipſis eorſimue prædeceſſorib⁹ poſſeſſa, diuturniq́ ac longiſsimi temporis curſu præſcripta. *text. h.* indebita namq́ & inconſueta vectigalia prohibet A.B. *infrà tit.* 17. *in fin.* & ſecundum Receſſ. Ratisb. *d. ann.* 76. §. weiter ſein wir. in peculiaris reſeruationis Imperatoriæ ſymbolum conſtituitur, vt nemini fas ſit, vltra portoria ſolita aliquid exige-

 re;

re; alioquin ſi fiat, decernuntur mandata ſine clauſulâ & de reſtituendo, ſi quid vectigalis exactũ. *Dub. Cam. Verb. Vectigal.* Zoll. *Roſenth. d. feud. cap. 5. concl. 13. n. 12.* Nouorum namq; vectigalium impoſitio, ne Imperatori quidẽ competit, niſi ex iuſtâ cauſâ, *Paris de Put. d. redintegr. feud. c. 14. n. 15. Mynſ. O. 29. cent. 5. Vbi concludit, interſtitio memoria experte ius exigendi Vectigalia acquiri poſſe.* Auſtriæ tamen Auguſtiſsimi Archiduces peculiari priuilegio donati ſunt, vt noua vectigalia imponere queant, *Sixtin. d. regal. lib. 1. c. 4. n. 34.* non enim purè interdicta nouorum vectigalium impoſitio, ſed ne inconſulto Principe fiat, *l. 2. & 3. d. publican. Toming. conſil. 39. num. 92. tom. 1. Vbi de priuilegio inſtituendorum nouorum Vectigaliũ Electori Brandeburgico conceſſo tractat.* Origo vectigalium eadem eſt cum regibus; neq; enim quies gentium ſine armis, neq; arma ſine ſtipendijs, neq; ſtipendia ſine tributis haberi poſſunt; & prudentiſsimè Senatus Rom. Neroni,

ni, cuncta vectigalia omitti iubenti demonſtrauit, diſſolutionem Imperij fore, ſi fructus, quibus Reſp. ſuſtineretur, diminuerentur. *Tacit. annal.* 14. & *hiſtor.* 4. Penduntur autem propriè fiſco ex vecturâ mercium, non tantùm vt viæ publicæ indè ſint ſartæ tectæ, ſed etiam vt latronum occurſus prohibeatur; quia dominus territorij eſt veluti nauta recipiens mercedem pro cuſtodiâ territorij, *Iac. Heinricmann. in append. conſ.* 1. *n.* 36. licet non teneatur, ſi quis inſolitam viam ingreſſus ſpolietur. *Arum. ad A. B. diſc.* 1. *n.* 22. *ſequitur Raudenſ. reſp.* 21. *num.* 30. *lib.* 2. vnde quoq; defraudati portorij & mercis improfeſſæ pœna domino accedit, ita exigente commodi & incomodi proportione analogicâ, nam merces commiſſo mulctantur, *l. commiſſa.* 14. *d. publican. l.* 2. *C. d. vectig. Crauet. conſ.* 115. *n.* 1. vbi (1) requiritur dolus, qui probatur etiam coniecturis, putà ſi auriga deflectat per viam inſolitam, intentione & animo defraudandi portorium,

Crauett. d. conſ. n. 5. non equidem ſemper ex inſolito itinere & viâ fraus elicitur, *Raudenſ. d. analog. c.* 30. *n.* 284. *Maſcard de probat. concluſ.* 473. & licet ſententiam declaratoriã deſideret Coler. *d. proceſſ. exec. p.* 1. *c.* 3. *n.* 84. gabellarij tamen agere ſolent poſſeſſorio, & quidem de conſuetudine, *quâ de teſtatur Hart. Hartm. lib.* 2. *t.* 48. O. 1. *in fin.* (2) Vtrumq; concurrere debet, improfeſsio, & non ſolutum portoriũ; ſi enim quis profitetur, & tamen non ſoluit, ratione commiſſæ profeſsionis ad duplicatam tenetur gabellam, *l. fin.* §. *dinus quoq;. d. public. Bertazzol. conſ. crim.* 7. *n.* 10. *Hartm. d. l. in pr.* Quamuis etiã durum ſit, merces caducarias fieri, illasq; mercatori perire, ſi ab aurigis, qui ad hoc cõmuniter ex cõnuentione tenentur, teloniũ non exſoluatur: hoc tamẽ de conſuetudine generali in omnibus ꝓuincijs obſeruatur, *de quâ teſtatur Bl. in l. cùm proponas. col.* 2. *Verſ. itẽ in quibuſd. locis. C. d. naut. fæn. Theſaur. lib.* 1. *quaſt. for.* 52. *Knich. d. tr. c.* 5. *n.* 99. *& ſeqq.* Veſtiga-

ctigalia quoque ſummâ æquitate nituntur, ſi præſertim illis rebus imponantur, quæ alicui, & præſertim extraneis, lucrum afferant; ne ſcil. ſubditi tributis exhauriri debeant, *Arnis. 2. Polit. c.* 5. vnde etiam rebus exportandis, vt peregrinos magis oneret quàm ciues, non importandis, quibus ſubditi carere nequeunt, nec alijs rebus neceſſarijs, imponi debent. *Dn. Beſ. tr. d. arar. cap.* 4. *num.* 14. *& ſeqq* Sed hæc iura ſtatuentia pro illis rebus, quæ vel ex proprijs fundis percipiuntur, vel vſus proprij gratiâ emuntur & transferuntur, non dari vectigal vel gabellam, in totâ Germaniâ ferè ab aulâ receſſerũt. *Köppen lib.* I. *quæſt. illuſt. deciſ.* 50. *n.* 35.

TIT. X.

DE MONETIS.

LOquitur hic titulus de poteſtate Electorum in cudendis monetis aureis & argenteis, habentque Electores ad Rhenum etiam hoc præcipuum,

quòd in aureorum Rhenenſium materiâ, pondere, & æſtimatione, ad eos, non minùs quàm ad Imp. reſpiciendũ eſſe dicatur *in Conſtit. Imperij d. ann.* 1551. §. weiter ſo ſetzen *&c.* Eodemq́ pertinet Edictum Maxim. II. *d. an.* 1571. §. gleichfalß weil etliche *&c. in verbis* die Rheiniſchen Churfürſtlichẽ *&c. Sixtin. d. regal. lib. 2. c. 7. n.* 106. Tribuit quoq; Electoribus hic titulus poteſtatẽ quaſcunq́ terras, caſtra &c. emendi, aut in obligationem recipiendi, ſaluis tamen iuribus, Imperio inibi competentibus; quo priuilegio poſteriori Electoribus conceſſum eſt, feuda Imperij (non etiam inferiorum) ſine conſenſu Imp. ſiue domini comparare, qui aliàs de iure feud. requiritur; non verò in præiudicium agnatorum, ſed tantùm Domini hîc concedentis, *vt explicat Buxtorf. concluſ.* 93. Et quidem ius monetæ propter neceſſarium eius in rep. vſum, inter maiora regalia refertur, *vt probat Dn. Ioh. Camman. de regalib. diſp. 6. num.* 15. *& ſeq.* & omni æuo pro ſummo habitum

bitum fuit, ita vt Carolus M. nullibi, quàm in regio ſuo palatio, Romani tantùm Romæ in Iunonis monetalis templo, monetam cudi voluerint, *Bodin. d. rep. 6. c. 3. num. 687.* & in Poloniâ tempore Sigiſmundi Auguſti regis, beneficij loco non tribui poſſe vlli ſubdito ac fiduciario poteſtatem illam, Senatus populusq́ꝫ cenſuerint, publicoq́ꝫ decreto ſanxerint, *Bodin. lib. 1. d. rep. n.* 168. vnde ius monetas tempore belli cudendi in Poloniâ, nõ niſi ad tempus conceſſum aliquando eſſe, & regio nomine ſumptuq́ꝫ exercitum in diuerſis ciuitatibus, teſtatur Salom. Neugebauer. *lib. 6. hiſtor. Polon. f.* 339. Et de Vngariæ regno ſcribens Otto Friſing. In tam ſpatioſo, *inquit*, ambitu nullus, rege excepto, monetam vel telonium habere audet, *d. Vit. Frid. lib. 1. c. 3*). In Imperio verò ius hocce Statibus ab Imperatore conceſſum eſt, ſecundum legem Imperij ſiue Edictum Monetale vſurpandum, quod à Carolo V. Imp. in Comitijs Auguſt. *anno* 1551. communi

ni Ordinum conſilio emanauit, & ſecutis deinceps *per annos* 59 66.70.73. 76. 94. 98. Comitijs declaratum confirmatumq́; fuit, & ſequentia ferè continet (1) vt quibus id priuilegij à Cæſare collatum, non niſi certâ lege & modo vti debeant. Nec enim vbiuis, ſed tribus duntaxat vel quatuor locis à circulo, cui adſcripti, deſignatis, monetam ferient: exceptis his, qui proprias in ſuo ſolo habent metallifodinas, aut officinas monetarias, antiquitùs inſtitutas. Ii aurum argentumq́; penes ſe natum duntaxat, liberè in nummos **conuertent, R. A. *d. an.* 70. §. 135. & *Deput.* 71. §. 28. ijdemq́; ſoli poſſunt ex præſtantiori & precioſiori auro, quàm eſt in aureis Rhenenſibus, monetam cudere, ita tamen vt non aliam monetam, quàm Ducatos ex hoc auro faciant, *Vt videre eſt in Edicto Monet. Ferdin. d. an.* 59. §. ſi einer dieweill. & *Maximil. II. d. ann.* 76. §. vnd auß ſondern. *atq́; huc ſpectat, quod in dictâ conſtit. d. ann* 51. §. weiter ſo ſeʒen &c. *peculiariter & per***

exce-

exceptionem ſancitum eſt de ijs, qui fodinas habent. Sixtin. d. c. 7. n. 107. Deinde ipſi vti debent ſuo ſumptu & operâ: nec fas eſt, ius monetarium alteri cedere, vendere, locare, aut monetarijs redimendum tranſſcribere: contrà facientibus, iuris eius priuatio, Fiſcali ſedulò obſeruante, impendet; conductores autem 10. marcis auri multantur, R. A. *d. ann.* 59. §. 86. & 88. & *d. an.* 94. §. 110. Archiduces Auſtriæ tamen etiã ius conferendi à Carolo V. conſecuti ſunt *anno* 1522. *ſicut videre eſt ex priuilegio, quod refert Goldaſt.* in den Reichs ſaʒungen / *part.* 2. *tom.* 2. *f.* 193 *ibi:* das ſie jhnen ʒu lehen ſein. cui non derogatur per Edict. Monet. §. Ferner alß ſich. *aut* R. A. *d. an.* 70. §. alß dann auch *d. ann.* 94. §. wür ordnen. hæ namq́ Conſtitutiones prohibent illegitimam vſurpationem Statuum, quoad alienationes ſibi non conceſſas; illæſo interim iure aliorum, per priuilegium ipſis quæſito. (2) vt formæ nummorum auri argentiue duntaxat receptæ atq́

pro-

probæ feriantur. v. g. Ducati è Colonienſi marcâ auri puri 67. cudantur, 104. cruciferos valituri. Aurei Rhenenſes 72. cruciferos 75. valituri, R. A. 59. §. 55. *& ſeqq.* Exterorum Regum & Principum Coronati, Scutati, Nobiles, Engeloti, ſuâ quidem æſtimatione definitâ permiſsi ſunt; in imperio tamen ne cudantur, *ibid.* §. 6. *& Deputat.* 71. §. 49. Taleri Ioachimici olim cuſi 68. cruciatis taxantur, R. A. 59. §. 35. Deinde ita recepti ſunt, vt marcæ Colonienſis argenti puri octauam pendant, eorumq; ſemiſſes etiam & quadrantes cudere liceat. R. A. 66. §. 157. Floreni ex marca 9. cum ſemiſſe fiant, 60. cruciferos valituri: ſemiſſes eorum, quadrantes, ſextantes, pro ratâ valeant. Nota eorum, hinc Cæſaris nomen & aquila biceps, inſertum pectori Imperij globum habens, globo numerum cruciatorum inſcriptum; inde nomen & inſignia Domini monetalis, R. A. 59. §. 3. 10. Verùm non pauca reperiuntur Principũ Germaniæ numiſmata,

ta, quæ nullo latere Imperij inſignia habent, ſed vno latere Principis nomen & imaginem, altero latere eiuſdem inſignia, *Bocer. in tr. de iur. monet. c. 2. n. 63.* Cruciati ipſi valent, ſed horum quinarij, ternarij, binarij, donec aliud ſtatuatur, diſtrictè ſunt prohibiti, R. A. *66. §. 160. & 98. §. 56.* Pfenningi & Hallenſes ad neceſſarium fori & annonæ vſum permittuntur, cum Circulorum moderatione, non vltrà: aliàs confiſcandi, R. A. *59. §. 12. & 70. §. 127. 129.* Quod genus in diſſolutionem maioris ſummæ accipere nemo tenetur: vt nec quinarijs minores vltra ſummam 25. florenor. R. A. *59. §. 11. 32. & 76. §. 77.* Extra has igitur formas nullæ aliæ procudantur aut ſolutionis vice fungantur, ſub pænâ indignationis Cæſareæ, & 50. marcarum auri, partim fiſco, partim Circulo inferendâ, R. A. *59. §. 6.* Et has ipſas monetarij pondere & bonitate probas dare ſtudeant. Quâ de cauſâ & ipſi, & docimaſtæ, non ſolùm Domino, cui operam

ram ſuam locauerint, ſed & toti Circulo (cuius inquiſitione priùs approbantur) juramento in leges numarias obſtringuntur, cum cautione omnium bonorum, & repromiſsione, ſe, quoties exigentur, ſiſtendi. R. A. 70. §. 136. & 94. §. 110. *in fin.* Falſarij autem, numorum adulteratores, corruptorésue, pro grauitate admiſsi, mulctis, confiſcatione, proſcriptione, corporali pœnâ, ignis deniꝗ ſupplicio acerrimè puniuntur: accuſatione populo datâ & Fiſcali inuigilante, R. A. 59. §. 72. *& ſeqq. ac* 94. §. 110. Deniꝗ legum violatores, præter cæteras pœnas, & amiſsionem juris ſui, proſcriptionem ipſo jure incurrunt, executione Circulis demandatâ. R. A. 66. §. 31.

(3.) his legibus ſeruandis Conuentus ſemeſtres & examina accuratè haberi, Domini monetales per ſingulos Circulos bis quotannis conuenire, aut conſiliarios mittere, *Kal. Maij & Octobr.* & cuſos ijs locis numos à ſe alijſuè exhibe-

hibere, inſpicere, & adhibito ponderatore & probatore, quem Veteres Zygoſtaten appellârunt, *l. 2. C. de ponderat.* vulgò Wardein/ per libram, coticulam, caminũ, ad ſcriptulos examinare debent, R. A. 59. §. 69. & 66. §. 177. & 70. §. 140. & *ſeq.* Iure monetæ abutentes, legum negligentes, Magiſtratus fraudum vel participes vel remiſſos vltores ad Fiſcalem deferant, R. A. 66. §. 175. Inſuper Electores quatuor Rhenani, mercatibus Francofurtenſibus, Senatûs oppidani adiumento, ne quid in edictum committatur, prouidere iubentur: idemq́ Saxo & Brandeburgicus ſuis emporijs facere: adeoque Cæſari in proprijs & Imperij Ciuitatibus ea res curæ erit. R. A. 70. §. 150. & *ſeq.*

Sed quid leges ſine moribus vanæ proficiunt? *ait Horat. 3. Od. 2.* Diuerſis certê modis in diuerſa huius monetariæ legis capita peccatur, & maximè circa minutam & vſualem monetam, quam vt minimè ad legis præſcriptũ,

ita

ita maximâ copiâ ſine fine modoq́ paſsim procudi videmus, ita vt nemini mirum videri poſsit, ſi aureæ argenteæq́ monetæ valor in primâ indicaturâ ſuâ non ſubſiſtit, ſed excedit dudum, & quotidiè magis magisq́ intenditur. Hoc enim nō aliam ob cauſam, quàm ex vſualis monetæ deprauatione contingit, & contingere neceſſe eſt; quia maiores ſolidæq́ monetæ non aliter, quàm per minores æſtimationem & indicaturam ſuam accipiunt: ſolidi per denarios, denarij per aſſes, Taleri & floreni per baciones, groſſos, ſchillingos, albos; & omninò (*vt Voluſius Matianus IC. in lib. d. Aſſe ſcribit*) omnis numus argenteus ex numero æris poteſtatem accipit. *add. l. etiam aureos*. 159. *d. V. S.* Violatâ ergò æris ad aurum argentumq́ proportione, aliter fieri non poteſt, quàm vt formæ illæ ſolidiores aureę atq́ argenteæ, vltra indicaturam, quam à primâ lege acceperunt, creſcant, & ſumpto precij incremento, plures ex minutu-

lis

lis illis & ſemiputridis numulis adæquent. *Marquard. Freher. de re monetar. fol. 54. & ſeqq.* Quæ tamen jamdudum inueterata ſunt, & in Galliâ, Sabaudiâ, Belgio, Italiâ, Angliâ, Poloniâ (quorum commercijs Germania vtitur) non minùs radices fixerunt, neq; mutari poſſe vidētur, niſi Billone (quem vocant) iſto planè remoto, & monetâ omni ad metam auri argentiq; reuocatâ; *Vid. Bodin. in lib. ſing. de augment. & decrē. pecu. contra Paradoxa Maleſtretti. & lib. 6. de rep. c. 6.* aut ſi in Imperio aureæ argenteæq; pecuniæ bonitas à metallo integrè religioſeq; conſeruetur, deindè verò numuli illi minores non tantùm rigidiſsimo examine & probi, & non ſupra modum à lege præfinitum procudi curentur, ſed etiam, quia eorum plus ſatis iam procuſum eſt, nulli deinceps ampliùs, intra aliquot ſaltem annos, fabrefieri permittantur. *Freher. d. tr. in fin.* Quamuis non ignorari debeat, Status Imperij in publicis Comitijs & probationibus, ſe iuxta Edictum cudere non poſ-

ſe,

ſe, proteſtatos fuiſſe: tum quòd cum finitimis, improbos & adulterinos numos expendentibus, & probos recipientibus, contrahant: tum quòd in fodinis hodiè nō ampliùs gignatur argētum in tātâ copiâ, vt olim: tum deniq́ꝫ, quòd hodiè ad percutiendos numos, maiores ſumptus reqrantur. Et licet aliqui velint, publicis impenſis pcutiendam eſſe monetam, nec Principem pro his ſumptibus quicquam monetæ detrahere, aut lucrū ex eâ habere poſſe, conſtituendo maiorem valorem monetæ, quàm reuerà valeat eius materia, niſi in vno caſu, nempe quando Princeps eget ſubſidio pro defenſione Reip. *Gabr. Biel. in lib. d. monet. Bart. in l. 2. §. mutui. n. 7. & ibid. Curt. Iun. n. 12. ff. ſi cert. pet.* vbi tamen magis probandum eſt Eduardi IV. A. R. inuentum contributionis, quam Beneuolentiam vocant, vt quantum quiſq́ꝫ vellet, conferret. *Polyd. Virg. hiſt. Angl. lib. 24.* ſed contraria ſententia conſuetudine, receptâ in toto Orbe Chriſtiano, eſt appro-

probata, *Couarr. in lib. d. Vet. numiſ. collat. §. cum ex his. c. 7. n. 5. Schurff. conſ. 60. n. 7. cent. 2. Vbi ait*, hodiè pecuniam ita formari, vt tantò minùs valeat, quanta eſt expenſa, quæ occurrit in faciendo ipſam cudi, idq; quotidiè ſeruari, ex Innocentio addit. Quò ſpectat Edictum Monet. *de anno* 559. §. ferner alß ſich. *&* R. A. *de anno* 1570. §. alßdann auch die Müntzgerechtigkeit. vbi nominatim ita mentio fit, de lucro & cōmodo, vt non prohibeatur ſimul aliqua impenſarum detractio, ſed tantùm interdicitur, ne lucrum & commodum in hoc regali captetur ab ijs, qui illud habent, alienis fortè ſumptibus aut lucri cauſâ monetariam exercendo. *Sixtin. d. regal. lib. 2. cap. 7. n. 8. & ſeqq. Iohan. Marian. d. rege & regis inſtit. lib. 3. cap. 8. Vbi ait, pro cudendi labore parum aliquid addi ad metalli Valorem poſſe.*

S TIT.

TIT. XI.

DE IMMVNITATE PRINcipum Electorum.

TRaditur *hic* priuilegium (1) de nō euocando ſubditos ad quodcunq́ extraneum tribunal (ſcil. litis cauſâ; ſecus enim eſt, ſi ob teſtimonium euocentur. *Arum. h.*) quo ſopitur illa DD. controuerſia, an Princeps, ex iure ſuperioritatis, poſsit exercere iuriſdictionem in primâ inſtantia, in ſubditos ſui vaſalli; cuius negatiua aliàs quoq́ crebriùs placet, *per alleg. à Buxt. concl.* 94. niſi ſubditi Electorum ab alio feudum teneant, *Meichſn. deciſ. Cam. to.* 2. *lib.* 2 *deciſ.* 1. *n.* 12 *Schrad. d. feud. p.* 10. *ſect.* 1. *n.* 202. *Roſenth. c.* 12. *c.* 1. *n.* 25. deinde limitatur in cauſâ fractæ pacis, *Ord. Cam. p.* 2. *t.* 9. §. 1. *Gail.* 1. *d. P. P. c.* 11. *Mynſ.* 5. *O.* 58. *n.* 1. in quo tamen caſu etiam ſubditi Ducis Burgundiæ priuilegiati ſunt, *Gail.* 1. *d. P. P. c.* 11. *n.* 6. non verò ipſe Dux. *Ord. Cam. p.* 2. *t.* 9. *Arum.*

9. *Arum. hîc. diſc.* 5. *num.* 12. limita etiam ratione rei, contractûs, & delicti, *c.*1. *d. priuil. in* 6. *Gylman. deciſ.* 54. *n.* 87. *p.* 2. (2) ne ſubditi (quorum hîc expreſsè mentio fit; vnde, vt & aliàs, ſecus eſt in extraneis, *Bertazz. conſ. crim.* 51. *n.* 1. *conſ.* 225. *n.* 122. *Cephal. conſ.* 241. *num.* 55. *& ſeq.* qui tamen in hodierno Saxo. priuilegio appellare itidem prohibentur, *Knich. in priu. Sax.* §. *litis procur. neſcium. c.* 3. *n.* 8. *& ſeq.*) appellare poſsint à ſententijs Electorum; quod priuil. in Saxoniâ etiam ad alios Saxoniæ Duces extenditur, vigore noui priuilegij. *Symphor. tom.* 6. *o.* 1. §. 6. (niſi in defectum juſtitiæ, *text. hîc.* aut ſi ſint ſuſpecti, vel ipſosmet cauſa concernat, aut de violatá pace publiçâ agatur, *Iulian. Magenhorſt in Comment. Ordin. Cam. p.* 2. *t.* 28. *Mynſ.* 5. *O.* 58. *n.* 1. *Dn. Beſold. d. appell. c.* 2. *n.* 19. *f.* 73.) in quo Electores Politici nominatim per omnia æquantur Eccleſiaſticis. Hocq́ priuilegium apud Saxoniæ Electores continuò permanſit, *vt integro tractatu pro-*

bat Knichen in Comment. de Saxo. non prou. iur. & maximè verb. lit. prou. neſc. cap. 1. fol. 277. vbi quòd nec quidem nullitatis velamento prouocatio ab ipſis teneat; conſentit Arum. d. l. n. 17. cui tamen quoad illam, & alia contrariatur Compilator praiud. ſeu Dubior. Camer. tit. de perſonis priuil. quadam, fol. 274. Goldaſt. in Ration. Conſtit. fol. 100. in fin. vbi quòd ſuper nullitate agi poßit in appellatione, vt in cauſâ A. contra R. nullitatis, anno 1591. & ipſa quoq; obſeruantia aduerſatur, etiam in illâ nullitate, quæ principaliter proponitur, *Buxt. concl.* 94. *d.* quæ enim incidenter deducitur, cum ipsâ appellatione remotâ, cenſetur remota *Honded. conſ.* 27. *n.* 43. *lib.* 1. *Vant. tit. qui poſſ. dic. de null. n.* 36. quamuis illud Electoribus Saxo. ante A. B. competiiſſe probare annitatur Pet. Heig. 1. *q.* 4. *n.* 41. Reliqui verò de jure ſuo conceſſerunt, ac ſupradicto priuilegio ſpontaneâ cõuentione renunciârunt, *Petr. Albin.* in der Meiſniſchen LandChronick *tit.* 16. *in fin.* vſuuè contrario id per-

perdiderunt, *Arnis. 2. d. iurib. mai. c. 2. n. 3. Schurff. conſ. 29. cent. 3. n. 1.* Vnde in Moguntino, Treuerenſi, & Colonienſi Electoratibus, quibuſdam ſolummodò in caſibus denegata vel reſtricta eſt prouócatio, *Vt patet ex tom. 6. Symphor. c. 1. §. 1. 2. 3. 5. Petr. Frider. Mindan. lib. 1. in fin. tit. de priuil. quorund. Imp. Statuum.* Sicut etiam in Electoratu Palatino ad certam ſummam per ſpecialia priuilegia recentiora appellationes redigi Electores paſsi ſunt, magis fiduciâ iuſtitiæ ſuæ, *Vt loquitur Freher. de tut. cur. teſt. c. 12. num.* 10. quàm neglectu juris ſibi competentis. Priuilegium tamen A. B. modernus Sereniſsimus Bauariæ Elector, Cæſaris ſcitu reaſſumpſit, Reuiſionis Iudicium in Aulâ ſuâ ſimul inſtituendo. Nec diu eſt, quòd etiam Brandeburgici illud per conceſsionem Imperialem recuperauerint, *Heig. 1. q. 4. n. 32. Symphor. d. c. 1. n. 7.* Ipſi verò Electores in cauſis ad Cameram in primâ Inſtâtiâ pertinentibus, benè conueniri poſſunt,

Vt oſtendit Thom. Michaël de iuriſd. concl. 26. e. quia Bulla facit mentionem ſubditorum tantùm, non ipſorum Electorum. Eodem priuilegio de non appellando gaudent Auguſtiſsimi Archiduces Auſtriæ, quorum etiam perſonæ propriæ excipiuntur in Cõſtit. Caroli V. von gerechtigkeit deß Hauß Oeſterreich. § . 10. *ibi:* daß ſie vmb keine ſach ſchuldig ſein vor dem Reich zu recht zuſtehen / ſonder ſie mögen einen jhrer Lehenleütt ſetzen / vor denſelben ſollen ſie dem Rechten gehorſam vnd ſtatt thun. *quam conſtit. in Comit. VVormat. anno* 1622. *promulgatam dicit Cuſpin. in Auſtr.* qui ijdem etiam poſt Electores primas & proximam à dextrâ eorum ſeſsionẽ tenent, & in multis nõ modò pares, ſed etiam ſuperiores Electoribus habentur. *Sixtin. d. regal. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 30. *& ſeqq.*

Priuilegium de non appellando habent quoq; Illuſtriſsimi Duces VVürtenbergenſes, Dux Burgundiæ, Principes Lotharingiæ, & Groninga Fri-

ſiæ,

ſiæ, *de quib. Vid. Dn. Beſold. d. num.* 19. *Arniſa. d. iur. maieſt.* 2. *c.* 2. *n.* 3. Statibus quoq; & Imperij ciuitatibus, de non niſi intra certam ſummam ab ijs appellando, priuilegia ab Imp. ipſis conceſſa enumerat Frider. Mindan. *d. l.* 1. *d. proceſſ. extrah. in fin. Guil. Rodingus d. iurisd. Cam. lib.* 1. *tit.* 20. *n.* 27. *&sqq; ad fin. VVehner. in Symphorem. tom.* 6. Cauſa huius priuilegij eſt, ne lites, ob multitudinem, fiant immortales, vtq; Imp. litium componendarum onere minùs grauatus, expeditior liberiorq; ſit, ad maiora Reip. munia ſubeunda. Omnimodam autem prouocationem abdicare, ſaluo Imperij iure Princeps nō poteſt. Vnde quòd Carolus IX. G. R. matris conſilio, vt putabatur, nimium audiens, Carolum Lotharingum iure maieſtatis in Ducatu Barrenſi donare niſus eſt: in eo non magis iudicatus eſt maieſtati detrahere voluiſſe, quàm Iohannes Rex, quòd Eduardo Anglo Aquitaniam totam ſine prouocatione, pacto Carnutenſi, ceſſerat. *Arnis. d. l.* 2, *c.* 4. *n.* 5.

TIT. XII.
DE CONGREGATIONE *Principum*.

HOſce annuos & ſolennes, atq; adeò perſonales (quod tamen non obſeruatur) Principum Electorum Conuentus, quatuor ſeptimanis à feſto Paſchæ, in aliquâ Ciuitate Imperiali; non vno luſtro à conditâ Bullâ durâſſe, putat Freher. *d. c.* 12. *n.* 11. Licet autem temporis determinatio ſit remiſſa: ipſa tamen rei ſubſtantia hactenus retenta iugiter fuit, confirmataq; ſubſequentibus Impp. Capitulationibus. *Goldaſt.* inn Politiſchen Reichshändlen. *part.* 8. *cap.* 3. Ita ſub Rudolpho II. Imp. *anno* 1611. Noribergæ, & pòſt ob Bohemicum incendium Mülhuſij conuenerunt Electores. Indè enim vel maximè Electoralis dignitatis (vt olim Conſulum apud Romanos, *quos eo nomine exaltat Polyb. lib.* 6.) ſublimitas cognoſcitur, quòd Princi-

pes

pes eâ condecorati, abſque ſpeciali veniæ impetratione, Conuentus pro ſalute & incolumitate Reip. in Germaniâ indicere poſſunt, *text. hic.* tractaturi de arduis & grauiſsimis quibusq; Imperij negotijs. Quâ in re longè ſuperiores ſunt reliquis Imperij Principibus, qui de ſublimi hoc jure nihil participant, *Bocer. d. iurisd. cap.* 8. *n.* 76. ſicut & in alijs regnis ij, qui clauum Reip. tenent, ſedulò aduertere ſolent, ne inſcijs ipſis Conuentus aut Comitia habeantur, vt in Hiſpaniâ, Bohemiâ, Neapoli, *Bodin. d. rep.* 3. *c.* 7. *Heig. d. q.* 4. *n.* 44. propter periculum, quod in Decemuiris Liuius *lib.* 3. & in rebellione Gallorũ notauit Tacitus. Ita namque Ciuitates Lombardiæ, Marchiæ, Romandiolæ, nactæ priuilegium â Friderico I. Imp. retinendi & renouandi, quod inter ſe conſtituerant fœdus, *c. fin.* §. *item ſocietat. d. pace Conſtant.* abuſæ libertate conceſsâ, contra Fridericum II. mutuis iuramẽtis *an.* 1226. ſeſe obſtrinxerunt, *Sigon. lib.* 17. *hiſt. Ital.*

Vnde ipſi quoque confœderati Heluetij, particulares Conuentus ſeditionis vitandæ gratiâ interdixerunt, in fœdere Stanceníi, quod vocant, die vorkomnus zu Stanntz der Acht allen orthen. Nec iniuriâ accuſare potuit Carolus V. Principes Germaniæ, quòd in Conuentu Noribergenſi *anno* 1524. decretum ſine authoritate Imp. in detrimentum Reipub. feciſſent, & nouum Conuentum Spiram inſcio Imp. indixiſſent. *Sleid. lib.* 4. Optimè Romulus, licet multa alia Senatui & populo conceſsiſſet, maieſtatem redolentia: populum tamen conuocandi, Senatúmq; cogendi poteſtatem ſibi ſoli reſeruauit, *Dion. Halicarn. lib.* 2. Idem habet Rex Angliæ; & licet Proceres Henricum III. ad Parlamenta indicenda ſubindè cogere quaſi niterentur, is tamen vires ſuas eorum poſtulatis minores intelligens, importunitatem eorum, prorogatis de anno in annum Comitijs, ſæpiùs eluſit. *Smith.* 2. *reip. Angl. c.* 3. In Galliâ Capetingi quoq; jus Comi-

Comitiorum aboleuerunt, ſubrogato mercenario parlamento. Ideò Henr. IV. G. R. cùm Curia Paris. ſuam de pace ſententiam acceptare recuſaret, reſpondit: *Ie ſuis Roy, ie veux eſtre obey en Roy. P. Matthieu en l' hiſt. de la paix. Arnis. d. iur. mai. 2. c. 4. in fin.*

Verùm ante A. B. Electoribus quoque nunquam licuiſſe ſine Imperatoris permiſſu Conuentus agere, probat Arumæ. *d. Comit. cap. 2. n. 21. & 28. qui in ſeqq. à n. 32. reliquas particulares Conuentuum ſpecies enumerat.* Nec tamen etiam Conuentus Naumburgicus, pro fœdere hæreditario inter Brandeburgicam, Saxonicam, & Haſsiacam Domũ renouando, veniæ impetratione indiget, licet Imp. de eo certior reddi ſoleat; aut Conuentus Confœderatorum Hanſæ. *Dn. Beſold. in Th. Pr. lit. C. n. 23. in fin.* aut Nobilium immediatorum.

S 6 TIT.

TIT. XIII.
DE REVOCATIONE priuilegiorum.

EX hoc titulo colligitur, Imp. poſſe priuilegia aliquibus conceſſa, de plenitudine poteſtatis reuocare, etiamſi conceſſa fuerint perpetuò; *text. hic.* idq; etiam cum jure communi cõuenit. *Schrader. conſ.* 23. *num.* 136. maximè ex causâ iuſtâ & legitimâ, *Felin. in c. nouit. n.* 9. *lim.* 3. & *n.* 12. *extr. d. iudic. Vbi ait, hoc habere locum etiam in priuilegijs alicui propter benemerita ipſius cõceſſis. Schrader. d. l. n.* 137. Reſpub. enim nemini quicquam adimit, ſed ſua tantùm repetit, imò quicquid ſibi impendit, nobis impendit. *Vid. Acac. Enenckel. d. priuil. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 11. maximè verò priuilegia juriſdictionem concernentia, ſuperiori non præiudicant, ſed ſemper reuocari poſſunt, cùm cenſeatur excepta authoritas ſuperioris, & conceſſa, niſi eius authoritate, non poſ-

ſint exerceri, quia in eo reſidet ſuprema poteſtas inſeparabilis, vnde juriſdictio ſuperior dicitur influere in ſecundariam vel inferiorem juriſdictionem, & ſuperior poteſt jurisdictiones aliorum ſupprimere, non modò ſingularum perſonarum, ſed etiam Ciuitatum, *Vt not. in l. omnes populi. per Dd. de iuſtit. & iur.* Iacob. Thoming. *Vol. 1. conſ. 24. quaſt. 2.* vbi id ampliat & probat valere, etiamſi in contractum abierint hæc priuilegia. Si enim ſuperior juriſdictionem ſubdito ſemel conceſſam reuocare non poſſet, ſequeretur, quòd illi per indirectum ſubtrahi poſſet jus obedientiæ & ſuperioritatis: id quod fieri nec poteſt nec debet, ne hac ratione imperium vel regimẽ deſtruatur. *auth. quomo. oport. Epiſc. & cat. cler. in pr. collat. 4. Franciſ. Aretin. in c. nouit. col. 3. ad fin. d. iudic.* Priuilegij enim interpretatio non debet verti contra autorẽ. *l. ſi iudex. Vbi Br. & Bl. d. minor. l. amiciſſ. d. adminiſt. tut.* qppe qui in generali locutione cõprehenſus non putetur,

tetur. *c. quiſquis. de prabend.* Nec admittenda interpretatio, quæ ad abſurda poſsit deduci. *l. nam abſurdum. iunct. l. praced. in fin. d. bon. libert. l. obſeruare. §. poſthac. d. offic. proconſ. & leg.* abſurdum autem eſt putare, aliquē tantæ eſſe vecordiæ, vt vel ſubditos ſibi pares facere, vel ſe imperio priuare velit, imprimis cùm iureiurando eius rei poteſtate ſeſe abdicârit, nec iuriſdictiones ſupremæ & ſacra ſanctorum ſint in marſupio Principis, *dicente Rol. à. Valle conſ.* 1. *n.* 115. *Vol.* 2. vt pro eius lubitu prodigi poſsint. *Paurm.* 1. *d. iuriſd. c.* 21. *n.* 11. *lib* 2. *c.* 4. *n.* 56. *Arniſ. d. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 4. Reuocari etiam priuilegia poſſunt, ſi priuilegiati delictum aliquod grande & atrox contra Principem admiſerint. *Rauchb.* 2. *q.* 11. *n.* 79. *Vbi plures caſus enumerat.*

TIT.

TIT. XIV. & XVII.
DE HIS QVIBVS VT INDIgnis auferuntur bona feudalia, & de diffidationibus.

DIſſidationum jus, quod hîc certo modo (ſi nimirum per 3. dies naturales diffidato perſonaliter, vel publicè fuerit intimata) conceditur, quodq; Guido Papæ ex antiquiori aliquâ lege Imperiali deducit, *deciſ.* 191. vti eſt bonis moribus & Paci publicæ (*de quâ vidend. Gail. ſing. tr.*) ſummè inimicũ, ideoq; à Theologis jam tum reprobatum, *Nicol. Cuſan. 3. d. Concord. Cathol. cap.* 3. ita penitiſsimè ſublatũ modò è rep. eſſe *per Conſtit. Maximil. I. d. P. P. anno* 1494. *rubr.* Fridbott. *&* R. A. *d. anno* 1521. *in fin. pr. & in ſpecie cap.* 17. *hic quoad aliqualem permiſsionem diffidationum, per Conſtit. Frid. III. de pace quinquenn. quã habet Goldaſt.* in Reichs-ſatzung

ſatzungen. *fol.* 183. tanquam ſpeciem pacis publicæ, *Gilmann. ſymphor. ſuppl. tom. 2. part. 1. Vot.* 14. *n.* 4. nemo ignorat. Hodiè enim poſt Pacem publicã & perpetuam, delictum diffidationis facit ipſo jure incidere in bannum Imperiale, quod priuat bonis, *Vt eſt text. in Conſtit. Caroli V.* vom Landfrid. *c.* 3. von Pœn der Landfridtbrecher. priuatorumq́ diffidationes, receptatores etiam & complices, ac ſcriptores literarum diffidatoriarum, pœnâ gladij puniuntur. P. H. O. *art.* 128. & *ſeq.* R. A. *d. ann.* 48. & 94. Olim verò legibus illæ non omninò prohibebantur, ſed tantùm nimia licentia certis finibus coërcita erat, & ex pacto quoq́ concedebantur. Kurtzer Bericht inn ſachen Sayn *contra* Trier *in docũ. f.* 24. *Vid. Caſp. Lerch. d. Ord. Equeſtr. German. fundam.* 2. *fol.* 106. & *ſeqq. Lehmann. in Chron. Spir. lib.* 5. *c.* 29. *lib.* 7. *c* 27. 66. 67. 69. Et propriè diffidatio erat, Wann einer einem abſaget/ oder jhme Feindſchafft zuſchreibet/ oder Brandzeichen ſte=

ſteckt/ vnnd jhne mit Raub / Brand / Mord / zubeſchädigen betrohet / vnd befehdet/ *Bocer. tr. hac de re ſing. c.* 1.*n*.4. Hîcq; qui vnum ex propinquis, omnes aduerſos habebat; vnde Tacitus *de Germa.* ſuſcipere tam inimicitias ſeu patris ſeu propinqui, quàm amicitias neceſſe eſt, inquit. Exempla paſsim extant, præcipuè apud Gregor. Turonenſ. *lib.* 5. *c.* 5. & 32. *lib.* 6. *c.* 17. *lib.*7. *c.* 47. *lib.* 8. *c.*18. *lib.* 10. *c.*27. Diffidatio tamen differt à crimine fractæ pacis pub. quod præſenti, armatâ vi jam flagrante inferri conſueuit, quā diffidatio in futurū differt. *Mindan.d. proceſſ.* 1.*c.*25.§.2. Propriè verò diffidatio competit inter eos, qui neminem recognoſcunt ſuperiorem, niſi Devm & gladium, *Chaſſana. in proœm. Conſuetud. Burg. ad Verb. par la grace de Dieu. Rebuff. Conſtit. Reg. tom.* 2. *Vbi benef. ante Vacat. art.* 2. inter quos in bello vindicatorio vel inuaſiuo, diffidatio ſiue denunciatio omninò eſt neceſſaria; aliàs bellum eſt iniuſtum, *Gail.* 1. *d. P. P.* 4. *num.* 41. & *ſeq. Alber. Gen-*

Gentil. 2. d. iure bell. 1. imò latrocinium & ferina prædatio, *l. hoſtes.* 118. *d. V. S. l. hoſtes.* 24. *de captiu. & poſtlim. reuerſ. Alb. Gentil. d. tr. lib.* 1. *c.* 7. *Vid. Hugo. Groti.* 2. *d. iure belli & pac.* 1. adeò vt in tales ſi capiuntur, vt latrones animaduerti poſsit. *Dn. Beſold.* 7. *Polit. theſ.* 21. §. 3. *Vbi docet, hoc ius Geneuenſes prætendiſſe, cùm aliquot Sabaudos, ſcalis de noctu Vrbem ſuam ſuperare volentes, morti addixiſſent.* Peccauit igitur Alexander Magnus, pleráq; bella non indicens, ſed ſubito milite inferens, cui non incommodè Scythicus legatus obiecit: *Tu, qui te gloriaris ad latrones perſequendos venire; omnium gentium, quas adiſti, latro es. Ranzov. lib.* 1. *de bello. cap.* 5. Diffidationum formas paſsim legere licet; in bello Smalcaldico Saxo & Landgrauius epiſtolam teli amento alligatam per adoleſcentem tubicine comitatũ, Cæſari in caſtra miſerunt, bellum ei denunciantes. Cæſar quidem epiſtolam non accepit, latores tamen à ſe dimiſit. *Compoſit. Pac. ICC. Diling. c.* 3. *q.* 17. *n.* 9.

TIT.

TIT. XV.

DE CONSPIRATIONIBVS.

PRohibentur hîc colligationes ſubditorum & miniſterialiũ (Dienſtmänner ſiue vaſallorum, *VVekner. Verb.* Dienſtmann. qui ſimul officium aliquod in familiâ potentiorum adminiſtrant, die bey einem Stifft oder Fürſten ein Erbampt tragen) ſine auctoritate Dominorum ſuorum. Legitimũ enim fœdus inter priuatos contractũ, nec vnquam relatum, nec vnquam reſcriptum eſt, *vt in ſimili loquitur IC. in l. 1. d. Senator.* Tales etiam conſpirationes ſunt ſtultiſsimæ, quia viribus carent, cùm prudentiores ſciant, conſilia debere ad ea dirigi, quæ ſunt poſsibilia. *Ariſtot. 3. Ethic. cap. 3.* Haud tamen contemnendæ ſunt; quia plerunque ex his ſeditiones initium ducunt, ad quas præcauendas Herodes turbas & conſpirationes ſuſtulit, otium abſtulit plebi, eamq́ perpetuis laboribus de

defatigauit, *Ioſeph. lib.* 15. *cap.* 13. *Petr. Gregor. lib.* 11. *de republ. cap.* 11. Excipiuntur ligæ & confœderationes (Erbeinungen / ſiue certus modus belli pacisq; tempore obſeruandus) Principũ & Ciuitatum liberarum, quibus tamẽ non aliter fœdera contrahere *hîc* conceditur, quàm pacis publicæ conſeruandæ gratiâ. *Mynſ.* 2. *o.* 2. & expectatâ declaratione Imperatoris, quam Carolus ſibi ſpecialiter reſeruat, easq; ligas decernit in ſuo vigore manere, donec de his aliud duxerit ordinandũ, *text. hîc.* Excipitur item fœdus commerciorum, quale eſt Ciuitatum Hanſeaticarum, contra Danos & Cimbricæ Cherſoneſi incolas & Suecos, qui in Holſatiæ, Luneburg. & Saxo. regiones & ciuitates irruebant, initum, *VVarem. ab Erenb.* 1. *d. fœd.* 2. *n.* 44. & approbatum Imperatorum conſenſu, & Receſsibus Imperij *d. ann.* 1542. 44. 48. 55. 57. 66. 76. 82. 94. vid. omninò Dn. Beſ. *tr. d. fœder. c.* 3. *n.* 11. vbi ſimul probat, Ciuitatibus mixti Statûs eandem,

dem, cum liberis ciuitatibus, fœderis ſanciendi poteſtatem competere; tales namq; ſubditæ tantùm ſunt quoad pacta aliqua, & conditiones expreſſas, in reliquis verò liberæ permanent, *vt docet Gail. 2. O. 54. num. vlt.* Cæteris verò, quæ ſuperiorem recognoſcunt, ſecundum nouiſsimas Imperij Conſtitutiones, non niſi conſenſus Magiſtratûs ordinarij accedat, vel more maiorum ita receptum ſit, alterius protectioni ſaltem ſe ſubijcere licet, R. A. *d. ann.* 1548. §. 4. *Thom. Michael diſp. d. iurid. theſ.* 138. *d. e.* quia id ſine iniuriâ, & tumultu fieri nequit.

Quàm latè verò fæderum ius hodiè in Germaniâ extendatur, id internæ Vniones & cum exteris pactæ colligationes magno Imperij malo, conteſtatæ ſunt hactenus, quarum truculentos effectus grauiter in medium producit Cicero *in Oratio. habitâ in Senatu poſt cadem Iulij Cæſaris, vt refert Dion Caßius hiſtor. Rom. lib.* 44. *vbi inter alia habetur:* In id quidem genus rebus nulla ineſt con-

conſtantia, nec qui ſemel præualuit, victoriâ omninò potitus eſt: ſed multi cùm ſuis rebus conſiderent, in calamitatem inciderunt; multi alios vlciſci cupientes, ipſi vnà perierunt. Néque enim, qui rebus aduerſis premuntur, quantumuis iniurijs aliorum ſint expoſiti, ſemper eam ſortem perferunt: neq; potentia, vtcunq; aliquandiu perduret, ſemper proſpero ſucceſſu vtitur: ſed vtrumq; inopinatæ rerum humanarum viciſsitudini, fortunæq; inconſtantiæ obnoxium, ſæpenumero non pro ſuâ ſpe, ſed improuiſâ horum mutatione momenta accipit. His igitur de cauſis, atq; ex ſtudio contendendi (vehemens eſt enim omnis homo, cùm vel affectus eſt iniuriâ, vel affectum ſe eſſe putat) quidam ſupra vires ſuas audaciâ efferuntur, & vltra quàm robore ſuo poſsint, decertandi ſtudio flagrant: aut ſuperaturos ſe ſperantes, aut certè non ſine clade inimici perituros. Atq; hi quidē modò victi, alterniſq; clades accipientes edentesq;

teſq́, partim penitùs pereunt, partim miſerâ, atq́ (vt prouerbio dicitur) Cadmæâ victoriâ potiuntur: tuncq́ demum ſentiunt, ſe malè de rebus ſuis ſtatuiſſe, cùm id nihil iã prodeſt. Quis numerum inire poſsit eius pecuniarũ multitudinis, quam cùm ſocijs ademiſſemus, deos ſpoliâſſemus, ipſi ſuprà quàm facultates noſtræ ferrent, contuliſſemus, contra nos inuicem impendimus? Quis rationem ſubducere queat eius virorum multitudinis, quæ perijt, non quidem reliquorum iſtorũ, ſed Equitum Senatorumq́, quorum vnuſquisq́ bellis exteris vel viuus vel moriens vniuerſam ciuitatem ſeruare potuiſſet? Quæ cùm eiuſmodi ſint, vt neq́ nos prioribus temporibus vnquã ab vniuerſis hoſtibus noſtris tantam perniciem acceperimus, neq́ illis intulerimus, quantâ nos inuicem affecimus: tamen ab ægrè ferendo hæc, curâq́ finem ijs nobis dignum ſtatuendi, ita abſumus, vt gaudeamus inſuper, ac dies feſtos ducamus, horumq́ malo-

rum,

rum authoribus benefactorum nomẽ tribuamus.

TIT. XVI.
DE PFALBVRGERIIS.

AGitur hîc contra ſubditos, qui in dominorum ſuorum terris corporaliter reſidentes, nihilominus alibi ius ciuitatis procurant, ciuitatisq́; libertate & defenſione gaudere cupiunt: vt infra menſem, ſub pænâ centum marcarum auri puri, dimittantur, *text. hic.* Hoc enim multas inter Status rixas & contentiones parere ſolebat, vt patet ex quibuſdam propterea emanatis Conſtitutionibus, *quas habet Goldaſtus*, easq́; nec poſt A. B. ſanctionem omninò ceſsâſſe, teſtatur R. A. *d. ann.* 1512. §. Item alß vnß vnd die Ständ. Etymon vocis Pfalburger in obſcuro eſt, & variè diuinatur, *Vid. Draco. d. patric. c.* 3. *n.* 21. *Dn. Beſ. in. Theſ. Pract. lit. P. n.* 10. *& in. tr. d. iure ordinibusq́; ciu. diſſert.* 2. *cap.* 3. *n.* 5. *VVilhelm. Anton. in Coroll. ſect.* 6. *n.* 2.

TIT.

Tit. XVII.

DE DIFFIDATIONIBVS vid. tit. 14.

Tit. XVIII.

LITERÆ INTIMATIONIS.

SVprà dictum fuit, vacante Imperio Electores conuocari à Moguntino infrà menſem, vt intra 3. menſes continuos, à die in literis expreſsâ compareant; hîc certa Intimationis forma præſcribitur, quam, vt & locū, ac tempus (niſi periculum eſſet in morâ, *Buxtorf. concl.* 20. *lit. f.*) Moguntinus mutare nequit. *Arum hîc.* Conuentus autem iſte vocatur Wahltag / *Paurmeiſt.* 2. *d. iuriſd. c.* 2. *n.* 8. & 200. differens à Collegialtag / quòd illi Rex Bohemiæ intereſſe, huic verò non itidem ſoleat, vt *contra Goldaſtum opinatur Arum. d. Comit. cap.* 2. *n.* 31.

T Tit.

TIT. XIX.

FORMA PROCVRATORII MITtendi per eum Principem Electorem, qui nuncios ſuos ad Electionem faciendam duxerit deſtinandos.

ELectio etiam fieri poteſt per procuratores, *hîc.* quandocunq; ſcil. aliquis Elector iuſto impedimento detentus ipſe comparere nequit, *infrà tit.* 28. §. 6. Hocq; impedimentum etiam juramento, ſi opus fuerit, probandum eſt, *iuxta Canones. c. quia propter.* 42. §. *pen. extr. d. elect.* quod tamen *hîc* vix exigi poterit, cûm Imp. nullam eius faciat mentionem. *arg. Nou.* 18. *c.* 5. *in pr. c. illa denotionis.* 2. *x. ne ſede vacant. Dn. Beſold. in Theſ. Pract. lit. C. n.* 22. Exemplum tamen in R. Bohemię legatis, jurantibus, Regem ſuum juſtâ causâ impeditum, ad electionem in perſonâ venire non potuiſſe, adducit Goldaſt.

in re-

in replicat. pro Imp. fol. 174. ſed id hodiè non obſeruatur. *Buxt. concl.* 22. *lit. d.*

Quodſi tres nuncij ab vno Electore mittantur, vnus tantùm, quippe pro vnico voto, admittitur, vt obſeruatum in electione Caroli V. cùm tres Bohemi, à Ludouico Rege vnà miſsi, triplici voce vnicum votum proferre vellent. Forma verò procuratorij debet continere poteſtatem plenam, liberam, & omnimodam, *vt hîc.* licet aliàs mandatum procuratori dari poſſit, ad certam perſonam eligendam, *c. ſi quis iuſto. §. porrò. d. elect. c. iuſto. § porrò. d. elect. in* 6. veluti VValdemarus Marchio Brandeb. legatum ſuum de Friderico Auſt. nomine ſuo eligendo inſtruxit, eumq́; Ludouicum Bauarum, contra mandatum, eligentem, fame enecauit in carcere, cùm pomum in eius cõſpectum appendi curâſſet, quod tamen tangere non poſſet, omni alio prætereà alimento denegato. *Albert. Cranz. in Saxo. lib.* 9. *c.* 8.

Occaſione horum nunciorum di-

cendum eſt aliquid de præcedentiâ repræſentatiuâ. Et quidem (1) Rex Romanorum, in abſentiâ Imperatoris, cæteris omnibus præfertur; non aliter ac Coadiutor præcedentiam abſentis Ordinarij ſibi vendicat. *Ricc. deciſ.* 578. *n.* 4. (2) Vicarius, abſente Epiſcopo, & exiſtens in actu, ſedet in loco maioris. *can. præcipimus.* 93. *diſt.* *Roman. ſing.* 34. *Chaſſan. in Catal. glor. mund. part.* 4. *conſid.* 46. aliàs præſente Epiſcopo non præcedit Capitulum, *Ricc. deciſ.* 582. (3.) Adminiſtratores in Comitijs Germaniæ ordinarium locum obtinent (4) Legatis quàm maximè incumbit, vt Dominorum ſuorum loca tueantur; vnde Legati Imp. Cardinali Madrucio Tridentino in Cõcilio præferri diu contenderunt; vltimò tamen cedentes. Quod etiam conuenit Aureæ Bullæ *d. tit.* 28. §. 6. vt nuncius Domini ſui ſedem non obtineat, veluti in Comitijs Norimberg. *anno* 1542. Caroli V. Imp. Legati, fratri Ferdinãdo, Regi Romanorum, poſtpoſiti fuerunt,

runt, *Coler. d. Iure Imp. Germ. n.68.* Hoc enim, Rege Romanorum præſente, cũ Oratoribus Cæſaris obſeruatur, vt nõ à latere (quod Electores Principes omnibus alijs, cuiuſcunq; tandem cõditionis & dignitatis exiſtant, excluſis occupant) ſed è conſpectu Regis ſedeant. *Conrad. Brunus d. legat. lib. 5. c. 8.* Et ſuperioris Regis aut Principis Legatum, in concurſu alterius Regis vel Principis inferioris, *αὐτοπροσώπως* præſentis, gradu ei cedere debere exiſtimant nonnulli, *quos allegat Gothofred. d. præced. part. 1. in fin.* Conſentit Petr. Calefactus *d. equeſtri dignit. num. 122.* vbi ait, Ducem Sabaudiæ præcedere quidem Legatos Venetos, nõ verò ipſum Ducem. Diſſentit verò Paſchal. *in Legato cap. 38. & ſeq.* illo tantùm caſu id admittens, vbi Legatus ad Monarcham miſſus eſt inferiorem; nam ibi Legatum cedere oportere ideò, quia quilibet in territorio ſuo ſumm^9 ſit. Sed in noſtro caſu nuncij Electoribus cedunt, quamuis contendant,

vt teſtatur Brunus d. c. 8. ſed benè al
moribus id introductum eſſe dicun
vt legati digniorum, cedant perſo
minùs dignorum, ſiquidem ipſi p
ſentes fuerint, *Quetta conſ.* 1. *n.* 6. *Le*
Chron. Spir. lib. 7. *c.* 124. *n.* 6. Ita Br
deburgicus præponitur legato Sa
nis dignioris, *Hortleder. tom.* 1. *lib.*
30. *quâ de re, Electoribus nempe E*
rumq; legatis, vid. in Receſſu Imp.
ſtant. anno 1507. *Auguſtano* 1559.
Ratisbon. 94. Idēq; ex peculiari
actione *d. ann.* 1566. inter cæter
perij Ordines ſeruari, ſcribit A
deß außführlichen Berichts /
auff den Reichstägen 2c. c
receſſuum ſubſcr
. Lim

TIT. XX.

DE VNIONE PRINCIPAtuum Electorum, & iurium eis connexorum.

Elector nemo eſſe poteſt, niſi qui actu poſſidet Electoratûs bona; ... cùs ac olim ante A. B. *Vid. Arum. hic.* ...fficit ergò poſſidere Electoralia bo-..., etiamſi quis de ijs nondum inue-...tus ſit, ſiue ſit Eccleſiaſticus Elector ...e ſecularis; non tam propter verba ..., *eum qui eſt in poſſeſſ... incipatûs, ... ere quoq; ad iu... ſtatem ... capi...endi, abſq; cont... iti ...* ...âm quòd jus ſu... ori- ...geniti Electori... le- ...uolu... vt ...ſti... m ...r... ra- ... o- ... de ... ri... ce- ... icé, ...

Inueſtitura, quia vaſallus reperitur in poſſeſsione; ſed potiùs appellatur cõfirmatio jam acquiſiti feudi, ſeu renouatio conceſsionis antiquæ. *Aluarot. in c.1. quid ſit inueſtit. & c.1. §. fin. d. feudi cognit.* Vnde nouam, inauditam, & captioſam quæſtionem vocat Freher. *d. ſucceſſ. Elector. ad c. 7. A. B.* quomodo deuoluatur ad Electorum hæredes hoc jus eligendi, ſtatimné apprehensâ poſſeſsione ipſo jure, an verò demum per inueſtituram? *Vid. Buxtorff. differt. ad A. B. concluſ. 85. Vbi probare nititur, hoc idem in alijs Principibus locum habere, Vt etiam ante inueſtituram Vocem in Comitijs habeant, tanquam fructum poſſeſsionis feudi.* Eccleſiaſtici tamen munia in Coronatione Imperatoris ſibi deſtinata, non niſi poſt conſecrationem obire queunt, quia illa Ordinis Epiſcopalis eſſe cenſentur, *Dn. Beſold. d elect. & ſucceſſ. lib. 2. differt. 3. n. 11. in fin.* Epiſcopus autem ante conſecrationem, Epiſcopus haud exiſtit, *Tuſch. lit. E. concluſ. 233.*

TIT.

TIT. XXI.

DE ORDINE PROCESSIOnis inter Archiepiſcopos

DIctum eſt *ſuprà*, quomodo Archiepiſcopi in Conſilio & menſâ ſedere debeant: hîc verò conſtituitur, vt in proceſsionibus, deambulationibus, & cùm Imperialis Curia celebratur, Treuerenſis directè ante Imperatorẽ, ijq; medij inter eos ambulent, quos inſignia regalia deportare continget, alijs duobus Archiepiſcopis loca ſua ſuperiùs aſsignata tenentibus. Si verò ſine inſignijs Rex proceſſerit, idẽ ordo ſeruetur. *hîc.*

TIT. XXII.

DE ORDINE PROCESSIOnis Principum Electorum, & per quos inſignia deportentur.

DVx Saxoniæ Imperialem ſeu Regalem gladium iuſtitiæ vindicẽ,

potiſsimum olim inſigne Impp. *v. Arniſ. d. c. 4. n. 10.* deferens, Regem immediatè præcedit, qui inter ipſum & Treuirenſem medius habetur. A latere dextro Palatinus portans pomum cũ cruce infixâ (ad deſignandum totius mundi Chriſtiani potiſsimum Imperium) & Marchio Brandeburgenſis deferens ſceptrum, antiquiſsimum regiæ dignitatis ſignum, à ſiniſtro latere ipſius Ducis Saxoniæ, linealiter gradiuntur: Rege Bohemiæ Regem ipſum immediatè ſequente. *hic.* Inſignia verò iſthæc vnà cum alijs Clinodijs & ſanctis Reliquijs, quæ olim Imperatores vbiq; concomitari ſolebant, *Auenti. lib. 8. fol.* 395. hodiè Norribergæ aſſeruantur. *Vid. Hartm. Maur. lib. 3. de Coronatio. Caroli V. apud Aquiſgran. & Goldaſt. part.* 6. der Politiſchẽ Reichßhãndel / *fol.* 205. *Vbi ſequentia enumerat, quæ à Norimbergenſibus anno* 1611. auff dem *Collegialtag, Electoribus, Cæſareo Commiſſario, Regijsq; Legatis monſtrata fuerint.* (1) ein ſtuck von der H. Krippen / darinñen die Jungfrauliche Kindbetterin vnd

vnnd Muetter Gottes MARIA, den newgebornen König Chriſtum eingelegt/ vnd Mueterlichen troſt gethon. (2) den arm der H. Frawen S. Anna, der Muetter d' H. Muetter Gottes (3) ein Zahn S. Iohannis deß Vorlauffers vnd Tauffers vnſers HErrn vnnd Hailandts JEſu CHriſti (4) ein ſtuck von dem Klaid S. Johanſen deß Euangeliſten/ deß Jüngers/ den Chriſtus lieb hatte. (5) etliche glider von dreyerlei Ketten/ damit die H. 12. Botten/ S. Peter vnnd S. Paul/ vnd der vorgenannte S. Johannes Euangeliſt/ in jhren gefängnuſſen gekettet worden ſeind.

Folgen etliche ſtuck/ ſo Carolus M. ſoll dahin geſtifft haben.

(1) Seine Kayſerliche Cron/ die vil Heiligthumb vnd Zierd in jhr hat geſchloſſen/ vnd darunter er vil Heiligthumb gewürcket hat (2) ein braune vnd ſchwartze/ vnnd ein weiſſe geweyhete

hete Kleidung / genannt *Dalmatica*, Chormantel (3) deſſelben Kayſer Carls Schwerdt / daß jhm der Engel gebracht / damit er in Göttlicher Krafft in gar vil Streitten / zu Troſt der gantzen Chriſtenheit / mächtigen Sig erhaltẽ (4) deß H. Martini Schwerdt / der ein groſſer Ritterlicher Vorfechter vnd Hauptmann / der groſſen Geſellſchafft / *Thebaeorum* genannt / geweſen: der mit ſeiner Ritterſchafft wol beſchuldet vnd verdienet hat / daß man diß ſein Schwerdt vnder Kayſerlichen Kleinotern vnd Heyligthumb nemen / weiſen / vnd halten ſoll (5) ein ſtuck deß Tiſchtuechs / darauff vnſer HErr JEſus CHriſtus ſein Abendeſſen mit ſeinen Jüngern begangen hat (6) ein ſtuck von einem Schurtzthuech / daß vnſer HErr JEſus CHriſtus zu waſchung der Füß ſeiner Jünger für ſich geſpannet hat. (7) vonn der Dornen Cron / acht Dörner inn drey Monſtrantzen / ſo das würdige Haupt vnſers Seeligmachers verwundet haben

(8) ein

(8) ein groſſes ſtuck deß H. Creutzes (9) das H. Eiſen deß Speers / ſo geöffnet hat die Seitten vnſers HErrn JEſu Chriſti (10) mehr ein groß H. Creutz / dariñen die vorgenandte ſtuck alle jhr behaltnuß haben: Sowohln auch die Bäbſtliche Brieff vñ Bullen / die vber diſes Heyligthumb gegeben worden ſeind. Die geiſtliche Churfürſten / wie auch die Biſchöff von Bamberg vnnd Wien / mit den geſandten Rhäthen / haben ſolche Heiligthumb mit groſſer verwunderung / *reuerenz*, andacht / vnd demueth / verehrt / mit jren Ringen / Armbändern / Ketten ꝛc. berührt; vnnd ſagte der Biſchoff von Wien / nach gehaltner Andacht / zu den 7. Herrn deß Raths: wann jhm die Nürnberger ein groß gulden Gefäß geſchenckt hetten / ſolte es jhme nicht ſo lieb ſein / als die anſchawung oberzehlter Heyligthumb.

Pretioſiſsima hæcce ſacri Rom. Imperij Cimelia, tempore Huſsitici belli à Sigiſmundo Imp. Noribergam tranſ-

cendum eſt aliquid de præcedentiâ repræſentatiuâ. Et quidem (1) Rex Romanorum, in abſentiâ Imperatoris, cæteris omnibus præfertur; non aliter ac Coadiutor præcedentiam abſentis Ordinarij ſibi vendicat. *Ricc. deciſ.* 578. *n.* 4. (2) Vicarius, abſente Epiſcopo, & exiſtens in actu, ſedet in loco maioris. *can. præcipimus.* 93. *diſt. Roman. ſing.* 34. *Chaſſan. in Catal. glor. mund. part.* 4. *conſid.* 46. aliàs præſente Epiſcopo non præcedit Capitulum, *Ricc. deciſ.* 582. (3.) Adminiſtratores in Comitijs Germaniæ ordinarium locum obtinent (4) Legatis quàm maximè incumbit, vt Dominorum ſuorum loca tueantur; vnde Legati Imp. Cardinali Madrucio Tridentino in Cõcilio præferri diu contenderunt; vltimò tamen cedentes. Quod etiam conuenit Aureæ Bullæ *d. tit.* 28. §. 6. vt nuncius Domini ſui ſedem non obtineat, veluti in Comitijs Norimberg. *anno* 1542. Caroli V. Imp. Legati, fratri Ferdinãdo, Regi Romanorum, poſtpoſiti fuerunt,

runt, *Coler. d. Iure Imp. Germ. n.*68. Hoc enim, Rege Romanorum præſente, cũ Oratoribus Cæſaris obſeruatur, vt nõ à latere (quod Electores Principes omnibus alijs, cuiuſcunq; tandem cõditionis & dignitatis exiſtant, excluſis occupant) ſed è conſpectu Regis ſedeant. *Conrad. Brunus d. legat. lib.* 5. *c.* 8. Et ſuperioris Regis aut Principis Legatum, in concurſu alterius Regis vel Principis inferioris, αὐτοπροσώπως præſentis, gradu ei cedere debere exiſtimant nonnulli, *quos allegat Gothofred. d. praced. part.* 1. *in fin.* Conſentit Petr. Calefactus *d. equeſtri dignit. num.* 122. vbi ait, Ducem Sabaudiæ præcedere quidem Legatos Venetos, nõ verò ipſum Ducem. Diſſentit verò Paſchal. *in Legato cap.* 38. *& ſeq.* illo tantùm caſu id admittens, vbi Legatus ad Monarcham miſſus eſt inferiorem; nam ibi Legatum cedere oportere ideò, quia quilibet in territorio ſuo ſumm' ſit. Sed in noſtro caſu nuncij Electoribus cedunt, quamuis contendant,

vt teſtatur Brunus d. c. 8. ſed benè alij moribus id introductum eſſe dicunt, vt legati digniorum, cedant perſonis minùs dignorum, ſiquidem ipſi præſentes fuerint, *Quetta conſ.* 1. *n.* 6. *Lehm. Chron. Spir. lib.* 7. *c.* 124. *n.* 6. Ita Brandeburgicus præponitur legato Saxonis dignioris, *Hortleder. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 30. *quâ de re, Electoribus nempe Electorumq; legatis, vid. in Receſſu Imp. Conſtant. annò* 1507. *Auguſtano* 1559. & 82. *Ratisbon.* 94. Idéq; ex peculiari transactione *d. ann.* 1566. inter cæteros Imperij Ordines ſeruari, ſcribit Author deß außführlichen Berichts / wie es auff den Reichstägen ꝛc. *cap.* 5. *idq; in plerisq; Receſſuum ſubſcriptionibus animaduertere licet.* Limita tamen, ſi cum ſuperioris Legato concurrat inferioris gradus Princeps; vnde fruſtrà Dux Iohañes Cliuenſis in inauguratione Caroli V. Imp. *anno* 1520. Legatis Electoris Saxoniæ præferri voluit. *Vid. Sleidan. lib.* 2. *circa fin.*

Tit.

TIT. XX.

DE VNIONE PRINCIPAtuum Electorum, & iurium eis connexorum.

ELector nemo eſſe poteſt, niſi qui actu poſsidet Electoratûs bona; ſecùs ac olim ante A. B. *Vid. Arum. hic.* ſufficit ergò poſsidere Electoralia bona, etiamſi quis de ijs nondum inueſtitus ſit, ſiue ſit Eccleſiaſticus Elector ſiue ſecularis; non tam propter verba hîc, *eum qui eſt in poſſeſsione Principatûs, debere quoq; ad ius, vocem, & poteſtatem eligendi, abſq; contradictione admitti:* quàm quòd ius ſucceſsionis ad primogenitos Electorum hæredes, vi legis publicæ deuoluitur & recidit, ita vt ſollennitas Inueſtituræ apud Regalem Aulam vel Curiam eis parata, & gratuita debeatur, *infrà tit. 26. in pr.* ſi modò illa inueſtitura dicenda eſt, cùm de feudo antiquo non dicatur propriè

Inueſtitura, quia vaſallus reperitur in poſſeſsione; ſed potiùs appellatur cõfirmatio jam acquiſiti feudi, ſeu renouatio conceſsionis antiquæ. *Aluarot. in c. 1. quid ſit inueſtit. & c. 1. §. fin. d. feudi cognit.* Vnde nouam, inauditam, & captioſam quæſtionem vocat Freher. *d. ſucceſſ. Elector. ad c. 7. A. B.* quomodo deuoluatur ad Electorum hæredes hoc jus eligendi, ſtatimné apprehensâ poſſeſsione ipſo jure, an verò demum per inueſtituram? *Vid. Buxtorff. diſſert. ad A. B. concluſ. 85. Vbi probare nititur, hoc idem in alijs Principibus locum habere, Vt etiam ante inueſtituram Vocem in Comitijs habeant, tanquam fructum poſſeſsionis feudi.* Eccleſiaſtici tamen munia in Coronatione Imperatoris ſibi deſtinata, non niſi poſt conſecrationem obire queunt, quia illa Ordinis Epiſcopalis eſſe cenſentur, *Dn. Beſold. d elect. & ſucceſſ. lib. 2. diſſert. 3. n. 11. in fin.* Epiſcopus autem ante conſecrationem, Epiſcopus haud exiſtit, *Tuſch. lit. E. concluſ. 233.*

TIT. XXI.

DE ORDINE PROCESSIOnis inter Archiepiſcopos

DIctum eſt *ſuprà*, quomodo Archiepiſcopi in Conſilio & menſâ ſedere debeant: hîc verò conſtituitur, vt in proceſsionibus, deambulationibus, & cùm Imperialis Curia celebratur, Treuerenſis directè ante Imperatorē, ijq́ medij inter eos ambulent, quos inſignia regalia deportare continget, alijs duobus Archiepiſcopis loca ſua ſuperiùs aſsignata tenentibus. Si verò ſine inſignijs Rex proceſſerit, idē ordo ſeruetur. *hîc.*

TIT. XXII.

DE ORDINE PROCESSIOnis Principum Electorum, & per quos inſignia deportentur.

DVx Saxoniæ Imperialem ſeu Regalem gladium iuſtitiæ vindicē,

 potiſ-

potiſsimum olim inſigne Impp. *V. Arniſ. d. c. 4. n.* 10. deferens, Regem immediatè præcedit, qui inter ipſum & Treuirenſem medius habetur. A latere dextro Palatinus portans pomum cũ cruce infixâ (ad deſignandum totius mundi Chriſtiani potiſsimum Imperium) & Marchio Brandeburgenſis deferens ſceptrum, antiquiſsimum regiæ dignitatis ſignum, à ſiniſtro latere ipſius Ducis Saxoniæ, linealiter gradiuntur: Rege Bohemiæ Regem ipſum immediatè ſequente. *hic.* Inſignia verò iſthæc vnà cum alijs Clinodijs & ſanctis Reliquijs, quæ olim Imperatores vbiq; concomitari ſolebant, *Auenti. lib* 8. *fol.* 395. hodiè Norībergæ aſſeruantur. *Vid. Hartm. Maur. lib.* 3. *de Coronatio. Caroli V. apud Aquiſgran.* & *Goldaſt. part.* 6. der Politiſchẽ Reichßhändel / *fol.* 205. *Vbi ſequentia enumerat, quæ à Norimbergenſibus anno* 1611. auff dem *Collegialtag, Electoribus, Cæſareo Commiſſario, Regiſq; Legatis monſtrata fuerint.* (1) ein ſtuck von der H. Krippen / darinnen die Jungfrauliche Kindbetterin

vnd

vnnd Muetter Gottes MARIA, den newgebornen König Chriſtum eingelegt/ vnd Mueterlichen troſt gethon. (2) den arm der H. Frawen S. Anna, der Muetter d' H. Muetter Gottes (3) ein Zahn S. Iohannis deß Vorlauffers vnd Tauffers vnſers HErrn vnnd Hailandts JEſu CHriſti (4) ein ſtuck von dem Klaid S. Johanſen deß Euangeliſten/ deß Jüngers/ den Chriſtus lieb hatte. (5) etliche glider von dreyerlei Ketten/ damit die H. 12. Botten/ S. Peter vnnd S. Paul/ vnd der vorgenannte S. Johannes Euangeliſt/ in jhren gefängnuſſen gekettet worden ſeind.

Folgen etliche ſtuck/ ſo Carolus M. ſoll dahin geſtifft haben.

(1) Seine Kayſerliche Cron/ die vil Heiligthumb vnd Zierd in jhr hat geſchloſſen/ vnd darunter er vil Heiligthumb gewürcket hat (2) ein braune vnd ſchwartze/ vnnd ein weiſſe gewey-

hete Kleidung / genannt *Dalmatica*, Chormantel (3) deſſelben Kayſer Carls Schwerdt / daß jhm der Engel gebracht / damit er in Göttlicher Krafft in gar vil Streitten / zu Troſt der gantzen Chriſtenheit / mächtigen Sig erhaltẽ (4) deß H. Martini Schwerdt / der ein groſſer Ritterlicher Vorfechter vnd Hauptmann / der groſſen Geſellſchafft / *Thebaorum* genannt / geweſen: der mit ſeiner Ritterſchafft wol beſchuldet vnd verdienet hat / daß man diß ſein Schwerdt vnder Kayſerlichen Kleinotern vnd Heyligthumb nemen / weiſen / vnd halten ſoll (5) ein ſtuck deß Tiſchtuechs / darauff vnſer HErr JEſus CHriſtus ſein Abendeſſen mit ſeinen Jüngern begangen hat (6) ein ſtuck von einem Schurtzthuech / daß vnſer HErr JEſus CHriſtus zu waſchung der Füß ſeiner Jünger für ſich geſpannet hat. (7) vonn der Dornen Cron / acht Dörner inn drey Monſtrantzen / ſo das würdige Haupt vnſers Seeligmachers verwundet haben

(8) ein

(8) ein groſſes ſtuck deß H. Creutzes (9) das H. Eiſen deß Speers / ſo geöffnet hat die Seitten vnſers HErꝛn JEſu CHriſti (10) mehr ein groß H. Creutz / dariñen die vorgenandte ſtuck alle jhr behaltnuß haben: Sowohln auch die Bäbſtliche Brieff vñ Bullen / die vber diſes Heyligthumb gegeben worden ſeind. Die geiſtliche Churfürſten / wie auch die Biſchöff von Bamberg vnnd Wien / mit den geſandten Rhäthen / haben ſolche Heiligthumb mit groſſer verwunderung / *reuerenz*, andacht / vnd demueth / verehrt / mit jren Ringen / Armbändern / Retten ꝛc. berührt; vnnd ſagte der Biſchoff von Wien / nach gehaltner Andacht / zu den 7. Herꝛn deß Raths: wann jhm die Nürnberger ein groß gulden Gefäß geſchenckt hetten / ſolte es jhme nicht ſo lieb ſein / als die anſchawung oberzehlter Heyligthumb.

Pretioſiſsima hæcce ſacri Rom. Imperij Cimelia, tempore Huſsitici belli à Sigiſmundo Imp. Noribergam tranſ-

lata fuère ob cauſas, quas indicant Summi Pontifices, Martinus V. Pius II. & Nicolaus V. in ſuis Bullis: *quòd Imperialis Ciuitas Norimbergenſis, Bambergenſis Diæceſis, præ cæteris illarum partium Imperialibus Ciuitatibus, oppidis ac locis, potens, inſignis, ac famoſa, Eccleſiaſtico decore conſpicua, Chriſtianæ fidei deuotiſsimis etiam Vtriusq; ſexus Zelatoribus præpollens.* Voluère autem SS. PP. atq; Imp. Sigiſmundus, vt cuſtodia hęc perpetuo iure Ciuitati iſti ſtabiliretur, ſed appoſitâ hac conditione: *niſi forſan*, vt inquiunt SS. Pontifices, *quod DEVS auertat, contingeret, populum illius à fide deuiare Catholicâ*; pariter ac Philippus Rex Hiſpaniarum cum eâ conditione prouincias Belgicas in Archiduces Auſtriæ tranſtulerat, vt ſi aliquis ex eorũ hæredibus fieret hæreticus, hoc ipſo priuaretur adminiſtratione, poſſeſsione, ac proprietate iſtarum prouinciarum. *R. P. Martin. Becanus in Manuali controuerſ. lib. 5. cap. 15. n. 24.* Solebant enim anteà quotannis ſanctiſsimæ iſtæ reli-

reliquiæ populo, magnâ cum veneratione, publicè oſtendi, quod poſteà cũ Catholicâ fide Norimbergę defecit, & hactenus ardentiſsimis ſuſpirijs à Catholicis, ſed fruſtrà, iterum fuit expetitum. *Vide Chriſtian. Erdmann. in Relatione Hiſtorico-Paraneticâ de SS. Sacri Rō. Imperij reliquijs & ornamētis. De Imperatoris inſignijs vid. etiam Sichard. ad rubr. C. quæ res vendi non poſſ.*

TIT. XXIIII.

DE BENEDICTIONIBVS Archiepiſcoporũ in præſentiâ Imperatoris.

HÆ debent primâ die fieri ab eo, qui prior reliquis conſecratus exiſtit, & ſic deinceps; debent enim Archiepiſcopi alijs exemplo prælucere, honere condigno ſe inuicem præuenientes. Eſtq; hic ordo Canonicus, *de quo in 17. diſt. c. vlt. 74. cap. 5.* vt extra Pri-

Primates, inter cæteros Epiſcopos comprouinciales nulla Eccleſiarũ dignitatis ratio habeatur, ſed conſecrationis tantùm ordo obſeruetur. Exemplum ponitur vulgò in Iacobo maiore & minore, quorum ille, licet ætate minor, Maior dictus fuit, eò quòd primus ad Apoſtolatum vocatus ſit, *vt tradit Math. de Afflictis deciſ. Neap.* 1. *Bertachin. in tr. d. Epiſcop. part.* 1. *lib.* 4. *q.* 12. *n.* 5. *Decian. reſp.* 19. *n.* 89. *Vol.* 3.

TIT. XXIV.

HActenus enodatæ Conſtitutiones Noribergæ in Comitijs latæ ſunt, ſecùs ac nonnulli putârunt, inter quos etiam eſt ipſe Sigiſmundus Caroli F. *in A. B. apud Goldaſt. tom.* 1. *Conſtit. Imp. fol.* 166. *& in Ration. Conſtit. fol.* 301. *pr.* quaſi tota A. B. Metis ſancita fuiſſet. Nam tantùm quæ ſequuntur leges, promulgatæ ſunt in Curiâ Metenſi *anno* 1656. in die Natalis Chriſti; & pri-

primò quidē ſancitur, quòd Maieſtatis crimen committatur etiam aduerſus Electores, ita vt & filij delinquentis puniantur, *text. hic.* cùm aliàs diſpoſitio *l. quiſquis.* ad Status regni, vel eos, quibus maieſtas à ſuperiori communicata eſt, ita tantùm pertineat, ne pœna extendatur ad filios, *per Afflict. ſuper Feud. tit. quæ ſunt regal. §. & bona committentium crimen. Boſſ. in tr. d. crim. maieſt. Baiard. in addit. ad Clar. §. læſæ maieſt. verſ. & ſciatis. Gomez. Variar. reſol. tom. 3. c. 2. n.* 10 additâ ratione, quòd ipſi ſint pars corporis Imperatoris. *hic, arg. l. quiſquis. 5. pr. C. ad L. Iul. maieſt. de quo crimine vid. tr. Boceri, Gentil. Gig.* Maieſtas enim ſolius eſt Imperatoris, quia Maieſtas vna & ſumma eſt in Imperio, cuius intuitu Regibus alijs in Receſsibus Imperij non Regia Maieſtas, ſed dignitas tantùm, Kőniglich würde/ tribuitur, R.A. *d. ann.* 1526. §. weiter als Kön. Würde in Vngern. 1527. *ibi:* Kön. würde in Engelland. vnde cùm Legatus Regis Daniæ ali-

aliquando in Comitijs Ratisb. diceret, ſe loco & nomine Regiæ Danorũ Maieſtatis votum dare, reprehenſus fuit à Directore qui nullam in eo loco Maieſtatem præter Cæſaream agnoſci regeſsit, *Goldaſt. d. Bohẽ. lib.3.cap.13. num.6.* Vtrum autem Imp. ob communicationem regalium quorundam cũ Principibus, ex Monarchico mixtum ſtatum effecerit: altioris eſt indaginis. Multi diſtinguunt inter indiuiſibile & indiuiſum, in hocq; toto partes vnitas diuiſim inter plures diſtribui poſſe arbitrantur, quemadmodum officia Aedilium, Conſulũ, Cenſorum, Prætorũ, in Maieſtate vnita, inter Magiſtratus diuerſa ſunt. Sed ſciendum eſt, iura maieſtatis non tantùm indiuiſibilia, ſed etiam propria eſſe, & non poſſe ſeparari, niſi cum diſpendio iuris imperandi. Iure enim Maieſtatis inter Principem & ſubditos diuiſo, res tandem ad arma pertinget, neq; deſitum fuerit, priuſquàm ratio imperij & obſequij vtrinq; ſeiuncta conſtiterit. *Boter. 2. d. rep. 11. Tholoſan. 1. cap. 6. Bodin. 1. c. fin.*

fin. Quicquid enim capit diuiſionem, & interitum neceſſe eſt. *Lactant. 1. Inſtit. c. 3.* Nec ſpectandum hîc eſt factū, ſed fiendum. *l. 12. de off. praeſ. Bornit. de maieſt. c. 13. Vbi ait*, Principes Imperij potiùs vſu & effectu maieſtatis gaudere. Multi etiam rationem gubernandi & jus gubernationis confundunt, ac Monarchiam Ariſtocraticè gubernatā (vbi tamen prohibendi jus non eſt penes Ordines) pro mixto ſtatu ſumunt. Sed politicè loquendo; illi ꝓpriè Maieſtas competit, qui neminem ſuperiorem niſi DEVM & gladiū recognoſcit, & Gallis *ſouverain* dicitur, qualis eſt Rex Hiſpaniæ, *vt probat Vaſquius in præfat. cōtrou. Martin. Nouarr. tom. 3. in c. noluit. notat. 3. n. 29.* vt & Galliæ Rex, *id quod oſtendit Bodinus 1. d. rep. c. 8.* Imperator verò per eminentiam vocatur ſacra Maieſtas; in alijs enim, quantumuis abſolutis Principibus, non eſt tanta, quanta eſt in Imp. maieſtas, exemplo ſtellarum, quarum claritas minor eſt quàm ſolis. *Franc. Ripa lib. 2. reſp. c. 26.* Imperator, *ait Veget. 2. c. 5.* cùm Augusti

guſti nomen accepit, tanquam præſens & corporalis Deus, venerandus eſt. Alij reges legatos apud Imp. reſidentes habent: ipſe nullos mittit, niſi ad Pontificem. *Arniſa. d. iur. maieſt. lib.1.c.2.n.fin.* Ipſe in mundo vnicus eſt Imp. & proinde Græcorum Imperatorem aſsimilat ſchacorum Regi Gloſſa *ad c. Venerab de Elect.* alij reges tantùm Regia Maieſtas; & Eliſabetha Angliæ regina in Edictis & patentibus ſuis literis intitulabatur Excellens Maieſtas. *Guyon. lib. 3. des diuerſes lecons. cap. 25. in fin. Vbi tamen refert: ſe vidiſſe plures literas Germaniæ Principum, qui Regem Frãciæ, titulo Sacræ Maieſtatis ſalutârint.*

TIT. XXV.

DE INTEGRITATE PRINcipatuum Electorum ſervandâ.

EXperientia docuit, magis Reip. paci & tranquillitati ſubditorum expedire, vnicum eſſe regem. Roma condita (*Vt inquit D. Hieron. c. in apibus.*

bus. 7. q. 1.) duos fratres ſimul Reges habere non potuit. Communio contentiones inter priuatos excitat, quid non faceret inter Principes? Certè inter liberos Ludouici Pij diuiſiones factæ, prætextu iniquitatis grauiſsima bella concitârunt. *Paſquier. 5. des recherch. cap. 2.* Regnum enim eſt quid perfectum, ſed perfectum eſſe non poteſt niſi vnum; omne ergò indiuiſibile perfectum eſt, quia perfectum nihil diminui poteſt, *Bald. auth. amplius. n.* 8. *C. d. fideicom.* Vnde Euripides ſapientiſsimus Poëta *in Archelao:*

Monarchia, inquit, *Deorum quadam*
vita videtur.
Nam præter immortalitatẽ reliqua habet omnia.
Vni viro, etiam Tyranno, ſubijci pulchrum eſt.

In vnoquoq; Principatu, diuiſio non ſolùm familijs, ſed etiã Imperio damno eſt, ita vt præter nudum dignitatis titulum & nomen vix aliquid reliquũ ſit, *Gail. 2. O. 153. n. 3.* Ideò licet diui-

ſio

ſio in Ducatibus ex conſuetudine Germaniæ notiſsima ſit, *vid. Dn. Beſold. d. elect. & ſucc. lib.* 1. *diſſ.* 6. *n.* 5. *Rencking.* 1. *claſſ.* 4. *c.* 17. *Meichſn. tom.* 2. *deciſ.* 15. niſi vltimâ voluntate parentum diuiſio prohibeatur, & diſpoſitioni paternæ filij ſeſe accommodârint: Reip. tamen & familiæ intereſt, vt quantũ fieri poteſt, vitetur partitio; ex crebrâ enim & aliquoties repetitâ diuiſione, Ducat⁹, Comitat⁹, ſi nõ planè intercidũt, ita tamen attenuantur, vt ſplendorẽ & conditionẽ pro dignitate tueri & aduerſarijs reſiſtere nõ poſsint, nec onera Imperij ferre queant. *Euerhard. à VVeihe in problem. reg. fol.* 116. *verſ. quo caſu. Conſil. Marpurg. Vol.* 3. *conſ.* 35. *num.* 71. *Vid. omninò Reinck. lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 13. *num.* 4. *& ſeqq.* Sic in Italiâ multos Comites, bona ſua, æquis portionibus inter ſe diuidentes, depauperari notat Villamont. *lib.* 1. *c.* 5. *fol.* 18. Contrà Galliam ſufficere potuiſſe ad inſtituendã tuendamq́ Orbis Monarchiam, putat Iohan. Tilius *in Comment. d. reb. Gall. lib.* 2. Si

2. ſi in prioribus duabus familijs regnum indiuiſum primogenito adhæſiſſet; quod poſteà introduxit Hugo Capetus, iure Appanagij conſtituto. *Dn. Beſold. d. tr. d. elect. lib. 1. diſſ. 4. n. 6.* In Electoratibus autem ſecularibus diuiſionem diſertè prohibet A. B. *hîc.* ex analogiâ iuris feudalis, quod feuda dignitatum, vt ſunt Marchionatus, Comitatus &c. diuidi vetat, *cap. imperialem. §. prætereà. de prohib. feudi alienat. per Frider. Ritter. d. homag. cap. 3. num. 54.* In bonis namq; Electoralibus, Electorali dignitati cohærentibus, ſolus ſuccedit primogenitus (*vt ſuprà dictum*) non verò in ijs bonis, quæ alio quàm Electoratûs titulo poſsidentur, *Nic. Betſ. d. pact. illuſtr. famil. cap. 9. f. 605. vide omninò Georg. Euerhardi vol. 1. conſ. 27. per tot.* Quin & quoad ipſa bona dignitatis adijcitur *hîc* conditio, vt primogenitus ſe clementem ac pium erga cæteros ſuos fratres ſororesq; exhibeat, atq; ijs alimentariam aſsignet portionem, arbitrio boni viri, iuxta pa-
tri-

trimonij facultates; intactis ſemper membris Principatûs præcipuis, & Electorali dignitati annexis, quæ vocamus zu der Chur gewidumbt. *Marquard. Freher. d. ſucceſſ. Elector. ad c. 7. hîc. f. 5.* Similes Electoratibus, quoad primogenituram, nonnulli ſunt Ducatus; vt in Ducatu Bauariæ, Brunſuicenſi & VVürtembergenſi primogenitus ſolus ſuccedit, reliquis fratribus alimentatione relictâ. In Haſsiâ duæ ſunt lineæ, Caſſellana & Darmſtatina, & in vtrâq; ius primogenituræ receptũ. *Reinck. d. cap. 13. n. 29. & 34. Hortled. tom. 1. lib. 4. c. 31. f. 726. Vbi de ſucceſſione in primogenit. de quâ etiam ſuprà tit. 7. Vid. Buxt. concl. 85. & ſeq. Illuſtr. & Generoſ. Dn. Franciſc. Maurit. L. B. de Sprinzenſtein & Neühaus &c. in diſſert. Iurid. Polit. de ſucceſſio. ab inteſt. trifariâ, allodiali, feudali, regiâ. concluſ. 32.*

TIT.

TIT. XXVI.
DE CVRIA IMPERIALI & Seßione.

V*id. in text. & Arum. hic. P. de Andlo. 2. cap. 15. vbi Freher. Sumitur autem Curia, pro Comitijs*, Reichßtág. *vid. Buxtorff. hic. conclus. 4. lit. a.*

TIT. XXVII.
DE OFFICIIS PRINCIPVM Electorum in ſollennibus Curijs Impp. vel Regum Rom. vid. in text. & Arum. hic.

HAbent Electores, ſuos Vicarios & ſubofficiarios, qui & ipſi quandoq; in ſolennibus Curijs, in coronaione Regis vel Imp., in Comitijs, & lijs huiuſmodi actibus & panegyricis Conuentibus, vice Electorũ, ſuo quisq; ſsignato officio defunguntur; vt Rex ohemiæ habet den Erbſchencken de

V Lim-

Limpurg: quod officium non vile putatur, cùm apud reges barbaros vsq; hodiè maximæ dignitatis ſit, regi poculũ porrexiſſe, *Ioann. Druſius in fragm. Veter. interpp. Græcor. in Geneſ. cap. 40. fol. 54.* Palatinus habet den Erbtruchſeß de VValpurg; Saxo den Erbmarſchalck von Pappenheimb; Brandeburgicus den ErbCamerer Comitem ab Hohenzollern. Hæreditaria hæcce officia iam fuerunt tempore Caroli M. *vt videre eſt in notis Theod. Douſa ad Logothetam. fol. 88. & apud Freher. d. orig. Palat. lib. 1. cap. 15.* von Erbämptern vñ Hofleben *vid. Goldaſt. d. Bohem. 3. c. 8. Schrader. d. feud. part. 2. cap. 4. n. 54. Gothofr. Anton. diſp. 1. theſ. 7. lit. K. Dn. Beſold. in Th. Pract. verb.* Erbämpter. *& part. 6. conſ. 258. Arumæ. d. Comit. cap. 6. n. 41. & ſeqq. qui idem n. 77. docet, Mareſchallo hæreditario competere etiam ius conuocandi Status*, die Anſage/ *ad iuſſum Cancellariæ Moguntinenſis.* Sed Seneſcalli ſiue Dapiferi dignitas apud Francos inter primas fuit; regiæ enim menſæ præpoſitus

ſitus erat, diplomata regia cum præcipuis familiæ regiæ miniſtris ſubſcribebat, vexillũ regium in acie deferebat, & tandem in Maiorum Domûs locum ſucceſsit. Ad Camerarium, qui & Cubicularius, regiorum theſaurorum cura pertinebat. Hosq; omnes proceres & regiæ familiæ miniſtros, regij quoq; judicij participes fuiſſe probat Lex Ribuar. *tit.* 90. Cancellarij ſummi munus olim Referendarij ſuſtinebant, & annulũ Principis tenebant apud Francos, & ſubſcriptionem regijs literis apponebant, *Gregor. Turon.* 5. *c.* 3. *&* 42. *lib.* 10 *c.* 13. qui apud Romanos ſupplicum deſideria Principi referebant, ſimulq; eius juſsiones & reſponſa exponebant, *Nou.* 10. *&* 113. *Caſsiodor. lib.* 6. *cap.* 7. *Vid. Hieron. Bignon. in not. ad lib.* 1. *Marculfi Monach. fol.* 512. *& ſeqq.* Notandum, Ducis Saxoniæ illud quoque officium eſſe, vt in Campis, in aduentu Imperatoris vel expeditione, omnibus Statibus præferatur, ordinesq; inſtruat; *quâ de re Vid. Hart. Maur. in lib.*

DE ORDINATIONE MENS[Æ]
Imperialis, Auguſtæ, & Elect[oralis]
Vid. tex. & Arum. hic.

QVod hic de primâ coronati[one] apud Aquisgranum, & per [Co]lonienſem Archiepiſcopum cele[branda], & de primâ regali Curiâ apu[d o]pidum Nürenberg habendâ ſanc[itum], quis neſcit iam à longo tempor[e] amplius ſeruari? *Marquard. Fre[her.] tut. cur. teſtam. cap. 12. n. 2. & 3.* coronato fit acclamatio populi more vetuſtiſsimo. Electo Saule [Sa]muel dixit: videtiſne [...] non eſſe ei ſi[...] Tum c[...] viu[...]

et. & nov. Teſtam. cap. 16. quaeſt. 6. ubi, ro ritu inaugurati fuerint Reges Hebrae. Proceſſum Coronationis Ottonis Imp. quisgrani peracta, ex VVitich. lib. 2. deibit Chriſtoph. Lehm. in Chron. Spir. lib. ap. 3. & de Coronatione Imp. ingen. a. Reink. d. regim. ſec. & Eccleſ. lib. 1. cl. ap. 8. Iul. Caſ. Bulenger. d. Imp. Rom. 2. cap. 1. & ſeqq. qui idem cap. 35. de amationibus & plauſu multa habet.

TIT. XXIX.

IVRIBVS OFFICIALIVM, n Principes feuda ſua ab Imp. vel Rege Rom. rec

ſolleni[illegible] [illegible]rijs Im[illegible]

ter al[illegible] pul[illegible]

[illegible] ſoler[illegible]

[illegible] eudi[illegible]

Nic[illegible]

n M[illegible]

ad

V

lib. 2. *cap.* 15. Hodiè verò fieri ſolent in Aulâ Cæſareâ, & quidem non ampliùs per vexillum (de quo ſuprà) ſed per enſem, Electoribus collatione omninò liberâ, alijs verò Principibus pro ſolutione 63. argenti marcarum cum vno fertone ſeu Virdung / i. quartâ parte marcæ, *ex diuinatione Arum. hic.* Et vel hinc ſupremum Imperatoriæ Maieſtatis culmē proſpicere licet, cùm feudum nemo rectè det, vt quis eo vtaturfruatur quocunq; etiam titulo, niſi ſit dominus rei, *t. t. qui feud. dare poſſ.* & *t. t. C. d. reb. alien. nō alien. Chriſtoph. Sturcius in apolog. contra Carol. Suderm. Ducem. fol.* 53. *b.* nam & nouam inueſtituram Imperatorem de bonis Imperij facere poſſe DD. communiter affirmant, *quos referunt* & *ſequuntur Anton. Peregrin. lib.* 1. *de iure fiſci, cap.* 3. *n.* 73. & *Ludolph. Schrader. in tr. d. feud. part.* 4. *c.* 1. *n.* 7. & *ſeq.* niſi inueſtitura vergat in magnum Imperij damnum, *n.* 22. *arg. c. intellecto. extr. de iureiur.* Quę autem ſint pertinentiæ feudorum

Impe-

Imperij, der Reichslehen/ diſputatum fuit in der Freundſpergiſchen ſucceſſionsſach/ *Ubi inter Documenta fol. 69. ſub num. 24. extat* ein *Deſignation* Mündelheimiſcher Reichslehen pertinentien/ wie ſelbige von den Fuggeriſchen extendirt worden:

Bluetban.

(1) Landts Ober: vnd Herzligkeit (2) alle gradus meri Imperij (3) alle Herzſchafft / ſo König VVenceſlaus anno 1398. confirmirt, vnd den Herzogen von Tegg leihen laſſen (4) Statuta, Policey vnd andere ordnung publiciren zulaſſen (5) in gemein Gebott vnd Verbott in allen Sachen die hohe Obrigkeit betreffendt (6) pœnæ deliquentium (7) das glaidt durch die Herzſchafft (8) Schatzungen vnnd Contributionen oder Steüren zun Reichsanlagen (9) Conſtitution der Oberpfleger in Curatorien (10) verordnung der erhaltung / weſentlicher gebäw zu Kirchen Schuelen/ vnnd

andern geiſtlichen ædificijs. Item Cõſtitution d' Wayſenpfleger (11) Schutzgelt von geiſtlichen Gütern vnd Perſonen (12) Einziehung deß Vngelts (13) Taferngelt (14) Abzug vñ nachſteur von den jenigen/ qui ſe alteri Magiſtratui ſubmittunt (15) Straff der jenigen/ ſo mit vnrechter Maß/ Gewicht/ vnd dergleichen ꝛc. vmbgehen (16) aufferlegung Wehr vnd Waffen den Vnderthonen/ außſchaffung der Juden (17) verbott der Vnderthanen ſich hinder kein Juden zubegeben/oder mit jhme zucontrahiren (18) alles ſo in der Kayſerlichẽ Halsgerichts Ordnung für peinlich angezogẽ (19) omnia delicta: Gottsläſterung/ adulterium, Ehrabſchneidung/ periuria, teſtimonia falsa,verzuckung der Marckſtein/ gefährlich vberackern/ vbermärchen/vberzäunen/ vnrecht verzehenden/ vnd in gemein alle Straffen/ ſo von Rechts wegen dem Hencker zuſtraffen gebühren (20) Straff gegen den delinquenten/ mit hinrichtung

vom

vom Leben / mit Rueten außhawen / vnd ſtellung an den Pranger (21) anſtellung der Inquiſition in ſträfflichen Sachen (22) einziehung verdachter Perſonen / vnd nach befundenen dingen die tortura oder ſtreckung derſelben (23) anſtellung ordenlicher Erkandtnuß/vnd deren execution gegen den Maleficanten (24) auffmahnung der Vnderthanen zu apprehenſion vñ cuſtodia der Maleficiſchen Perſonen (25) das Straiffen vnd Sturmſchlagen auff ſchädliche Perſonen (26) wendung der Leibsſtraff in offensâ juſtitiâ in die geltſtraff (27) executio der vrtheil in niderigen Gerichten (28) erkandtnuß der appellation (29) einziehung deß Malefizkoſtens von den Vnderthonen (30) begrabung der jhenigen / ſo ſich ſelbſt entleibt / vnd die inuentierung jhrer Güter (31) Confiſcationes bonorum in den hohen verwürckungen (32) alle Rechten / Nutzungen / vnd Gerechtigkeiten der höhern Oberkeit võ Rechtswegen/&c. per

conſuetudinem, anhängig (33) zuſtehung der Rath: vnd Gerichthäußer/ item Carceres ſiue Cuſtodiæ delinquentium.

Vorſt vnd Wildban.

(1) Wald vnnd Holtzmarcken (2) Rechbergiſche Wäld (3) alle Vorſtliche gerechtigkeit / Ober: vnd Herzligkeit (4) Hagen vnd Jagen in allen Wälden deß Vorſtlichen gezürcks (5) beſtellung der Jäger vñ Vorſtdiener/ item die auffſchwörung derſelben (6) bawung im Vorſt der Häußer gedachtẽ Dienern zu verwahrung deß Zeugs (7) Vorſtordnung vnnd handhabung derſelben gerechtigkeit mit gebürender Straff (8) verbietung allerley Wildpredtſchieſſens oder fahens. Item der Büchſen im Vorſt zutragen / Waldt außzuſtocken / Baum außzuhawen / fruchtbare Baum abzuhawen / außhawung der Imen im Vorſt / der Vogelherdt ꝛc. (9) verleihung der Aichl

vnd

vnnd Wildobs (10) verbietung der Jungen Haw biß auff das 4. oder 5. Laub (11) abſchaffung deß tribs der Gaiß vnd anderer ſchädlicher Thier in die Wäld (12) gebung der ordnung vnd maß in bezäunung der Güter (13) gebott den Vnderthanen / die Hundt mit Pengeln zubeſchweren (14) gebott auff das Jagen die Hundt außzuführen / vorzuſtehen im Jagen / Zeug außzuführen / Hundt auffzuziehen gegen den Vnderthonen (15) ſonſt alle andere Vorſtliche gerechtigkeiten.

Zoll.

(1) Alle gerechtigkeit deß Zolls in genere (2) beſtellung der Zoller / vnd derſelben juramenta (3) einnemung deß Zollgelts (4) ſtraff der vberfahrer deß Zolls (5) nemmung deß Holtzes auß den nechſtgelegnen Wälden zu beſſerung der Straß (6) Zollhäuſer (7) gebrauch deß Zollers alles deß jhenigen / waß dem Zoll von Rechtswegen immediatè anhängig.

Limpurg: quod officium non vile putatur, cùm apud reges barbaros vſq; hodiè maximæ dignitatis ſit, regi poculũ porrexiſſe, *Ioann. Druſius in fragm. veter. interpp. Græcor. in Geneſ. cap. 40. fol. 54.* Palatinus habet den Erbtruchſeß de VValpurg; Saxo den Erbmarſchalck von Pappenheimb; Brandeburgicus den ErbCamerer Comitem ab Hohenzollern. Hæreditaria hæcce officia iam fuerunt tempore Caroli M. *vt videre eſt in notis Theod. Douſæ ad Logothetam. fol. 88. & apud Freher. d. orig. Palat. lib. 1. cap. 15.* von Erbämptern vñ Hofleben *vid. Goldaſt. d. Bohem. 3. c. 8. Schrader. d. feud. part. 2. cap. 4. n. 54. Gothofr. Anton. diſp. 1. theſ. 7. lit. R. Dn. Beſold. in Th. Pract. verb.* Erbämpter. *& part. 4. conſ. 258. Arumæ. d. Comit. cap. 6. n. 41. & ſeqq. qui idem n. 77. docet, Mareſchallo hæreditario competere etiam ius conuocandi Status,* die Anſage/ *ad iuſſum Cancellariæ Moguntinenſis.* Sed Seneſcalli ſiue Dapiferi dignitas apud Francos inter primas fuit; regiæ enim menſæ præpoſitus

ſitus erat, diplomata regia cum præcipuis familiæ regiæ miniſtris ſubſcribebat, vexillū regium in acie deferebat, & tandem in Maiorum Domûs locum ſuccesſit. Ad Camerarium, qui & Cubicularius, regiorum theſaurorum cura pertinebat. Hosq́ omnes proceres & regiæ familiæ miniſtros, regij quoq́ judicij participes fuiſſe probat Lex Ribuar. *tit.* 90. Cancellarij ſummi munus olim Referendarij ſuſtinebant, & annulū Principis tenebant apud Francos, & ſubſcriptionem regijs literis apponebant, *Gregor. Turon.* 5. *c.* 3. & 42. *lib.* 10 *c.* 13. qui apud Romanos ſupplicum deſideria Principi referebant, ſimulq́ eius juſsiones & reſponſa exponebant, *Nou.* 10. & 113. *Caſsiodor. lib.* 6. *cap.* 7. *Vid. Hieron. Bignon. in not. ad lib.* 1. *Marculfi Monach. fol.* 512. & *ſeqq.* Notandum, Ducis Saxoniæ illud quoque officium eſſe, vt in Campis, in aduentu Imperatoris vel expeditione, omnibus Statibus præferatur, ordinesq́ inſtruat; *quâ de re Vid. Hart. Maur. in lib.*

d. coronat. Caroli V. de aduentu ipſius Aquiſgranum.

TIT. XXVIII.

DE ORDINATIONE MENSÆ *Imperialis, Auguſtæ, & Elector.*

Vid. tex. & Arum. hic.

QVod hîc de primâ coronatione, apud Aquiſgranum, & per Colonienſem Archiepiſcopum celebrandâ, & de primâ regali Curiâ apud oppidum Nürenberg habendâ ſancitur; quis neſcit iam à longo tempore non ampliùs ſeruari? *Marquard. Freher. de tut. cur. teſtam. cap.* 12. *n.* 2. & 3. Rege coronato fit acclamatio populi, ex more vetuſtiſsimo. Electo Saule, toti populo Samuel dixit: videtiſné quem Dominus elegit, non eſſe ei ſimilem in populo vniuerſo. Tum clamauit totus populus: Rex viuat. 1. *Reg.* 16. *v.* 24. *Vid. etiam* 3. *Reg.* 1. *Verſ.* 39. & 4. *Reg.* 11. 12. *R. P. Martin. Becan. in Analogiâ*

Vet.

Vet. & noV. Teſtam. cap. 16. quaſt. 6. Vbi, quo ritu inaugurati fuerint Reges Hebræor. Proceſſum Coronationis Ottonis Imp. Aquisgrani peracta, ex VVitich. lib. 2. deſcribit Chriſtoph. Lehm. in Chron. Spir. lib. 5. cap. 3. & de Coronatione Imp. ingen. agit Reink. d. regim. ſec. & Eccleſ. lib. 1. cl. 3. cap. 8. Iul. Caſ. Bulenger. d. Imp. Rom. lib. 2. cap. 1. & ſeqq. qui idem cap. 35. de acclamationibus & plauſu multa habet.

TIT. XXIX.

DE IVRIBVS OFFICIALIVM, dum Principes feuda ſua ab Imp. vel Rege Rom. recipiunt.

IN ſollenibus Curijs Impp. plerumq; inter alia magna & publica negotia, ebant inueſtituræ ſolemnes Principum & Ordinum de feudis Imperij; *de uo genere extat libellus Nicolai Mamerai, d. inueſtit. regalium Mauricij Ducis axo. anno 1548. Freher. ad P. de Andlo,*

lib. 2. cap. 15. Hodiè verò fieri ſolent in Aulâ Cæſareâ, & quidem non ampliùs per vexillum (de quo ſuprà) ſed per enſem, Electoribus collatione omninò liberâ, alijs verò Principibus pro ſolutione 63. argenti marcarum cum vno fertone ſeu Virdung / i. quartâ parte marcæ, *ex diuinatione Arum. hic.* Et vel hinc ſupremum Imperatoriæ Maieſtatis culmẽ proſpicere licet, cùm feudùm nemo rectè det, vt quis eo vtaturfruatur quocunq; etiam titulo, niſi ſit dominus rei, *t. t. qui feud. dare poſſ. & t. t. C. d. reb. alien. nõ alien. Chriſtoph. Sturcius in apolog. contra Carol. Sudorm. Ducem. fol. 53. b.* nam & nouam inueſtituram Imperatorem de bonis Imperij facere poſſe DD. communiter affirmant, *quos referunt & ſequuntur Anton. Peregrin. lib. 1. de iure fiſci, cap. 3. n. 73. & Ludolph. Schrader. in tr. d. feud. part. 4. c. 1. n. 7. & ſeq.* niſi inueſtitura vergat in magnum Imperij damnum, *n. 22. arg. c. intellecto. extr. de iureiur.* Quę autem ſint pertinentiæ feudorum Impe-

Imperij, der Reichslehen/ diſputatum fuit in der Freundſpergiſchen ſucceſsionsſach/ *Vbi inter Documenta fol. 69. ſub num. 24. extat* ein *Deſignation* Mündelheimiſcher Reichslehen pertinentien/ wie ſelbige von den Fuggeriſchen extendirt worden:

Bluetban.

(1) Landts Ober: vnd Herzligkeit (2) alle gradus meri Imperij (3) alle Herzſchafft/ ſo König VVenceſlaus anno 1398. confirmirt, vnd den Herzogen von Tegg leihen laſſen (4) Statuta, Policey vnd andere ordnung publiciren zulaſſen (5) in gemein Gebott vnd Verbott in allen Sachen die hohe Obrigkeit betreffendt (6) pœnæ deliquentium (7) das glaidt durch die Herzſchafft (8) Schatzungen vnnd Contributionen oder Steüren zun Reichsanlagen (9) Conſtitution der Oberpfleger in Curatorien (10) verordnung der erhaltung/ weſentlicher gebäw zu Kirchen Schuelen/ vnnd

andern geiſtlichen ædificijs. Item Cōſtitution d' Wayſenpfleger (11) Schutzgelt von geiſtlichen Gütern vnd Perſonen (12) Einziehung deß Vngelts (13) Taferngelt (14) Abzug vñ nachſteur von den jenigen/ qui ſe alteri Magiſtratui ſubmittunt (15) Straff der jenigen / ſo mit vnrechter Maß / Gewicht / vnd dergleichen ꝛc. vmbgehen (16) aufferlegung Wehr vnd Waffen den Vnderthonen / außſchaffung der Juden (17) verbott der Vnderthanen ſich hinder kein Juden zubegeben/oder mit jhme zucontrahiren (18) alles ſo in der Kayſerlichē Halsgerichts Ordnung für peinlich angezogē (19) omnia delicta: Gottsläſterung/ adulterium, Ehrabſchneidung/ periuria, teſtimonia falsa, verzuckung der Marckſtein / gefährlich vberackern / vbermärchen / vberzäunen / vnrecht verzehenden/ vnd in gemein alle Straffen / ſo von Rechts wegen dem Hencker zuſtraffen gebühren (20) Straff gegen den delinquenten / mit hinrichtung

vom

vom Leben / mit Rueten außhawen / vnd ſtellung an den Pranger (21) anſtellung der Inquiſition in ſträfflichen Sachen (22) einziehung verdachter Perſonen / vnd nach befundenen dingen die tortura oder ſtreckung derſelben (23) anſtellung ordenlicher Erkandtnuß/vnd deren execution gegen den Maleficanten (24) auffmahnung der Vnderthanen zu apprehenſion vñ cuſtodia der Maleficiſchen Perſonen (25) das Straiffen vnd Sturmſchlagen auff ſchädliche Perſonen (26) wendung der Leibsſtraff in offensâ juſtitiâ in die geltſtraff (27) executio der vrtheil in niderigen Gerichten (28) erkandtnuß der appellation (29) einziehung deß Maleſizkoſtens von den Vnderthonen (30) begrabung der jhenigen / ſo ſich ſelbſt entleibt / vnd die inuentierung jhrer Güter (31) Confiſcationes bonorum in den hohen verwürckungen (32) alle Rechten / Nutzungen / vnd Gerechtigkeiten der höhern Oberkeit võ Rechtswegen/& per

conſuetudinem, anhängig (33) zuſtehung der Rath: vnd Gerichthäußer/ item Carceres ſiue Cuſtodiæ delinquentium.

Vorſt vnd Wildban.

(1) Wald vnnd Holtzmarcken (2) Rechbergiſche Wäld (3) alle Vorſtliche gerechtigkeit / Ober: vnd Herꝛligkeit (4) Hagen vnd Jagen in allen Wälden deß Vorſtlichen gezürcks (5) beſtellung der Jäger vñ Vorſtdiener/ jtem die auffſchwörung derſelben (6) bawung im Vorſt der Häußer gedachtē Dienern zu verwahrung deß Zeugs (7) Vorſtoꝛdnung vnnd handhabung derſelben gerechtigkeit mit gebürender Straff (8) verbietung allerley Wildpredtſchieſſens oder fahens. Item der Büchſen im Vorſt zutragen / Waldt außzuſtocken / Baum außzuhawen / fruchtbare Baum abzuhawen / außhawung der Jmen im Vorſt / der Vogelherdt ꝛc. (9) verleihung der Aichl

vnd

vnnd Wildobs (10) verbietung der Jungen Haw biß auff das 4. oder 5. Laub (11) abſchaffung deß tribs der Gaiß vnd anderer ſchädlicher Thier in die Wäld (12) gebung der ordnung vnd maß in bezäunung der Güter (13) gebott den Vnderthanen / die Hundt mit Pengeln zubeſchweren (14) gebott auff das Jagen die Hundt außzuführen / vorzuſtehen im Jagen / Zeug außzuführen / Hundt auffzuziehen gegen den Vnderthonen (15) ſonſt alle andere Vorſtliche gerechtigkeiten.

Zoll.

(1) Alle gerechtigkeit deß Zolls in genere (2) beſtellung der Zoller / vnd derſelben juramenta (3) einnemung deß Zollgelts (4) ſtraff der vberfahrer deß Zolls (5) nemmung deß Holtzes auß den nechſtgelegnen Wälden zu beſſerung der Straß (6) Zollhäuſer (7) gebrauch deß Zollers alles deß jhenigen / waß dem Zoll von Rechtswegen immediatè anhängig.

Affterleheu.

(1) Zoll zu Güntzburg (2) Berdenaw. vbi tamen minùs rectè ex jure gladij jus vniuerſalis territorij deduci videtur, vt benè aduertit Author der beſtändigen Außführung vnd Berichts in beſagter ſtrittiger Freundtſpergiſchen ſucceſsionsſach ꝛc. *part.* 2. *fol.* 199. *& ſeq.*

TIT. XXX.

DE ELECTORALIVM HEredum in linguis inſtitutione, ſiue id domi fiat, ſiue peregrè.

SVo exemplo didicerat Carolus; quid linguarum cognitio prodeſſet: nam in pupillaribus ferè annis tres linguas doctus erat in Galliâ apud Carolum Regem, Latinam, Italicam, & Gallicam, quibus deinde alias duas adjun-

iunxit, ita vt quinq; linguarum gnarus, & præterea excultiſsimus literis eſſet. *Lehman. in Chron. Spir. lib. 7. cap. 34. in pr. Paul. Langius in Chron. Citicens. anno* 1347. *Auentin. lib.* 8. §. Wie es im Reich. vnde ei à quibuſdã magiæ ſtudiũ impingitur, maximè quia Philoſophiæ Platonicæ ſtudioſus fuiſſe videtur. *Goldaſt. in Ration. Conſtitut. fol.* 103. Quapropter hîc Conſtitutioni ſuæ Epilogum, tanquam Epitomen quandã annectit de Inſtitutione Principis, quæ plerunq; negligi ſolet, vt conqueritur Plato 3. *d. legib.* & ſubditi quoq; iure conqueri poſſent, *ſec. Comina.* 2. *c.* 6. *ad fin.* qualis enim plerumq; hodiè in aulis vigeat inſtitutio, deſcribit Auguſtin. Thuanus *tom.* 2. *lib.* 29. *f.* 92. vbi Condæus accuſat contrarios ſibi Triumuiros, Guiſium nempe, A. Momorantium & Santandreanũ: eos Rupiſurionium Regis Caroli IX. conſanguineum, qui teneræ eius ætati propter ſummam prudentiam ac probitatem admotus erat, procul aulâ ſummouere decreuiſſe, vt alios pueritiæ

moderatores illi apponant, qui eum ludere, ſaltare, equum ſcienter circũagere, voluptatibus ac luxui indulgere, nullâ interim pietatis aut numinis mentione factâ, doceant; literas ſcire, legere, querelas ſuorum audire, negotia tractare, conſilijs intereſſe, rerum agendarum peritiam, atq; adeò ſuorum notitiam habere prohibeant, & virtutum atq; honeſtarum rerum vſum, tanquam Principi indecorum ac moleſtum, interdicant; vt ſcil. pulchris eorum documentis inſtructus, olim homines, nullâ virtutis aut meritorum ratione caros, ſed ſolâ gratiâ acceptos, penes ſe habeat, & in bonos optimeq; de ſe meritos ſordidè parcus ac tenax, eorum labores defraudet, ac paucorum ingluuiem ſatiet; nullâ intereà reip. curâ, nullâ plebis charitate tangatur; iudicialia munia proſtent, eaq; ab imperitis, & auaris hominibus turpiſsimâ nundinatione comparentur; familia deniq; regia omnibus vanitatis exoletæ ſpectaculis exundet, ſitq; profligatiſsimorum hominum receptaculum.

Com-

Commendat autem ipſis Carolus (1) Grammaticã, quæ vox apud Germanos accipitur non pro arte ſiue ſcientiâ, ſed pro ipſâ linguâ Latinâ: quia hæc ſola, non item cæteræ barbaricæ, per Grammaticam ærumnabili labore diſcenda eſt; quod tamen olim fiebat non è ſterilibus aridisq́ præceptis (quæ deficiente demum cum Imperij maieſtate re literariâ, ad Latinitatis normã vtcunq́ retinendam nata ſunt) ſed vſu potiùs perpetuo, & bonorum authorum interpretatione, imitatione, exercitatione, puritatem linguæ pariter cum varietate doctrinæ tradente. *Marquard. Freher. d. inſtitut. Princip. in Grammat. ad A. B. hîc. fol.* 44, & 47. Vnde pariter, quicquid ſub principe hac linguâ (quâ ſuo æuo omnes ferè homines vſos eſſe ſcribit Plutarch.) proditum eſt doctrinarum genus, ſiue Theologiam & Philoſophiam, ſiue Hiſtoriam recentem & veterem, ſiue deniq́ Iuriſprudentiam, à Principe addiſci voluit Carolus. Quis enim ſuos

non

non inſtrui cupiat in eâ Facultate, quæ de DEO, ſapientiſsimo rerum humanarum moderatore, agit, cuius vtpote voluntas, Principũ cynoſura eſt & directio? Quis non amet Philoſophiam, quæ, vt natura viuere, ita illa rectè viuere docet, *Laërt. lib. 6. c. 2.* cuius beneficio, etiamſi omnes leges aboleantur, tamen æqualiter victuri ſimus, vt reſpondit Ariſtippus percontanti Dionyſio, quid eximium haberent Philoſophi præ cæteris hominibus? *Läert. d. l. 6. c. 5.* Hiſtorias verò, quidnî magnum illud ſub dio expoſitum horologium appellem, in quo Princeps, antequam grauiorum negotiorum tractationem, ſiue in bello, ſiue in pace ſuſcipiat, rerum momenta examinare & præſpeculari debet. Vt enim idẽ gnomon eiuſdem horæ indicium repetit: ita quicquid pôſt euenit, hiſtoria iam factum eſſe demonſtrat, ſicq́ȝ vel retrahit à propoſito, vel inſtigat atq́ȝ informat ſimul. Sed inprimis legum ſtudium haut negligere debet Princeps, vtpote

pote cuius proprium eſt ius dicere, iuſtitiam adminiſtrare, iuxta illud Virgil.

Orabunt alij melius, cœliq; meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicent:
Tu regere Imperio populos, Romane, memento.

(2) Vult Imp. vt futuri Electores linguæ Italicæ gnari ſint; nam Germanica ipſis vernacula eſſe præſumitur, eáq; in Bohemiâ quoq; ꝓmouere & ꝓpagare, magno ſtudio annixũ fuiſſe Carolũ, ex veteri Chronographo Colon. docet Goldaſt. *in Rationali Conſtit. f.* 103. Sed Italica non differt à Latinâ, niſi quòd Hunni, Gothi, Vandali, alijq; Septentrionales, verba eius verborumq; ſonos, vnà cum pronunciatione, corruperunt. *Vid. Paul. Merul. part.* 2. *Coſmogr. lib.* 4. *f.* 796. *& ſeqq.* Hæcq; lingua Principi eò magis addiſcenda eſt, quò euidentiùs omnis generis politica præcepta in iſto idiomate traduntur, quæ exinde etiam vulgo in Italiâ innoteſcunt,

cunt, cùm econtrà apud nos paucis etiam doctis vix cognita ſint, & magno Reip. noſtræ malo, in ſecretis, locoq́ theſauri (qui tamen ſub terrâ reconditus nec poſſeſſori nec alijs prodeſſe poteſt) habeantur. (3) Requirit Imp. vt addiſcant Linguam Slauonicã ſiue Illyricam, die Sclavoniſche oder Windiſche Sprach / linguam ex præcipuis vnam, quæq́ adhuc hodiè vſitata eſt in Europâ & Aſiâ: videlicet, in Dalmatiâ, Croatiâ, Boſniâ, Seruiâ, Bulgariâ, Moldauiâ, Bohemiâ, Carinthiâ, Carniolâ, Sclauoniâ (oder Windiſch Marck / olim Valeria dicta) Iſtriâ, Foroiulio, Morauiâ, Luſatiâ, Poloniâ, Lituaniâ, Pomeraniâ, Pruſsiâ, Ruſsiâ, Moſcouiâ & in ipsâ Portâ Impatoris Turcici &c. vnde Munſter. *in Coſmogr. lib. 4. cap. 90.* eam pro omnium ampliſsimâ linguâ in Europâ habet. In eâq́ ex ſingulari priuilegio Iohannis VIII. Pont. Max. Sacra adhuc hodiè per Sclauoniam, Croatiam, & Dalmatiam peraguntur. *Hieron. Megiſer. lib. 6. Annal. Carinth. cap. 47. Ae-*

47. *Aene. Sylu. in Hiſtor. Bohem. cap.* 13. *Auentin. lib.* 4. *Martin. Cromer. hiſt. Pol. lib.* 3. *Goldaſt. d. Bohem. lib.* 2. *cap.* 1. Addit autem rationem Imp. quòd illæ linguæ vtplurimum ad vſum & neceſſitatem S. Imperij frequentari ſint ſolitæ, & in his magis ardua Imperij negotia ventilarentur. *text. hîc.* ne ſcil. in cõſcientiam rerum ingentiũ (quarum anima eſt ſilentium) adſumere cogantur vllum teſtem. Nam *ex Dione* diſcimus, à Caracallâ interpretes non ſemel enecatos eſſe, ne innoteſceret, quid moliretur. Quin & linguæ interpretandæ gnarus eſſe debet Princeps, ne ab Interprete decipiatur, veluti accidit Legatis Sedis Apoſtolicæ *an.* 869. Conſtantiopoli; cùm enim carerent proprio interprete, nec ipſi linguam intelligerent: coacti fuerunt vti eo, qui tunc ſolus aderat, interprete Imperatoris, qui nihil retulit eorum, quæ ab vtrâq; parte dicerentur, niſi quæ videret Imperatori ſuo grata eſſe, & in honorem ſedis Conſtantinopolitanæ vertere.

Henr.

Henr. Spondan. in annal. Eccleſ. *Card. Baron. d. ann. n.* 14. Magnus verò Alexander, *vt ſcribit Curtius*, non ſolùm Legatis, ſed & hominibus ſuæ linguæ per Interpretem præbuit reſponſum; fortè vt creſcente pompâ veneratio augeatur, aut ne reſpondeatur ad non intellecta, vel ne quid præcipitantiùs excidat. Hodierni Turcæ, à literis quantumuis alieni, linguarum peritiæ vſum quotidiano euentu edocti, quot linguas quis callet, totidem illum viris æquiualere, prouerbio dictitant. Andreas tamẽ Gritius, à Venetis Conſtantinopolin miſſus Legatus, noluit pactis cum Imperatore Turcarũ iam initis, imò firmatis, manu ſuâ ſubſcribere, quòd Latino ea idiomate conſignata eſſent. Ideóque Turcico reſcribi voluit: ſciebat enim, nullum apud eam gentem pactum, pactum eſſe, niſi vernaculâ linguâ expreſſum. *Frid. de Marſelaer lib.* 1. *d. Legat. differt.* 27. *Vbi in fin. ſcribit: in linguis citiùs exactiusq́; percipiendis, compendiariam rationem eſſe; in omni con-*

ni congreſſu, ratiocinatione, ſcriptione, lectione, familiarem eam reddere, ac ne DEO quidem loqui, niſi eâ linguâ. Quòd verò Impp. promittunt, ſe nullâ aliâ linguâ quàm vernaculâ & Latinâ vſuros: *Capitul. Ferdin. II. c.* 12. id de negotijs Imperij internis intelligendum eſt, ac etiam ſi extero loquatur, tunc ſuâ eũ linguâ vti monet Maieſtas; non verò, vt omnem aliarum linguarum curam abijciat. Hoc enim Principi quàm maximè nocere ex prædictis patet; *& docet quoq; Marſeläer d. tr. lib. 2. diſſ.* 34. Quando enim deinceps ſeorſim res agitur ſine pompâ & fumo; poni interdũ vtrinq; perſona poterit, & peregrinæ linguæ miniſterio ſecretum expectorari. Ita & Legatus Principi mandata exactiùs pandet, altiusq;, vt ſic dicam, præcordia excutiet & ſcrutabitur, tum beneuolentiam efficaciùs conciliabit. Princeps autẽ ſingula momenta Legationis penitiùs pleniusq; percipiet, ſuaq; viciſsim fideliùs promet. Ita Maximilianus I. Imp. cum Italis

talis Italicè, cum Gallis Gallicè, Germanis Germanicè, & cum viris doctis Latinè loqui poterat. *Cuſpin. in Vitâ Maximil.* An verò Principem iuuent peregrinationes, nonnulli Vlyſsis exemplo adducti (quòd domi naſcantur Hectores, & foris fiant Vlyſſes) affirmare nituntur, in quo cùm Homerus repręſentaret imaginem prudentis peregrinatoris, non laudat eum quòd Aſtrologiam à Calypſo, Magiam à Circe, Phyſicam ab Aeolo didicerit, aut multas vrbes viderit, ſed quòd ſuis oculis vſurpârit, quod alij alienis; quòd obſeruauerit mores & ingenia hominum, quòd cum Principibus & eorum Conſiliarijs communicauerit. Sed hęc omnia, & plura fortaſſe, ex lectione fide dignorum Hiſtoricorum ſciri poſſe, experientia docet.

FINIS.

ANALYSIS PACIS RELIGIONIS, AVGVSTÆ VINDELICOR. concluſæ, 25. Septemb. anno 1555.

Proœmium.

OMnes homines mouentur religione, *Cic. 5. in Verr.* nec vlla eſt politia aut Reſp. quæ nō DEVM aliquem capiti ſuo præſtituat, *Montaign. liu. 2. des eſſais. chap. 16.* maximè ad plebem coërcendam. *Bodin. lib. 4. de rep. cap. 7. fol.* 480. vnde inter fundamenta Status locatur religio, *Ariſtot. 7. Polit. cap.* 8. *Lactant. de irâ. cap.* 12. *Teſoro Polit. part. 1. cap.* 6. Nothwendige Erinnerung. *fol.* 83. adeò vt Beduini, Arabes & Sarraceni hæretici, populo (ſuperſtitioſè licet, vtiliter tamen), perſuaderent, pro Principe

morientium animas, poſt mortem felicioribus, pulchrioribus, fortioribusq; indui corporibus: quæ res ſubditos ad pericula quæq; pro magiſtratu ſuo obeunda imperterritos reddebat. Contrà verò, quæ mala diuiſam in Galliâ religionem inſecuta fuerint, in tabellâ velut exhibet Giov. Botero *part.* I. *lib.* I. *de' relat. Vniuerſ. fol.* 20. *Hora l' hereſie di Caluino hanno totalmente diſordinato tutto 'l Regno, e deſunito gl' animi, e le forze, ch' egli è più degno di compaſſione, che d' inuidia. Con la religione è mancata ne i popoli l' obedienza verſo i Prencipi: e le fattioni, la partialità, e gli humori nõ furono mai così torbidi. In tãto per le perpetue guerre i contadini, non ſi vedendo patroni di coſa alcuna, non arano, ne ſeminano i campi, i mercanti non oſano trafficare: il Clero cade in eſtrema miſeria: la nobiltà ſi conſuma ſotto l' peſo dell' armi. Così il paeſe ſi diſerta, e ſi rouina; e i Franceſi raccolgono il frutto della ſemenza ſparſaui da Caluino, e da ſuoi ſegu-*

ſeguaci: e le guerre ciuili loro, ſono frut-to delle leghe fatte co' Turchi, e con gl' heretici. Vid. ſuprà de arcan. Imp. Mo-narch. cap. 3. R. A. *de ann.* 1548. §. vnd nachdem wir. *Martin. Gerdes. diſſert. de iuribus, quibus Politica vertitur poteſtas, poſit.* 22. *& ſeqq.*

Quapropter dubitant nonnulli, v-trum concordia inter diſcordantes in religione ſubditos eſſe poſsit. *Vid. tract. cui titulus, Roma irreconciliabilis. R. P. Contzen. lib.* 9. *Politicor. cap.* 23. aut v-trum Princeps de religione ſtatuere poſsit. *Mariana d. regno. lib.* 1. *c.* 10. *Ad-monitio paterna Pauli III. P. M. ad Caro-lum V. Imp. apud Goldaſtum part.* 22. *Poli-ticor. Imperial. fol.* 1022. irriſiſſe namq; fertur Iohann. Zamoſchius, Polono-rum Cancellarius, Germanorum de-liberationes Comitiales, quòd religio-nis negotia potiſsimùm in ijs fuerint tractata. *Herman. Kirchner. de rep. diſp.* . *coroll.* 4. & inter jura regia ſiue maie-ſtatis, jus ordinandi religionem refer-re vix audet Arniſæ. *de iure maieſt. lib.*

2. cap. 1. *num.* 9. quamuis aliud fuerit apud Ethnicos Romanos; *de quo vid. Liu. lib.* 4. 8. 9. 35. 39. *Halicarn. lib.* 2.

Principes tamen tueri debent ac defendere religionem, non quidem vt Domini, ſed vt miniſtri, non vt judices, ſed vt executores: quod necquicquam derogat ipſorum maieſtati. *R. P. Becan. in Manuali Controuerſ. lib.* 5. *cap.* 16. *de Primatu Regio. num.* 4. *& ſeqq.* atq; ad hoc religione ſiue juramento obſtringuntur, vt de Carolo M. teſtatur Sigon. *de regno Ital. lib.* 4. & adhuc hodiè receptum eſt in Germaniâ, Hiſpaniâ, Franciâ, Angliâ, Poloniâ, Hungariâ &c. *R. P. Petr. Ribadeneira in Princ. Chriſt. lib.* 1. *cap.* 12. *circa fin.* Quin & hoc conceditur Principibus, vt hæreſin quoq; tolerare ad temp' poſsint, ne alioquin maiores in Imperio perturbationes ac bella oriantur; *quæ recepta eſt Theologorum doctrina cum S. Thõ. de Aquin.* 2. 2. *q.* 10. *a.* 11. *ex B. Auguſtino lib.* 2. *de Ord. cap.* 4. *vbi ait*, Aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris om-

omnia libidinibus. *Valentia tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 10. *p.* 7. *Molina* 2. *de iuſtit.* & *iur. diſput.* 335. *R. P. Martin. Becan. d. lib.* 5. *c.* 15. *Vbi n.* 10. *concludit:* Principem Catholicum in tribus caſibus poſſe permittere ſeu tolerare hæreſin in ſuâ ciuitate ſeu prouinciâ (1) quando non poteſt impedire (2) quando ex promiſsione euitatur maius malum, quod aliter euitari non poteſt (3) quando ex promiſsione ſperatur maius bonũ. Extra hos caſus nemo Princeps hæreſi graſſandi licentiâ largiri poteſt; licet ſecus faciant, qui ex ratione Statûs, nõ ex conſcientiæ integritate, libertatem religionis æſtimant: *de quibus vide apud Londorp. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 49. maximè quando religio in factionem tranſit, vt ferè ſemper hęretici perſecuti ſunt Catholicos, Arriani nempe, Neſtoriani, alijq; Sectarij. *Vid. S. Athanaſ. in hiſtor. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 5. *Hiſtor. Tripart. lib.* 12. *cap.* 1. *Victor. de perſecut. Vandalor. lib.* 3. *Procop. lib. de bello Vandal. B. Hieron. in Orat. in Auxent. de non tradend. Baſilic.*

X 3 *tom.*

tom. 3. *Euſeb. lib.* 5. *cap.* 1. *Tertull. Apolog. lib.* 3. *cap.* 1. 2. 3. 7. 8. & 9.

Pius ergò Princeps multa tolerat, quæ nec ab ipſo, nec cuiuſquam hominis ſapientiâ emandari mutariuè poſſe animaduertit. Vnde ab initio mundi, ſi hiſtorias omnium ſeculorũ memoriâ repetamus, comperiemus, diuerſitatem religionis in Rebuſp. quibuſuis fuiſſe, *ſi credimus Bodino* 4. *de rep. cap.* 7. *verſ. nec audiendi ſunt.* Sic Imp. Sigiſmundus *anno* 1436. Huſsiticam religionem in regno Bohemiæ permiſit. *Lehm. in Chron. Spir. lib.* 7. *c.* 80. *in fin.* Gallis libertatem religionis conceſsiſſe dicitur Catharina Medicea R. G. & Cardinalis Lotharingiæ per Edictum Ianuarienſe *anno* 1561. & iterum *anno* 1563. & Henricus III. *anno* 1580. Henricus IV. *anno* 1596. & Ludouicus XIII. 3. *Iun. anno* 1610. *Mercur. Franc. tom.* 2. *fol.* 328. *Anno* 1573. primus Henricus Valeſius legitur iuramento ſe adſtrinxiſſe Ordinibus Polonicis ad conſeruandam religionis libertatem; quam-

quamuis longè antè in Poloniâ tolera-tæ fuerint à Regibus variæ ſectæ. *David Chytra. in Chron. Saxon. Faber d. relig. regend. lib. 2. cap. 9. num. 11.* & pari modo ſuperiori tempore Sigiſmundus III. Rex Sueciæ & Poloniæ, Lutheranam religionem in hæreditario ſuo regno Sueciæ, ipſe Catholicus, liberam permiſit. *Chriſtoph Sturcius in refutatio. Apologia Caroli Sudermanniæ Ducis. fol. 44. b. 54. b. & 60.* nec quoq; juri communi repugnat, ſi Princeps cum ſubditis ſuis pacem faciat. *Caccialup. in l. omnes populi. num. 107. alleg. cap. 1. d. probat. & gloſſ. in auth. d. defens. ciuit. in pr. dum loquitur de pace Conſtantia, quam Imp. fecit cum omnibus communitatibus Lombardia, ſibi ſubditis, vt talia capitula ſint obſeruanda per ſucceſſores illius, & non violanda; quod dicit not. Paul. de Caſtro in l. digna vox. n. 6. C. d. legib. pro terris ſubditis Eccleſia Romana; vt eſt Bononia, quia Papa faciendo pacem cum eâ, ſi faciat aliquas promißiones, tenebitur ipſe & eius ſucceßores illa obſeruare, nec poſſet eas*

rumpere, etiam de plenitudine poteſtatis, quando per viam contractus conceſsio facta fuit. Alderan. Maſcard. de general. Statuтor. interpr. concluſ. 8. num. 47.

Nemini ergò mirum videri debet, in Germaniâ quoq; Pacem Religionis à Carolo V. olim conſtitutam fuiſſe. Cùm enim in Comitijs Auguſtanis *anno* 1530. exhibitâ Cæſari lectâq; Confeſſione Auguſtanâ, Carolus V. Imp. nihilominus decreuiſſet, ſolam Romano-Catholicam Religionem eſſe amplectendam, pœnâ corporis, vitæ, ac fortunarum in eos conſtitutâ, qui in ijs, quæ ad fidem pertinent, quicquam immutare fuerint auſi. *Sleidan. lib.* 7. *R.* 21. *d. anno* 30. *Goldaſt. tom.* 3. *Conſtit. fol.* 508. ab eâ tamen ſeueritate poſteà receſſum fuit, cùm Turcarum Imperatore magnâ vi in Auſtriam irruente, Cæſar in Conuentu Norimbergenſi *anno* 32. edixiſſet, ne cui propter Religionis cauſam, ad tempus vsq; Concilij, moleſtia crearetur: vel eo deficiente, donec vnanimi Procerum conſenſu

ſu alia huius diſsidij componendi ratio inueniretur: graui inſuper pœnâ in violatores huius Edicti cōſtitutâ. *Sleidan. lib.* 8. Præthereà pacis formula Noribergæ *anno* 32. præſcripta, in Conuentu Norimbergenſi *anno* 39. fuit reproducta. *Goldaſt. tom.* 3. *fol.* 566. Arctior porrò pacificatio quædam Ratisbonæ *anno* 41. ſed temporaria erecta, quæ *anno ſequenti* Spiræ ad quinq; annos, ac inſuper *anno* 44. ad vlteriorem adhuc declarationem propagata, R. A. *d. ann.* 44. §. als wir aber in der Handlung. *Sleidan. lib.* 15. *Thuan. lib.* 2. *hiſtor.* atq; præcepta VVormatiæ *anno* 1545. R. A. *d. anno* 45. §. damit dann im H. Reich. adeoq; propagata ac conſeruata fuit vsq; ad Caroli V. Imp. bellum Germanicū. *Chytræ. Saxo. lib.* 13. *Hortled. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10. *& ſeqq. & cap.* 17. 32. 35. 36. 37. Et licet *anno* 47. Auguſtæ in Comitijs Carolus Imp. rem eò direxiſſet, vt omnes ferè Germaniæ Ordines in omnibus ſe parituros Synodi Decretis ſponderent, vnde INTE-

RIM promanauit. *Sleidan. lib.* 4. *&* 8. *Goldaſt. tom.* 1. *Conſtit. fol.*107. nouas tamen turbas poſteà miſcente Mauritio Saxoniæ Electore, viſum erat Ferdinando Rom. Regi, Germaniam vix pacatam fore, niſi in religione pax indulgeretur: quapropter inducijs Lincij factis, Paſſauica Tranſactio pòſt inter Ferdinandum & Mauritium erecta, *Vid. Horleder. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *&* 14. atq; in Comitijs Auguſtanis *anno* 55. (cùm Mauritius jam ante biennium ex vulnere occubuiſſet) confirmata fuit. R. A. *d. anno* 55. *Goldaſt. d. tom.* 1. *Sleidan. lib.* 25. *& ſeq.* Quod non tam æqualibus Auſtriacorum Cæſarũ Imperijs, *cum Anton. Fabro lib.* 3. *de relig. regend. cap.* 5. *n.* 192. quàm turbulento illi decimo ſexto ſeculo tribuendum eſt; ſub cuius initium ſtatim varijs religionum mutationibus totus terrarũ orbis, ipſo cælo multa futurorum præſagia & indicia edente, tumultuabatur. Videre erat eodem tempore Muſulmannos cum Turcis, Iezelbos cum

Cazelbis, Seriphios cum Africanis, Chriſtianos cũ paganis & idololatris, Chriſtianos den]ꝗ; cum Chriſtianis digladiantes: ita vt in Aſiâ, Africâ, Europâ, & nouo Mundo, turbis & confuſionibus omnia plena eſſent. In Aſiâ namꝗ; *circa annũ* 1500. nongentis circiter poſt impij Mahometis ad inferos deſcenſum annis, *Iſmaël* quidam ex Vſum-Caſſanis ſanguine prognatus, imperium in Perſide inuaſit; & mutato dominio, religionem quoꝗ; mutauit, nouam ſuperſtitionem introducens, quâ à Monacho quodam Mahumetano, Techelli dicto, imbutus fuerat; tantâ ſectæ confidentiâ, vt *Sophi* quoꝗ; nomen vſurpare non dubitârit, quæ vox *DEI interpretem* ſignificat: & imperium etiam ad poſteros tanquam hæreditarium tranſmiſerit, amplexurus fortè religionem Chriſtianam, ſi ad debellãdos Turcas Chriſtiani Principes ei auxiliares manus maturè præbuiſſent, *vt opinatur Florim. Ramund. in hiſtor. d. ortu hæres. h. ſec. lib. 1. c. 4.*

Africa, vetuſta Mahumetis dogmata, & antiquam Alcorani interpretationē hactenus amplexa fuerat, donec *anno* 1514. Monachus quidam Mahumetanus, *Amether* nomine, è cellâ ſuâ prorumperet, & oppidatim circūiens, populumq; ad pœnitentiam cohortans, nouam *Elſurcani* expoſitionem, è ſolâ, vt aiebat, ſacrâ ſcripturâ hauſtam, nouarum rerum cupidis obtruderet. Inter alia docebat: Halis, Omeris, & aliorum interpretationes, humani ingenij eſſe commenta; ad rectè verò interpretandum Elſurcanum, nudam & puram ipſius Scripturā ſufficere, vt qui optimus ipſe ſuijpſius ſit interpres. Attraxerat iam ſuas ad partes infinitam hominum multitudinē, nouæ religionis prętextu ſubditos paſſim contra Principes armans. Inde ad vicina regna progreſſus, vsq; ad intimam Libyā penetrauit, ac plus quàm centum diſcipulos, hîc ibi, tanquam religionis ſuæ Epiſcopos, & Mahumetanæ legis præcones, conſtituit; ipſe verò

rò 60. hominum millia ferè ſemper circa ſe habebat. *Taliferi* Rex, inter Africæ Principes non poſtremus, hominis famâ motus, eum ad ſe accerſiuit, eo fine, vt nouo huic Prophetæ conſcientiam ſuam denudaret; qui vbi pedem in regno poſuerat, ſubditos ad rebellionem excitauit, & cœleſtium reuelationum prætextu, Regem ipſum vitâ priuauit, aſſumptoq́; *Seriphij*, id eſt, ſupremi Pontificis nomine, reipsâ regiam poteſtatem vſurpauit. Magno namq́; confecto & præualido exercitu, quinq́; reges ſubegit, ac ipſum etiam Mahumetem bellicâ gloriâ ſuperauit, totiusq́; ferè Africæ imperium quadraginta annis tenuit, Turcis tam formidabilis, vt apertè eum laceſſere non auderent. Vnum reſtabat ijs in locis Algerianũ regnum, reliquis, Feſſæ ſcilicet, Maroci, Tremiſſæ, Tafileti, Aræ, & Suſæ regnis adiungendum: cuius rex viribus ſuis diffiſus, currupto ſatellitio, hominem inſidijs circumuentum, vnâ cum præcipuis Ducibus &

Conſiliarijs interfici curauit. Succeſſit ei nihilominus Abdallas filius, cuius progeniens etiamnum extat. *Theuet. lib.* 1. *Coſmagr. cap.* 5. *Iou. de Vir. illuſtr. lib.* 3. & 7. *Vid. meam diſſertat. de ſucceſſionibus & mutatio. Imperior. ac famili. ar. cap.* 28. *num.* 5.

In Indiâ, *circa annum* 1517. Chriſtiani primùm innoteſcere cœperunt, igneâ pyramide, toto anno ſupra Mexicanam vrbem conſpectâ, alijsq́ ſtupendis prodigijs in Indiâ, præſertim in magni illius Principis Motezumæ regno apparentibus, viam ijs facemq́ prælucentibus. *Acoſta lib.* 7. *hiſt. Ind. cap.* 23. Aditum aperuerat Chriſtophorus Colūbus, deinde Americus Veſpucius, magnis tam Hiſpaniæ quàm Luſitaniæ regum ſumptibus, commodùm eo ipſo tempore infideli Maurorum gente è Granatenſi regno, quod illi vltra octingentos annos inſederant, profligatâ. Horum claſſes ad Orientalem & Occidentalem Indiam plenis velis conuolabant, & paſsim crucis trophæa eri-

erigebant, deſtructis paganorum Pagodis, Guacis, & Pachicamis, Satanæ anteà deuotis ædibus & idolis, fruſtrà verò contranitentibus Regibus Canaṇoris, Cochini, Calecuti Mexici, Cuſci, & alijs, impedito quoq; conatu Sophi Perſarum regis, qui legatos ad Cambaiæ regem miſerat, vt Perſicam legem ſuſciperet. Quæ poſt Gnanacapæ patris mortem inter Attabalipam & Gaſcam extitit contentio, Franciſco Pizarro in regno Peruano aditum aperuit. Mutuis Tlaſcallenſium & Mexicanorum odijs prudenter vſus Ferdinandus Corteſius, tam hos quàm vicinos populos faciliùs ſubegit, ab Indis *Solis filius* appellatus. *Flor. Ram. d. loc.*

Dum hæc in reliquis mundi partibus aguntur: in Germaniâ Islebienſis ille, è Mansfeldenſi Comitatu oriundus, haud minùs periculoſum excitat ignem, qui in funeſtiſsimum bellum exarſit, quod nullâ arte potuit ſopiri, quàm affusâ hac frigidâ Pacis Religionis. *Vid. Londorp. tom. 2. lib. 1. tract. 23.*

Vbi

Vbi inuehitur in Extremiſtas, de quibus omninò etiam Videri debet Iac. Aug. Thuanus tom.1. in præfatio. ad Henricum IV. G. R. nec antè Proteſtantes auxiliaria contra Turcam ſubſidia annuere volebant, quàm de libertate nouæ ſuæ religionis ſecuri redderentur, *Vt patet ex actis apud Hortled. tom. 1. lib. 7. cap. 2. in fin. & ſeqq.* Nothwend. Erinner. *contra* den Monawert. *Informator fol. 64. 100. & ſeqq. 144. & 231. adde Petr. Denais. in iur Camer. rubr. pax relig.* §.1. vnde paſſim quæri ſolet, an pax religionis vi extorta, aut ſeruanda ſit, ſucceſſoresnè obliget? *Vid. Chriſtoph. Lehman. in Actis publ. de pace relig. lib. 3. cap. 35. Paurmeiſt. de iuriſd. 2. cap. 2. num. 2. & ſeq.* Quamuis autem non deſint Doctores, qui exiſtimant, ex pacto per vim iniuſtam celebrato, nullam omninò obligationem oriri, ex parte metum paſſi, quia vim iniuſtam inferens non meretur, vt ipſi promiſsio ſeruetur, *S. Thom. 2. 2. q. 89. a. 7. ad 3.* aliud tamen eſt, ſi iuramentum accedat, aut fœdus non inter priua-

priuatos, ſed publicè pangatur inter Principes, ſuperiorem iudicem non habẽtes, qui cauſâ cognitâ ipſis ius dicat; vnde pars quælibet poſteà cauſari poſſet, ac dicere, ſibi vim iniuſtam illatam fuiſſe; ideoq; fœdus à ſe reſcindi poſſe. Quod in apertam humanæ ſocietatis, ac fœderum publicorum euerſionem tenderet. Præterà ſciendũ eſt, pacem fieri poſſe, etiamſi bellum ſit iniuſtum: nam ſicuti tranſactio valet, etiamſi lis iniuſtè mota fuerit; & probabilis timor litis mouendæ ſufficit, *l. 1. ff. d. tranſact. l. 2. C. eod.* ita etiam, vt pax fieri poſsit, timor armorum debet ſufficere. *Crauett. conſ. 717. num. 27. & num. 36. in fin.* Neq; ad rem pertinet, quòd ſi bellum fuerit iniuſtum, capitula pacis non ſint ſeruanda ob id, quòd promiſsio dici poteſt facta ob turpem cauſam; nimirum, vt qui bellum gerit, ab illicitâ violentiâ abſtineat: & quod ob turpem cauſam datum eſt, repeti poſsit, *l. 2. d. cond. ob. turp. cauſ. Socin. Iun. conſ. 77. num. 31. lib. 1.* quia

1. quia huic obiecto reſpondet Crauetta *d. conſ. 717. num. 36. in fin.* quòd in lite non diſtinguitur, an iudicium iure fuerit inſtitutum; ſed ſolùm conſideratur dubius litis euentus, *l. quod debetur. ff. d. pecul. l. 2. C. d. tranſact.* Ergò ſimili modo in bello non debemus inſpicere, an ſit iuſtum vel iniuſtum, vt ab eâ per pacis conuentionem recedatur: ſed hoc ſolùm inſpiciendum eſt, an bellum ſit cœptum, vel veroſimiliter poſsit incipere: nam ſiue iure ſiue iniuriâ bellum geratur, ex pace multa commoda conſequi poſſumus, vnde plura eius fauore permittuntur, quæ regulariter prohibentur, nam pro bono pacis, rigor iuris relaxatur; quia id ex vrgentiſsimâ neceſsitate dicitur tolerari, *cap. 2. d. deſponſ. impub. quod Roman. extollit in conſ. 332. n. 13.* quare cauendum eſt, ne hîc ſub auctoritate iuris ſcientiæ perniciosè erretur, vt plerunq; fieri ſolet; *ſicuti hoc in genere eleganter docuit Celſus, quem ſequitur Paulus in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. d. verbor. obligat.*

ligat. Card. Mantic. d. tac. & ambig. conuent. lib. 27. tit. 3. Vid. Compoſ. Pac. ICC. Diling. cap. 5. q. 29. n. 53. & ſeqq. Vbi etiam num. 52. habetur: licet hæreſis exercitium malum ſit, permiſsionem tamen hæretici exercitij per ſe malam non eſſe, ſed per circumſtantias cohoneſtari poſſe, quæ in hoc maximè conſiſtunt, ne fœdera iurata violentur. Quam ob cauſam nulli debent dubitare Lutherani, quin Catholici fidem ipſis hac in Pacificatione præſtitam ſint ſeruaturi, ſecundum illud *Ioſua* 9. 15. vbi cùm pleriq; è populo putarent, Gabaonitas iure occidi poſſe, nec fidem illis ſeruandam eſſe, eò quòd dolo pactum extorſiſſent; oppoſuerunt ſe Principes, & dixerunt: *Iurauimus eis in nomine DEI Iſräel, & iccircò non poſſumus eos contingere. Vid. R. P. Becan. in d. Manuali controu. lib. 5. cap. 14. & ſeqq. Londorp. tom. 1. lib. 10. cap. 10. tom. 2. lib. 1. tract. 19. fol. 191. & ſeqq. ac tract. 20. §.* zum Dritten. *& f. 231. Vbi docetur*, hanc eſſe communem Catholicorum, tam

Theo-

Theologorum, & inter hos maximè Dnor. Patrum Societatis IESV, quàm Iureconſultorũ aſſertionem, quâ Principes imbuere, & iugiter admonere ſolent, vt Pacis Religioſæ tranſactionem ſtudiosè obſeruent. Vnde nec de ipſorum Summorum Pontificum fide dubitat acatholicus ille VVarẽ. ab Erenb. l. *de fæder. cap.* 2. *num.* 120. vbi ait, ſententiam Molinæi contra paruas datas *ad SC. Franc. pag.* 239. *num.* 73. tradentis, non minùs tutò cum Papâ ac Turcâ fœdus iniri, negante ſucceſſore ſibi legem imponi potuiſſe, & iuramentorum apud Pontifices propter abſolutiones inane nomen: hanc, *ait*, ſententiam in vniuerſum probãdam non eſſe, cùm fuerint & ſint in numero Pontificum & Pontificiorum boni, probi, & pij viri, *vt & Ioh. Sturm. ſcribit in prolog. ſagat. tr. de bello Turc. rectè adminiſtr. pag.* 11. Quin potiùs è contrario Lutherani ſibi temperare deberent ab illis obiectiunculis, quas quondam Oratori Cæſareo *apud Hortleder. lib.* 7. *cap.* 4. *num.*

4. *n.* 23. *& ſeq.* opponere non dubitâ-
runt: non poſſe ſe absq; læſione con-
ſcientiæ Religioſos vel Catholicorum
inſtituta tolerare; & quod omnium
Prædicantium commune axioma eſt,
DEO magis obediendum eſſe, quàm
hominibus: qui tamen meminiſſe de-
berent, DEVM etiam præcipere, ne fi-
des data violetur; & tria inprimis au-
xiſſe ac confirmâſſe Imperium Roma-
num (1) ſanum in Rep. conſilium (2)
paupertatem priuatam, *de quâ Horat. Priuatus illis cenſus erat breuis, commune magnum.* (3) Fidem in promiſsis & fa-
ctis. Vnde in priuatis contractibus
ſanctius nullum iuſiurandum, quàm
fidei: publicæ verò tanta auctoritas,
tanta erat exiſtimatio, vt nemini tuti-
ùs ſe pecunias credere, quàm Reip.
priuati arbitrarentur. *Philipp. Camerar. in meditat. hiſtor. cent. 2. cap.* 77. Acce-
dit, quòd Lutherani de lucro captan-
do, Catholici verò de damno vitando
certant, fruſtrà aſſerentib. Lutheranis
ex Lazaro von Schwendi / im bedenc-
cken

cken von Regierung deß Röm. Reichs. *num.* 21. & 36. pacem hanc plus Eccleſiaſticis, ipſorumq; bonorum ſecuritati, quàm reformatæ religionis aſſeclis commodare: contrarium enim lippis & tonſoribus notum, latiusq; videre eſt *in der Donawert. Relat. fol.* 90. 92. 122. Nothwend. Erinner. *f.* 90. 92. 93. 99. 102. 104. 107.

Omnis verò cardo ferè in hoc vertitur, quomodo Pax Religionis intelligi, quodúe iudicium ſubire debeant litigantes; non enim ſermo hîc eſt de interpretatione authenticâ, ſeu quæ publicæ & nouæ quaſi legis vigorem habere debeat, ſecundum illud: *Eius eſt leges interpretari, cuius eſt condere:* ſed de iudiciali tantùm ſiue declaratiuâ (quæ nihil noui addit, *Mantic. d. tr. lib.* 1. *tit.* 16. *num.* 7.) interpretatione, quam inter partes contendentes iudex facit, quem in causâ controuerſâ iuris interpretem eſſe oportere, conſtat *ex l. non poſſunt.* 12. & *ſeqq. ff. legib. Menoch. arbitrar. caſ.* 199. *pr.* Et quidem inter-

pre-

pretatio non debet eſſe callida; hæc enim manifeſtam iniuriam habet. *Aerod. rer. iud. lib. 3. tit. 5. c. 16. Lehman. in Chron. Spir. lib. 3. cap.* 50. nec quóque ſcholaſtica debet eſſe interpretatio; tales enim, Politicasq́ concertationes, de poteſtate ſtatuentium, de duratione perpetuâ aut temporali huius pacis, prorſus reijcit Imperator, nec vnum aut alterum membrũ (prout huic vel illi parti magis commodat) ſed integrum corpus illius Conſtitutionis ſeruari cupit. Kayſers *Rudolphi II.* beſchaid vnd erclärung auff der drey Welltlichen Churfürſten anbringen / *de dato* 27. *Iul. anno* 1590. *apud Londorp. tom.* 2. *lib.* 1. *tract.* 4. *num.* 3. *fol.* 53. Debet autem interpretatio eſſe literalis, non cerebrina, nec extenſiua, ſed omninò ſtricta; vt quod conceſſum non eſt, prohibitum intelligatur. *DD. in l. ius ſingulare.* 16. *d. legib. Bl. in l. maritus. n.* 5. *gloſſ. vlt. C. d. pact. conuent. Herman. Eſai. Roſacorb. practic. forens. cap.* 20. *num.* 16. *vbi, quòd* cuiuslibet Conſtitutionis tenor

nor ſtrictè obſeruandus, neq́ʒ ab vnâ ad aliam, vbi diuerſæ apparent diſpoſitiones, argumentari licitum. Aduertendum namq́ʒ eſt, quòd pacis cõuentio ſit ſtricti juris, ſicut tranſactio. *l.* 99. *d. V. O. l. conuentionum. ff. de pact. l. in ſummâ. in pr. ff. d. condict. indeb. c. iniuria. d. iniur. Bl. conſ.* 195. *n.* 7. *in fin. lib.* 2. *Socin. Sen. conſ.* 7. *n.* 2. *verſ. & maximè in huiuſm. lib.* 1. adeò vt nec adhærentes ſiue confœderati ſocij in capitulis pacis intelligantur comprehenſi, niſi ſpecialiter exprimantur, *vt not. Dom. d. S. Gemin. per text. in cap. ad apoſtolica. in pr. n.* 10. *& Franc. num.* 5. *de re iud. in* 6. *Abb. in c.* 1. *n.* 29. *de poſtul. Prælat.* vel niſi pax abſq́ʒ eis non poſsit paciſcentibus ſuffragari, quia pax debet intelligi cum effectu, adeò vt quodlibet verbum, in capitulis pacis expreſſum, aliquid debeat operari. *Card. Mantic. d. tacit. & amb. conuentio. lib.* 27. *tit.* 5.

Pacem etiam Religioſam, tranſactionem, non puram pragmaticam ſanctionem eſſe, deducunt ICC. Dilingen-

genſes *in Compoſit. Pac. cap. 5. q. 25. Dn. Iohan. Henric. à Pflaumern, in Prodromo Vindiciar. Eccleſiaſt. VVürtemberg. in præfat. d.* 2. eamq́ꝫ, fundamentalem Imperij legem indigitare non dubitauit Auguſtiſsimus Imp. Ferdinandus II. *qui æternùm viuat! in Deciſione illâ & Cæſareo Edicto, ſuper quibuſdam capitulis huius pacis, promanato, 6. Mart. anno* 1629. Indè quoq́ꝫ conſequitur, Catholicos in caſu dubio habere intentionem fundatam, Lutheranos autem verſari in puncto exceptionis, & quod non probant apertè conceſſum, prohibitum eſſe, quia Catholici exercitia ſua in Imperio Romano habent ex jure cõmuni & antiquo: Lutherani verò ex priuilegio demũ & jure ſpeciali, quod (vtpote præiudiciale) ſtrictam interpretationem accipere debet. *Gloſſ. communiter recepta in l. necnon. 28. verſ. prohibeant. ff. ex quib. cauſ. maiores. Gl. in d. l. ſi maritus. 21. C. d. procurat.* Pariter in Pacis huius interpretatione nihil facit conſuetudo à Proteſtantibus præten-

Y ſa, vt-

ſa, vtpote quæ in facto conſiſtit, & ſine conſenſu alterius partis introduci non potuiſſet. *l. 9. & ſeq. d. legib. l. vlt. C. eod. c. inter alia. 31. de ſent. excommun.* ac inſuper tanquam irrationabilis non valeret, *arg. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iactu. vbi reÿcitur conſuetudo de non reſtituendis naufragantium bonis. vid. Chriſtoph. Lehman. in Act. publ. de Pace relig. lib. 3. q. 66. fol.* 517. *& ſeqq.* indè vbi verba Conſtitutionis deficiunt, ad jus commune, aut ad viuam legem, Imperatorem ſcil. Cameramq́ Imperialem recurrendum eſt. Nam fauorabilis eſt illa interpretatio, per quam reuertimur ad jus commune, *gl. in c. ſtatutum. verb. numerandum. de prabend. lib. 6. cum alÿs adductis à Socin. Iun. conſ.* 24. *num.* 16. *lib.* 4. *Mantic. d. tr. lib.* 12. *tit.* 34. *n.* 8. De jure communi autem, Imperatoris, eiusq́ (*non Imperÿ vel Statuũ, vid. Heig.* 1. *q.* 9. *n.* 14. *& ſeqq. Bornit. de maieſt. cap.* 22. *in fin.*) Cameræ (*qua Cancellaria Imperatoria* der Kayſerlichen Cantzley *ſubrogata fuit; per pradd.*) cogni-

gnitio eſt. Et licet interpretatio ſtatutorum ab ipſis auctoribus petenda, *Br. in l. omnes populi. n.56. d. iuſtit. & iur.* eaq; optima ſit interpretatio, quæ ſit ab ipſis cōtrahentibus. *Socin. Iun. conſ. 64. n. 65. lib. 1.* vtpote qui poſſunt contractus etiam reformare, & ab eis diſcedere. *l. iuris gentium. §. adeo. l. ab emptione. ff. de pact. Mantic. d. tr. lib. 2. tit. 1. n. 1.* adeoq; in noſtro caſu cognitio non tantùm ad Imp. ſiue Cameram, ſed ad vniuerſos Imperij Ordines ſpectare videatur. *Gilman. tom. 1. Symphorem. p. 1. tit. 3. Vot. 3. num. 15. & ſeqq.* Quod idem in priuilegijs, quæ contractûs formam habent, obtinere probat Acac. Enenckel *de priuil. iuris ciu. lib. 3. cap. 8.* poſt gloſſam *in l. ex facto. 43. in verb. interpret. d. Vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi habetur: Interpretari beneficia ſua Principes ſolent, nō contractus: quorum interpretatio ex jure, ex bono & æquo petenda eſt. Hoc tamen limitatur, quando Princeps per priuilegium juriſdictionalia concedit, vel con-

ceſsiſſe videtur: nam in his ſemper ſuperioris authoritas intelligitur reſeruata. Ac iccircò Princeps poteſt juriſdictionem per priuilegium conceſſam, pro ſuo arbitrio moderare, & ex cauſâ ſuperare, *ſicuti Bald. docuit in l. qui ſe patris. col. pen. C. Vnde lib. quem ſecutus Aret. in c. nouit. col. 3. Felin. ſub num.* 19. *Campeg. apud Brun. conſ.* 2. *num.* 44. *Socin. Iun. conſ.* 126. *n.* 33. *& infrà in* 3. *tit. Marc. Anton. Peregrin. lib.* 1. *de iur. fiſci* 3. *num.* 31. ideò non valet priuilegium, per quod quis eximatur à ſupremâ Principis poteſtate, *de quo remiſſiuè per Aret. in l. is qui putat. n.* 4. *ff. d. acquir. hæred.* imò nec contractus valere cenſendus eſt, quo ſuprema & incommunicabilis poteſtas Principis labefactatur; qui cùm bona Imperij alienare ꝓhibeatur, *Vt dixi ad A B tit.* 5. multò minùs particulam aliquam maieſtatis (quâ ſolâ viuit vigetq́;) contrahendo tranſigendoué diſperdēdi, hacq; ratione ſeipſum velut occidendi licentiam habebit. Vnde quòd nonnulli facul-

facultatem interpretandi contractus à ſe geſtos Principi adimunt, id de correctiuâ interpretatione ſumẽdum eſt, quæ ideò denegatur Principi, ne omnium exul fiat, qui eſt omnium Præſul, dum nemo ampliùs cum eo contrahere volet: hancq; ſibi ipſi ademit *hic* §. ſolches vnnd jedes. 16. *ibi:* weder auß vollkommenheit. & §. *praced.* 15. *bi:* dawider kein *declaration.* non verò de interpretatione declaratiuâ, quia hæc nihil noui addit, ſed quod factum eſt oſtendit. *l. hæredes palàm.* §. *ſed ſi nonam. d. teſtam. Mantic. d. tac. & ambig. onu. lib.* 1. 15. *n.* 7. *& hoc modo etiam intelligit Enenck. d. l. vt ex ſubiectâ materiâ patet.* Et omninò ſtari debere Principis aſſertioni circa contractum à ſe factum, conſtat *ex clem.* 1. *d. probat. & probatur ex not. ibi per Abb. & DD. maximè Ang. in l.* 1. *C. ne quis in ſua cauſ. & per Bl. in l.* 2. *C. d. ſent. quæ ſine cert. quãt. & Br. in l. ſi alius.* §. *belliſſimè. quod vt ut clam. vbi concludunt, quòd Papa poſſit eſſe iudex in propriâ causâ, quod eſt forti-*

 us. Ru-

m. Ruin. tom. 1. *conſ.* 215. *n.* 7. *Gabriel. lib.* 1. *d. probat. concluſ.* 2. *num.* 10. Semper enim hîc præſupponitur à nobis, certumq; eſt, Imp. velle pacem ſtrictiſsimè ſeruare; vnde non quæritur de effectu obligationis, ſed de intellectu eius & judice. Et aliàs quoq; interpretatio non debet admitti, in quâ altera pars maneret decepta aut in damno. *Crauetta conſ.* 91. *n.* 8. Quod in noſtro caſu fieret, ſi Imperatori, cui anteà indiſtinctè competebat, cognitio in cauſis religionis ob hanc tranſactionem adimeretur, & ſubditis, nouo quodam exemplo, pro parte daretur; id quod menti contrahentium, quæ in omni diſpoſitione tanquam regina prædominatur. *l. in conditionib. pr. de cond.* & *dem. l. cùm quæſtio. in fin. C. d. legat. Bl. in l. quamuis. n.* 5. *d. fideicom. Alexand. conſ.* 8. *n.* 8. *lib.* 4. *Socin. Iun. conſ.* 36. *n.* 6. & 7. *lib.* 3. & *plerią; alÿ.* nullo modo conuenit. Mens enim colligitur (1) ex verbis; neque enim quiſquam præſumitur dixiſſe, quod prius mente nō cogi-

cogitauerit. *l. Labeo. §. idem Tubero. d. ſupell. l. Bl. in c. bona. il. 2. n. 4. de poſtul. Prælat. & in c. tranſmiſſa. n. 2. de reſtit. ſpol.* vnde ſi verba nec propriè nec impropriè deſeruiunt intentioni, diſpoſitio nullius eſt momenti, *l. in ambiguo. & ibi Soz. de reb. dub.* (2.) mens colligitur ex coniecturis, vnde mens etiam veriſimilis debet obſeruari. *Socin. Iun. conſ. 139. n. 11. lib. 1. & conſ. 8. n. 12. lib. 2. & conſ. 91. n. 11. & ſeq. lib. 4.* (3) ex factis etiam voluntas datur intelligi; quia talis præſumitur animus, qualis ex actibus colligitur. *Bl. in l. ſi patruus. n. 14. com. vtr. iud. & in l. 2. n. 14. C. d. ſeruit.* Cùm verò de mente ambigitur, ad cauſam finalem diſponentis ſemper eſt recurrendum, quia intelligentia dictorum ex cauſis dicendi ſumitur. *cap. intelligentia. d. V. S. Oldrad. conſ. 126. n. 4.* quæ interpretatio, tanquam rationabilis, in qualibet materiâ eſt recipienda. *Ripa lib. 1. reſponſ. c. 3. n. 13.* Imperatoriæ verò cognitionis excluſio, vel eiuſdem cum alijs contrahentibus ſo-

cia tantùm admiſsio, ex verbis Pacis Religionis nullo modo colligi poteſt, imò contrarium apparet ex §. 5. vnd nachdem bey vergleichung diſes Friedens ſtreit fürgefallen ꝛc. welcher ſich aber baider Religionsſtändt nicht haben vergleichen können. Demnach haben wir in krafft Hochgedachter Röm. Kayſ. May. vns gegebnen vollmacht vnd heimbſtellung erklärt vnd geſetzt / thun auch ſolches hiemit wiſſentlich / alſo / wo ꝛc. Huicq; declarationi acquieuerunt Imperij Status, eamq; juramento confirmârunt, §. 17. *Vid. Relat. Donaw. fol. 167. & ſeqq. & maximè* die nothwend. Erinner. *f.* 236. *& multis ſeqq.* vbi ad oculum demonſtratur, quòd Status Imperij Cæſarem pro legitimo Iudice in Cauſis Religionis agnouerint, talesq; ad eum cauſas vltrò detulerint, vsq; ad ann. 1613. *Vid. omninò* das Kayſerl. *Edict. Ferdinandi II. Imp.* §. ob nun zwar diſes vnheil. Vnde mirum eſt, quòd adhuc de judice ſiue interprete ambigatur, in tam clarâ diſpoſi-

poſitione. Imò quando maximè dubia eſſet illa, melior tamen interpretatio nulla ſumi poſſet, quàm quæ ſumitur ab effectu ſubſecuto & ipsâmet obſeruantiâ, *Ioſeph. Ludou. concluſ.* 38. *Menoch. conſ.* 390. *n.* 16. Conſtat ergò ex verbis & facto de mente tranſigentium, nec contrarium coniecturâ aſſequi licet. Quid enim minùs cogitari vel ſuſpicari debemus, quàm Imperatori vnquam in mentem veniſſe, quòd ſe, mediante hac tranſactione, ordinariâ ſuâ juriſdictione priuare, eamq; Statibus ariſtocratico modo communicare velit: certè longè expreſsiùs vtrinq; actum fuiſſet, ſi formam Reip. (vt multi inconſultò appetunt) immutari voluiſſent. Et tamen plerique acatholici Scriptores hoc publicè aſſerere non verentur, quibus ego publicè quoq; obijcere reuerà poſſum: per ipſos factum eſſe, vt Imperatoria Maieſtas, quæ pijs Maioribus noſtris ſacroſancta ſemper fuit, tot inſidias hodiè experiatur, vtq; Romanum Imperium,

rium, cuius ab initio paruæ res erant, ac in magnam molem concordiâ ſuc-creſcebant, quotidiè magis magisq́ diſcordiâ dilabi, & cum ipsâ primæ-uæ formæ à nonnullis intentatâ mutatione, interitum minari videatur. O felices Lacedæmoniorum reges! quos ne hoſtes quidem temerè, cùm occurrerẽt eis in acie, attingebant; ſed deflectebant, verentes venerantesq́ eorum maieſtatem. Itaq́ multis in conflictibus, quos conſeruerunt cum Græcis Lacedæmonij, vnus ante Philippi ęuum lanceâ ictus cecidit in Leuctris Cleombrotus. *Plutarch. in Agid.*

Apprimè verò finis etiam Pacis Religionis mentem tranſigentium declarat, qui eſt tranquillitas Imperij, vtq́ Lutherani Religionem ſuam liberè exercere, atq́ bona quædam Eccleſiaſtica retinere, *vt fatetur ipſe Cranius de Pace. relig. problem.* 5. nullo modo autẽ vt cũ Cæſareâ Maieſtate in parte quadam Iuriſdictionis concurrere, aut in poſterum ſibi ipſis ius dicere poſſent.

Idq́

Id'q; maximè apparet *ex* §. Solches vnd jedes *ibi:* ſollen vnnd wollen Ihr Kayſ. May. weder auß Vollkommenheit oder vnder einigē andern Schein/ wie der namen haben möcht / nichts fürnemen / handlen / oder außgehen laſſen / noch jemands anders vonn Kayſ. May. wegen zuethuen geſtatten. Quo ipſo roboratur & præſupponitur poteſtas Imperatoris pro defenſione pacis religionis eidem competens; veluti econtrà *in* §. *ſeq.* vnd wür die Verordnete. Status Imperij ſimpliciter ſpondent, willigen vñ verſprechen / ſolches alles ſteht / vöſt / aufrichtig / vnnd vnuerbrüchlich zuhallten / vnd dem getrewlich vnd vnwaigerlich nachzukommen vnnd zugeleben/ nullâ mentione factâ notionis ſibi hîc competentis. Et quòd Imperatori competat, Conſtitutionem Pacis Rel. interpretari, ſi quis fortè obſcuritatem in eâ velit cauſari: in terminis tradit Gilmann. *in deciſ. ſeu praiudic. Cam. Imp. quaſt. in iur. controuerſar. Verb. Religionsfrid.* §. *notandum autem.*

Sciendum autem eſt, Proteſtantes non affectare ſimplicem tantùm cognitionem ſuper litibus poſt Tranſactionē hancce in cauſis religionis obortis, ſed alteram Pacem Religioſam, ſiue renouationem prioris Compoſitionis poſtulare, *de quâ vid. omninò Londorp. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 24. *fol.* 62. *col.* 2. & *tom.* 2. *lib.* 1. *tract.* 21. *fol.* 243. & *ſeqq.* Sed, vt taceam, hancce nouam compoſitionem nullum effectum ſortiturum eſſe: Kayſerl. *Edict. Ferdinandi II. Imp. d. anno* 1629. § als ſie aber. Nothwend. Erinner. *fol.* 121. & 124. certè hiſipſis latebris nihil aliud ſtruunt Lutherani, quàm vt Cæſaream Iuriſdictionē ſupplantent, dum publicè aſſerere non dubitant, cauſas haſce controuerſas ita comparatas eſſe, vt nullum iudicem admittere poſsint. *vid. omninò Londorp. d. tom.* 2. *f.* 250. Quapropter Imp. ijs non attentis, Compoſitionem Pacis aliquoties confirmatam, *Rel. Donavv. f.* 121. Nothw. Erinner. *fol.* 95. & 275. hactenùs illibatam conſeruari voluit, maxi-

maximè cùm non receptum ſit in Imperio, vt per nouas leges & Conſtitutiones, veterum executio retardetur. *Vid. Mercur. Franc. tom.* 16. *fol.* 943. *ſub d. ann.* 29. *Vbi de Edicto Cæſareo agit.* Et generaliter cauſas vel lites tranſactionibus legitimis finitas, Imperiali etiam reſcripto reſuſcitare non oportet, *l. cauſas. C. d. tranſact.* neq; licet pœnitere tranſigenti, etiam ſtatim poſt tranſactionem, *l. quamuis. l. fratris tui. C. eod.* Si quis autem contra tranſactionem iuramento firmatam veniat, notatur infamiâ, & perdit commodum tranſactionis, quod ex eâ haberet: ius item priùs competens amittit, & accepta reſtituit. *l. ſi quis maior. C. d. t. Decian. Vol.* 1. *conſ.* 10. *in pr. Arnold. Reiger. in theſaur. iur. Verb. tranſactio. Cravett. conſ.* 413. *Gabriel. d. tranſact. concl.* 1. Prætereà infelix erit, qui pacem non ſeruauerit, exemplo Tiſſaphernis, quem cùm Ageſilaus declaraſſet eſſe periurum, infidum in omnes reddidit. Cùm autem ſeipſum oſtendit,

 pri-

primùm quidem iusiurandum ſanctè ſeruare, deinde verò in pactione manere, neq; fidem fallere: effecit, vt omnes & Græci & Barbari, ſi voluiſſet, ſeſe cum eo coniungerent. *Aemil. Prob. & Xenoph. in Ageſil. & lib. 3. d. reb. Græcor.*

Textus. §. 1.

WIr Ferdinand ꝛc. Setzen demnach / ordnen / wollen / vnd gebieten / daß hinfüro niemandts / waß Würden / Standts / oder Weſens der ſeye / vmb keinerley vrſachen willen / wie die namen haben möchten / auch in waß geſuechtem ſchein das geſchehe / den andern befehden / bekriegen / berauben / fahen / vberziehen / belägern / auch darzu für ſich ſelbſt / oder jemands andern von ſeinetwegen nicht dienen / noch einig Schloß / Stätt / Marckh / Beföſtigung / Dörffer / Hof vnd Weyler / abſteigen / oder ohne deß andern willen mit gewaltiger That freuentlich einnemmen / oder gefährlich mit Brandt

Brandt oder in andere weg beſchädigen / noch jemandts ſolchen Thätern rath / hilff / vnnd in kein andere weiß beyſtandt oder vorſchub thun / auch ſie wiſſentlich vnd gefährlich nicht beherbergen / behauſſen / ätzen / träncken / enthalten oder gedulden / ſondern ein jeder den andern / ſo an gebürenden orten recht leiden mag / den freyen zugang der Prouiant / Nahrung / Gewerb / Rent / Güllten vnd Einkom̄en abſtricken / noch auffhalten / ſonder in allweg die Kayſ. May. vnd Wir / alle Ständ / vn̄ hinwiderumb die Ständ / die Kay. May. Vns / auch ein Stand den andern / bey diſen nachfolgenden Religions, auch gemeine Conſtitutiones deß auffgerichten Landtfridens alles jnhalts bleiben laſſen ſollen.

Repetitur hîc prohibitio diffidationis, *de quâ* v. P. H. O. *art.* 128. & *ſuprà tit.* 14. *A. B. Berlich. p.* 4. *concl.* 22. *Gail. d. Pac. publ.* Inprimis autem proſpicitur libertati commerciorum, ſine quibus vita ciuilis & politica conſiſtere ne-

re nequit. Illa enim naturæ defectum ſupplent, vel exceſſum deplent, & ita deficientiæ vel affluentiæ, moderamine quodam, ſuccurrunt. *Cæl Rhodigin. 26. cap. 5.* Vnde eſt quod dicitur, hominem homini Deum, & nefas eſſe, hominem homini inſidiari. *l. ut vim. d. iuſt. & iur.* India mittit aromata: Europa ſegetem: vina Italia, Hiſpania, Gallia, quo caret Anglia, *Ioh. Broda. lib. 2. miſcell. 16.* & promit lanam ac pannos: Batauia ſuggerit opificia; vt vel hîc verum ſit, quod dicitur *in l. 5. d. contrah. emt.* plerunque euenire, vt quod alteri ſupereſt, alteri deſit. Maxima verò annonæ cura eſt habenda à Principibus, quos ideò ποιμένας λαῶν, id eſt, populorum paſtores crebrò vocat Homerus: paſtori autem præcipuè incumbit, gregem curæ ſuæ commiſſum rectè paſcere, *Varro d. re ruſt. lib. 2. cap. 10.* Aliàs in omnium rerum inopiâ, inferiorum obedientiam ſuperiores ſibi polliceri nec poſſunt nec debent, pariter vt *ſuprà* de militari diſci-

pli-

plinâ dictum fuit: quia, *vt Lucan. lib. 3. d. bello ciu. canit,*

----- Neſcit plebs jeiuna timere.

§. 2.

VNd damit ſolcher Frid / auch der ſpaltigen Religion halber / wie auß hiebeuor bemelten vnd angezognẽ Vrſachen die hohe notturfft deß Heyl. Reichs / teutſcher nation, erfordert / deſto beſtåndiger zwiſchen der Röm. Kayſ. May. Vns / auch Churfürſten / Fürſten / vñ Stånden deß H. Reichs / teutſcher nation, angeſtellt / auffgericht / vnd erhalten werden möchte / ſo ſollen die Kayſ. May. Wir / auch Churfürſten / Fürſten vnd Stånd deß H. Reichs / keinen Stand deß Reichs von wegen der Augſpurgiſchen Confeſsion, vnd derſelbigen Lehr / Religion, vnd Glaubens halben / mit der that gewaltiger weiß vberziehen / beſchådigen / vergwåltigen / oder inn andere weeg / wider ſein conſcientz / wiſſen vnd willen / von diſer Augſpurgiſchen Con-

Confeſsions religion, Glauben/ Kirchengebräuchen/ Ordnungen/ vnnd Ceremonien/ ſo ſie auffgerichtet/ oder nachmals auffrichten möchten/ in jhren Fürſtenthumben/ Landen/ vnnd Herꝛſchafften/ tringen/ oder durch Mandat, oder in einiger anderer gſtalt beſchwehren oder verachten/ ſondern bey ſolcher religion, Kirchengebräuchen/ Ordnungen/ vnd Ceremonien/ auch jhren Haab/ Gütern/ ligend/ vñ fahrend/ Land/ Leuthen/ Herꝛſchafften/ Obrigkeiten/ Herꝛligkeiten/ vnd Gerechtigkeiten/ rühiglich/ vnd fridlich bleiben laſſen/ vnd ſoll die ſtrittige religion, nichts anders/ dann durch Chriſtliche/ freundtliche/ fridliche mittel vnd weeg/ zu einhelligem Chriſtlichen verſtandt vnnd vergleichung gebracht werden/ Alles bey Kayſerlichē vnd Königlichen Würden/ Fürſtlichē Ehren/ wahren Worten/ vnnd Pön deß Landtfridens.

Hîc fidem dant Catholici Lutheranis, quòd ipſos in religionis ſuæ exercitio

citio non ſint turbaturi. Anne igitur legatum, ſub conditione Religionis Catholicæ recognoſcendæ, relictum, hac reiectâ, legatarius conſequi poterit? affirmat Iacob. Alemannus *in palaſtrâ. conſult. illuſtr. conſult.* 10. maximè quia poſsibilitas implendi pendet tantùm ex perſonâ hæredis vel legatarij, non verò ex perſonâ teſtatoris mandantis tantùm; quapropter verè impoſsibilis hæc conditio ſit & dicatur; quæ ipſius legatarij exiſtimationem, pietatem, & verecundiam lædat, *l. Titius.* 15. *ff. d. condit. inſtit.* quamuis reſpectu legantis, nihil tale ſit conſiderabile. *Vid. quoq; Dn. Beſold. d. educat. cap.* 10. *num. fin.* Iurecunſulti Dilingenſes omninò putant, conditionem hanc adimplendam eſſe, ſi quis legato frui velit, eò quòd diſcrimen hîc adhibendum ſit inter religionem Catholicam, quæ in Imperio Romano nunquam damnata, ſed perpetuò pro legitimâ habita; & inter Lutheranam, quæ permiſſa tantùm aliquibus fuerit: deinde

inde, quia non abſurdum ſit, aliquem ſpe lucri ad antiquam religionem reuocare. Vnde in ſimili Thuanus *lib. 1. hiſtor.* exiſtimat, etſi Hiſpani non tantùm pietatis causâ, ſed etiam ſpe lucri & prædæ in Americam & Indias profecti ſint: haud tamen mediocris operæ pretium fuiſſe, vbi nullas omninò terras credidit eſſe antiquitas, ibi inter tot gentes anteà incognitum Chriſti nomen audiri & celebrari. Sed diſtinguit Iohannes Regulus VVeſtphalus, *in Exam. quaſtio. An Princeps Imperij Romano-Germanici, in Principatu & feudo regali maiori à Patre vel Agnato hæres inſtitutus, conditione vel onere, de certo aliquo religionis exercitio introducendo, retinendo, ac propagando, grauari, & ſi non pareat, eiuſdem ſucceſſione priuari poſſit?* & concludit *fol.* 15. Principem, maximè qui Principatum, Ducatum *&c.* totum vel ex parte, non legis ſed defuncti beneficio habet, conditione, modo, vel onere huius vel illius religionis exercitij retinendi, relinquendi,

di, vel introducendi, grauari poſſe, & ad obſeruationem ac impletionem eiuſmodi voluntatis defuncti, cuius hæres eſt, teneri, maximè quia turpitudinis nota (quam nullam tamen in recognoſcendâ Catholicâ Religione agnoſcunt Catholici) cenſeatur remota *per* §.18. vnd nachdem. eademq́ꝫ eluitur, ſi quis hac ratione ad veram fidem perducatur, cū DEVS ipſemet homines inuitet ad pietatem, promiſsionibus hui⁹ & futuræ vitæ. Atqꝫ ita, conditionē nempe religionis in teſtamento inſtitutioni hæredis adijci poſſe, ſentire videtur etiam Scabini Magdeburgenſes & Profeſſores Lipſenſes, *teſte Iohan.* von Langen *in diſput. inaugur.* cuius inſtitutionis exemplum dari poteſt in teſtamento vltimi Baronis Fronsbergij, *relatò in ſcriptis cauſæ Maixelrainianæ contra Fuggerum;* & in controuerſiâ ſucceſsionis Marpurgenſis, vbi pro Ludouico Haſsiæ Landgrauio contra Mauritium patruelem, Ludouici patrui hereditatem pro dimidiâ parte ipſi reli-

relictam adeuntem , conditioni verò de non tollendo Lutheraniſmo non parentem, ſed notoriè contrauenientem, ſententia lata fuit in Conuentu Ratisbonenſi. Et hæc de hærede extraneo; quâ in re Catholici deterioris conditionis eſſent Lutheranis, ſi ipſi conditionem hanc: *niſi Lutherani fiant*: adimplere cogerentur, quia, *vt mox dicemus*, per Conſtitutionem Pacis Relig. ipſis non eſt permiſſa deſertio aut reformatio Catholicæ religionis; meritò ergò conditio talis, quantum ad ipſos, pro non adiectâ habebitur, quam viciſſim Lutherani facilè adimplere poterunt, ſi ad Maiorum ſuorum religionem poſtliminiò reuertantur, in quâ & aliâs ſe ſaluari poſſe, ſuosq; Maiores ſaluos factos eſſe vltrò fatentur: ſecuri, imò felices futuri, ſi relictâ ſuâ ſectâ, quam pauci tantùm Prædicantes, dubitanter tamen (quia Eccleſiam ſuam errare poſſe dicunt) nouis quibuſdam inuentis argumentorum ſimulacris ſuſtinent, Catholici

verò

verò damnant: eam religionem,quam & ipſi & Catholici ſimul approbant, Martyrum ſanguine Patrumq́ ſanctitate (quos minùs quàm Prædicantes ſuos,ex Sacroſanctâ Scripturâ, Eccleſiæ ſiue multorum, non verò proprij ſui liripippij interpretationem ſequentes, hallucinari aut falli potuiſſe credendum eſt) obſignatam, mutatâ tandem voluntate amplecterentur. Omninò verò legitima filiorum eiuſmodi conditione grauari haud poterit, vtpote quæ absq́ vllo grauamine debetur. *auth. nouiſſima.* Vbi *Dd. C. d. inoff. teſtam.* *Gail.* 2. *O.* 119. *num.* 2. *Gædda. conſil. Marpurg.* 27. *num.* 156. & *ſeq.* Vol. I. idemq́ ſtatuendum videtur, de Principatibus, vbi ſucceſsio tam filijs quàm agnatis, ex prouiſione legis & maiorum, debetur.

In hoc autem totius ferè Compoſitionis cardo vertitur, qualis poteſtas reformandi Lutheranis per hanc pacem conceſſa, & vtrum religio, eiuſdemq́ reformatio, per verba: in jhren

Für=

Fürſtenthumben / Landen / vnd Herꝛſchafften / item Obrigkeiten / Herꝛligkeiten / vnd Gerechtigkeiten. pars ſuperioritatis territorialis factafuerit? & ita quidẽ Pacem Relig. intelligunt Lutherani; & adhuc addũt, mutationem religionis in ſuis territorijs ipſis cõpetijſſe, licet Pax Religionis nunquam inita fuiſſet; idq́ ob vniuerſalitatem juriſdictionis territorialis. Satis audacter; quia nec Summus Imp. noſter omnimodam poteſtatem religionis, nec eam inter jura maieſtatis, *vt ſuprà attigi*, poſsidet, ſed titulo ſupremi Eccleſiæ Aduocati contentus eſt, der gantzen Chriſtenheit Schutz vnd Schirmherꝛ / R. A. *d. anno* 1518. §. erſtlich. R. A. 1541. §. aber Churfürſten. R. A. *d. anno* 1530. §. auff ſolche. *& ſeq.* vnde ergò Lutherani Principes hoc regale nacti ſunt, quod ipſis Imperator, quia ipſe caret, largiri non potuit? Conſtat enim Principes omnia regalia, ipſamq́ territorialem ſuperioritatem ab Imp. recognoſcere, & ab eo veluti fonte atq́

ſca-

ſcaturigine deriuare. Sed ô miſeram ſubditorum in Germaniâ conditionem, qui ſiue ad infernum ſiue ad paradiſum, Principes ſuos concomitandi lege nouâ adſtringuntur, & tanquam acus nautica, quacunq; à magnete ducuntur, aut exules abire, aut ſequi coguntur! quos melius fuiſſet ſub auitæ religionis Zelo & humilitate cōſeruare, quàm in tantos anfractûs tot dubiarum rotare religionum, & ijs ſcalis denuò in cœlum, pro conſequendis nouæ alicuius fidei tabulis aſcendere, quibus Lucifer deſcendit. Vt autem maximè concedamus, poteſtatem exercendi religionem Lutheranā, territorij Dominis tantùm factam eſſe, *prout verba Conſtit.* ... Reichſtändt. *item*, kein Stand den andern. *euincunt.* Illud tamen cum grano ſalis accipiendum eſt, de ijs tantùm, qui, & vbi, eo tempore, ribusq; præcedentibus annis, videlicet ante Paſſauicam tranſactionem, exercitium illud jam obtinuerant, nō

verò in ijs locis, quæ pôſt inuaſuri e
rant (1) propter verba *hic* rüwiglic
bleiben laſſen: turbatio autem præſup
ponit poſſeſsionẽ vel detentationem
(2) de inuaſis tantùm lis erat; nihil
autem tranſigi potuit, quod in lite nõ
fuit (3) quoad erepta tantùm juriſdi
ctio Eccleſiaſtica fuit ſuſpenſa, no
quoad eripienda, quorum ſecurita
paciſcendo tunc proſpicere cupieba
Catholici. (4) In pace religionis no
agitur de mutandâ religione, ſed d
antiquâ, vt & eâ, quæ à Lutheran
jam ante Paſſauicam Tranſactione
nouiter introducta fuit, conſeruand
& tolerandâ. (5) hic intellectus d
monſtratur luculenter *hic in* §. diewei
vbi ſtatuitur: daß die jenige [illegible] fft vn
Clöſter / welche nicht Reichſtände
gehörig / vñ deren poſſeſsion, die gei
liche zur zeit deß Paſſawiſchen Ve
trags nicht gehabt ꝛc. den Lutheriſch
Stånden verbleiben ſollen: vnde c
ſequitur, eos poſteà nihil ampliùs pr
tendere, multò minùs occupare p
tuiſ

tuiſſe, quia in hoc peccâſſent poſteà contra Pacem publicam; quin imò hoc ipſo, quòd ijs determinatorum bonorum reſeruatio facta fuit, in cæteris nihil juris habuiſſe cenſendi ſunt. Reſeruatio enim nihil aliud eſt, quàm exceptio, *Menoch. conſ.* 1285. *n.* 15. habetq; in ſe derogationem ad ſubſequẽtia, ſiue ad alia non reſeruata, *Rebuff. in prax. benefic. tit. de reſeruat. n.* 40. *Menoch. conſ.* 83. *n.* 30. *Sed de hoc paſſu poſteà.* Neq; obſtant verba *hic*, ſondern bey ſolcher religion, Glauben / Kirchengebräuchen / Ordnungen / vnnd Ceremonien / ſo ſie auffgerichtet / oder nachmahls auffrichten möchten ꝛc. quæ nonnulli eò detorquent, quaſi Lutheranis conceſſum foret, vlterius in Catholicos eorumq; bona, poſt Tranſactionem Paſſauicam graſſandi, qui impetum perſecutorum anteà ſuſtinuerunt, & tempore Tranſactionis illius in poſſeſsione cultûs Catholici perſiſtebant. Ea namq; extenſio, temeraria omninò eſt, *& verba* ſo ſie nachmahls

auffrichten möchten / cum ſuo relato, nempe Kirchengebräuchen / Ordnungen / vnd Ceremonien coniungenda, & ita intelligenda ſunt, ne cętero contextui derogent, & vt abſurdum euitetur, quod indubiè ſequeretur, ſi verba iſta hæc ad omnia præcedentia, & ita quoque ad inſtitutionem nouæ alicuius religionis, extendi poſſent.

Quia verò reformatio religionis, dominis territoriorum in tantum competit, vt ſubditos laicos alterius religionis, oblato beneficio emigrandi tolerare non cogantur; hodieq; de facto contingat, vt Lutherani Principes poſſeſsionem Catholici pagi vel territorij alicuius nacti, ſuam inibi religionem introducant: ideoq; aduertend ſunt nonnulli caſus, qui à ſuperiorit te territoriali omninò ſeparari deben ne cum illâ, in magnum præiudiciu eorum, quorum intereſt, confunda tur. Et quidem Protectoribus ſiue A uocatis jus faſq; non eſt, clientes ad

m religionem cogere, quia aduocatia protectori nullam tribuit juriſdictio-
nem. *Mayer. d. aduocat. arm. cap.* 10. *n.* 306. & 433. *Gilman. Symphor. tom.* 1. *part.* 1. *conſult. in mat. rel. n.* 35. *tom.* 2. *p.* 1. *Vot.* 1. *n.* 1. *Quirin. Cubach. iuriſpr. Germa. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 51. Vnde etiam Catholicus, habens tantùm jus præſentandi, id eſt, patronatûs, debet præſentare miniſtrum eius religionis, cuius eſt, qui mixtum imperium, vel jura ſuperiora habet. *Gilman. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *Vot.* 1. *n.* 4. *Compoſ. Pac. ICC. Diling. cap.* 6. *quaſt.* 32. *n.* 18. Aliud eſt in feudo, quia beneficium feudale ſiue inueſtitura à principe concedi poteſt ſub nomine & qualitate der Landts: vñ hohen Ober: und Herzligkeit/ *per c.* 1. *quis dic. Dux, Marchio, vel Com. Vbi FF. Stephan. d. iuriſd. c.* 7. *n.* 125. *Ritter. d. homag. concluſ.* 9. *cap.* 3. *Vid. infrà* §. 13. Si duo in diverſis juriſdictionum ſpeciebus concurrunt, v. g. vnus habet altam iuriſd. ſiue imperium merum, alter verò baſſam, ſiue Vogteiam cum territorio;

 tunc

tunc proceſſus ei decernuntur, qui habet die Vogteyliche Oberkeit; niſi alta competat, non ſeruitutis, ſed territorij jure, *Roſenthal d. feud. c. 6. concl.* 85. & 20. quia habens juriſdictionem criminalem, nullum ſubiectionis ſiue cõpetentiæ jus habet, niſi delicto commiſſo. *Afflict. in c. 1. n. 18. qualit. vaſall. iur. deb. fidelit. Iacob. Butrigar. in l. 1. ff. de offic. praf. prat.* Sic & jus gladij ſimplex habens, non poteſt præiudicare illi, qui mixtum imperium & patronatum habet. *Gilman. Symphor. tom. 1. p. 1. tit. 3. vot. 12.* Inde nec ad hypothecatã bona extendi debet religionis reformatio; nam tales, Pfandtsinnhabere/ nullam inibi juriſdictionem habent; quia pignus permanet in bonis debitoris, *l. pignus. C. de pign. act.* nec habet creditor pignoris poſſeſsionem *l. ſciendum. §. creditor. qui ſatisd. cog.* vnde quoq; ſubditi pignoratitij jurant quidem creditoribus ſuper certis capitulis, interim tamen debitoribus, tanquam veris dominis, fide homagiali ob

obſtricti manent. *Maier. d. iuriſd. membr. 4. poſit. 6. lit. a.* & notum eſt, homagium eſſe inſigne ſiue teſſeram ſuperioritatis. *Meichſner. tom. 2. lib. 2. deciſ. Vlt. n.* 122. *& ſeqq. Vultei. conſ. Marburg.* 35. *n.* 30. *Vol.* 3. dann die Ober: vnd Herꝛligkeit bringt die huldigung mit ſich. *VVehner. pract. obſeru. Verb.* Landts-oder Erbhuldigung. *Ritter. d. homag. cap.* 3. *n.* 48. licet aliud videri poſſet in illis hypothecis, vbi Schloß/ Land vnd Leuth verpfändet / die dem Creditori frey mit aller nutzung / Obrigkeit / herlich: vnd gerechtigkeit zuhanden gegeben werden / *de quibus Vid. Gilman. in praiudic. Cam. Imp. Verb. reluitio.* Sed quid juris, quando quidam ſunt in commune, & alter mutare cupiat religionem? & dicitur, ſiquidem diſtinctum haberent juriſdictionis exercitium, vnus circa minora, alter verò in maioribus, vtpote maleficijs & alijs, ex quibus ſuperioritas maximè conſtat, tunc, *Vt ſuprà*; hanc qualitatem alij, quoad vſurpandam religio-

 nem,

nem, prævalere, &; tanquam potentiorem, illam aliam abſorbere. Quod ſi verò omnimodam ambo haberent juriſdictionem, & loco diſtinctam, tunc ſeorſim exerceri poſſe religioné: ſi verò non diſtinctam, tunc licet religio non poſsideatur, ſed libera videatur eius mutatio, tamen potiorem cauſam eſſe conſeruandi religionem, quàm mutandi, quod & ratione & jure non caret. *Gilman. d. tit. 3. in Conſultat. quor. dubior. in mat. relig. num.37. f. 263.* Nec quoq; tutor Electoralis religionem mutare poteſt. *Vid. ſuprà f. 361.*

An verò idem jus competat immediatis non-Statibus, diſquiritur in Actis publ. *Chriſt. Lehm. lib. 3. cap. 36. f. 364. & ſeqq.* quod affirmo, quia nominatim vel aliâ ratione non ſunt excluſi, ſed imò de ipſis quoq; expreſsè diſpoſitum *in* §. vnd nachdem bey vergleichung. *Vbi ſtatûs qualitas tacetur; & ſunt Verba*, alſo wo ein Ertzbiſchoff / Biſchoff / Prælat / oder ein anderer geiſtlichen Standts. *& ad fin.* welch

auch

auch ſambt der geiſtlichen Capituln/ vnd andern Kirchen. *Item in* §. *ſeq.* die-weil. quæ vana diſpoſitio foret, ſi alij non-Status non venirent. Et deinde in contextu ſimiliter dicitur in genere, auch die Clöſter vnnd Kirchen ꝛc. bleiben. Adde R. A. *d. anno* 44. §. vnd damit den Kirchen. *fol.* 3022. ſimiliter §. dergleichen ſollen die Prælaten. *fol. eod.* vbi habentur klar die Stifften vnnd Clöſter. *&* *&* §. doch ſollen die geiſtliche. vnde etiam apertiùs patet, quòd *in allegatis* §§. de non-Statibus loquatur, & tamen quæ de hiſce non-Statibus diſpoſuit, ſub eadem pœnâ cum alijs complectitur §. vnnd Wir Churfürſten. ad quem Status ſimiliter ſe obligant; & diſpoſitioni quidẽ præcedentis Conſtitutionis nihil in hoc per noſtram Conſtitutionem derogatum eſt, §. vnd ſoll alles, *ibi;* ſo diſem Fridſtand in allem ſeinem begriff/ *articul,* vnd Puncten zuwider ſein oder verſtanden werden möchte. Cumq; immediati nemini alij ſint ſubiecti, nec

 ali-

alium Statum, ſed ſolum Imp. recognoſcant ſuperiorem, idcircò ſequi dicendum eſt, nec modum quoq; illis circa religionem ab alijs præſcribi, vel turbari eius cauſâ poſſe. *Gilman. d. loc. num. 31. & ſeqq. & in deciſ. quæſt. in iur. controu. Verb.* Religionfrid. §. *notandum autem. Vbi ait*, Eccleſiaſticis, etiamſi Status Imperij expreſsè non ſint, proceſſus in Camerâ decerni poſſe, quicquid pleriq; contrà ſentiant. *Roſacorb. cap. 29. num. 7.*

Hocq; adeò verum eſt, vt etiam non immediatis proceſſus, citationes, & mandata in Camerâ decreta, & Proteſtantibus reſtitutio cum fructibus perceptis & percipiendis, ſumptuumq; refuſione, adhibitâ legitimâ cauſæ cognitione, publicè iniuncta fuerit. *Gilman. dd. locis. Lehm. d. c. 36. arg. 10. f. 371. col. 2.* Et contra hos mediatos, Geiſtliche Stifft vnnd Clöſter / ſuperioritatem territorialem, quoad reformationem, ſeſe non extendere, *ex Verbis Pacis Relig. euidenter deducitur in Edicto*

Fer-

Ferdinandi II. d. ann. 1629. §. daß nun ſolches nicht ſein ſolle. *& ſeqq.* Licet enim tales Eccleſiæ territorio domini ſint concluſæ: paria tamen ſunt, locum non eſſe ſitum in territorio, vel exemptum eſſe, *cap. cum Epiſcopus. vbi gloſſ. ord. de offic. ordin. in 6.* ſicut eiuſmodi loca priuilegijs Imperatorum, poteſtati inferiorum exempta eſſe, multipliciter dignoſcitur, *Schurff. conſ.* 48. *in princ. num.* 1. *cent.* 1. *per tit. d. immunit. Eccleſ. cum alijs ab eo alleg.* Quamobrem vt maximè pars ſint regionis in procurando bono publico, ſicut Eccleſiam, quæ eſt iuſtitiæ pietatisq́; mater, *cap.* 1. §. 1. *d. alienat. feud.* in id incumbere decet. *l.* 4. *C. de ſummâ Trinit. cap. ex tenore.* 11. *de for. comp. c. ſolitæ.* 6. *de maior. & obed.* Non tamen ſequitur, poſſe illa profanari, *contra* §. *ſacra. I. d. rer. diuiſ. l. inter.* §. *ſacram. d. V. O. Nouell.* 37. *d. Eccleſ. Afric. cap. ad hoc. & tot. tit. d. relig. dom. cap. mancipia. cum ſeq. d. rer. permut.* Non enim cenſetur pars iure totius, vbi diuerſa ratio apparet.

Euerhard. in loc. à toto. Tiraquell. d. retr. proxim. §. 1. gloſſ. 7. num. 45. per l. cum in-deb. Vbi Salic. Bald. 4. notab. de probat. Sed nec ideò minùs exempta videri debet Eccleſia, quòd locum Prælati in Conuentibus publicis impleat. *Iacob. in inueſt. Verb. an princeps. num. 35. & de homag. n. 32.* Nec argumentum à feudo, quod temporale eſt, & commercio Domini ſubiectum, à quo recognoſcitur & dependet, rectè porrigitur ad Eccleſiæ bona, vſibus humanis exempta; ac etiam poteſtati Domini terræ, à quo non recognoſcuntur vt feuda. *Ita in terminis ſtatuit IC. acatholicus, Mattha. VVeſemb. conſ. 37. num. 10. & ſeq. qui idem num. 9. ait, non obſtare, ſi allegetur, maiores Principis hanc Eccleſiam fundâſſe.* Nam ne ſic quidem aliquid iuris obtendi poteſt, quod non ſit tempore fundationis reſeruatum. *cap. præterea. 2. d. iur. patro. Vbi Panor. in 2. notab.* Sed & excommunicantur patroni Eccleſiæ, qui bona illius ſuo arbitratu diſtribuere, nedum dilapidare

vo-

volunt. *c. 1. cap. prætereà. cap. conſuluit. eod. tit. Schurff. d. conſ. 48. num.* 14. cùm ei tantùm id ſubſidij debeatur , vt ſi vergat ad inopiam, congrua duntaxat alimenta petere de bonis Eccleſiæ ſuæ poſsit. *c. quicunq; 16. q. 7. cap. nobis. d. iur. patro.* quando ipſum prouidere oporteat, ne quis Eccleſiæ bona diſsipet, *Schurff. d. conſ. in fin.* vt multò minùs eundem id committere conueniat. *c. filijs. 16. 7.* quod alijs prohibere debeat. *l. altius. 15. ſi ſeru. Vend.* Sed & meliorem vtique, non deteriorem Eccleſiæ conditionem facere poteſt. *c. 2. Vbi Pastor. d. donat. cap. ſine. 12. q. 2. l. hoc ius porrectum. C. d. ſacroſ. Eccleſ. Schurff. d. conſ. num. 9. & 10. Kirchou. tom. 2. conſ.* 31.

Quæri hic poteſt, an Calendarium Gregorianum Lutheranis contra priuilegia Pacis Relig. obtrudi potuerit; quod aſtruere nititur Ioh. Limnæus *d. iure publ. lib. 1. cap. 13. fol. 272. ad §. 7. hic.* Quòd autem publicatio noui Calendarij ſuâpte naturâ conſcientiam & ſtatum religionis non concernat, co-

pioſè ſatis & abundè examinatum & dijudicatū eſſe *in causâ* Kirchenprobſt zu Augſpurg *contra Senatum ibidem*, refert Gilman. *tom. 2. Symphorem. part. 1. Vot. 13. num. 3.* Et hoc vsq; adeò verum eſt, vt in multis partibus Germaniæ, Galliæ, Poloniæ (vt interim nil dicatur de Angliâ) vbi quàm maximè viget Auguſtana confeſsio, nouum Calendarium publicè ſit receptū. Non igitur video, quomodo introductio noui Calendarij in quibuſdam locis præiudicet religioni: in alijs verò eiuſdem religionis nullum omninò adferat prædicium; cùm præſertim vani timoris ac metus nulla habenda ratio, & præſumtio in contrarium ſit, imò manifeſtiſsimum, in locis quàm plurimis, vbi iam illud Calendarium publicatum eſt atq; receptum, tale quid nihil accidiſſe. *Gilman. d. loc. num. 4. & ſeqq. ac tom. 1. part. 1. tit. 3. Vot. 9. per tot.*

Pœna in turbatores hîc conſtituta eſt eadem, quæ manet violatores pa-

cis publicæ. Vnde quæritur, an Conſtitutio violatæ religionis per omnia ſit exæquata Conſtitutioni fractæ pacis? differentias quaſdam aſsignant ICC. Diling. *in Compoſ. Pac. cap.* 11. *q.* 78. *num.* 52. *& ſeqq. fol.* 550. ac Gilman. *tom.* 1. *Symphor. d. tit.* 3. *Vot.* 11. *n.* 1. *ac poſt Vot.* 12. *in conſult. dubior. in mat. pac. relig. num.* 18. *& ſeq.* refert, has Conſtitutiones, quoad pœnam, nihil ab inuicem differre, nec verſari hîc geminatam vnius quidem rei intuitu, quia Landfrid verſatur in præteritis, & iam commiſsis, Religionfrid autem reſpicit futurum, ob cuius violationem pœna non imponitur, niſi cùm denuò quis in legem committat, vbi ſibi imputare debet, quòd non iuſſus reſtituit, emendat, vel deſiſtit: nam nec anteà declaratio fit. Idem tamen Gilman. *tom.* 2. *part.* 3. *Vot.* 12. refert, in pleno Senatu maioribus votis Dominorum concluſum eſſe, quòd Conſtitutio religionis violatæ, per omnia ſit exæquata Conſtitutioni fractæ pacis, *Conſentit*

Chri-

Chriſtoph. SchWanman. lib. 1. proceſſ. Camer. cap. 17. num. 16. & Roſacorb quaſt. 17. n. 2. Quicquid ſit, certum eſt, vnum & idem factum ad diuerſas Conſtitutiones adaptari poſſe; & proceſſus obtineri indifferenter ſolent, cùm idem poſsit factum ad plures Conſtitutiones qualificatum eſſe, nec Ordinatio ſeu Receſſus Imperij reſtringit, niſi ad gebührliche Proceß. *Gilman. in deciſ. quaſtion. in iur. controu. Verb. Religion.* frid. §. *ita mandata. tom. 2. Symphor.* Notandum etiam *hic*, ſi ambæ partes ſint eiuſdem religionis, & vnus alterum turbet, tunc in Camerâ non decerni proceſſus ſuper Conſtitutione Pacis Religioſæ, ſed ſuper Conſtitutione fractæ pacis in communi formâ. *Roſacorb. pract. for. quaſt. 17. in fin.*

§. 3.

DAgegen ſollen die Ständt / ſo der Augſpurgiſchen Confeſsion verwandt / die Röm. Kay. May. vns / vñ die Churfürſten / Fürſten / vnd ander

de

deß H. Reichs Stånde/ der alten religion anhångig/ Geiſtliche oder Weltliche/ ſambt vnnd mit jhren Capiteln/ vnd andern geiſtlichs Standts/ auch ohngeacht/ ob vnd wahin ſie jhre Reſidentzen verzuckt oder gewendet hettē/ doch daß es mit beſtallung der Miniſterien gehalten werde/ wie hieunden dauon ein ſonderlicher articul geſetzt/ gleicher gſtalt bey jrer Religion, Glauben/ Kirchengebråuchen/ Ordnungē/ vnd Ceremonien/ auch jhren Haab/ Gütern/ ligend vnd fahrend/ Landen/ Leuthen/ Herzſchafften/ Obrigkeiten/ Herzligkeiten/ vnd Gerechtigkeiten/ Rendten/ Zinſen/ Zehenden/ vnbeſchwehrt bleiben/ vn̄ ſie derſelben fridlich vnd ruwiglich gebrauchen/ genieſſen/ vnweigerlich folgen laſſen/ vnnd getrewlichen darzu verholffen ſein/ auch mit der that oder ſonſten in vngutem gogen denſelbigen nichts fürnemmen/ ſondern in allweg/ nach laut vnd außweiſung deß H. Reichs Rechten/ Ordnungen/ Abſchiden/ vnd auffgerich-

richten Landtfriden / jeder ſich gegen dem andern an gebürenden ordenlichen Rechten benüegen laſſen/alles bey Fürſtlichen Ehren / wahren Worten / vñ vermeidung der Pœn in dem auffgerichten Landtfriden begriffen.

Hîc in principio ſtatim notandum, antiquam religionem Catholicam, contra Conſtitutionem religionis, & hactenus receptum in Camerâ ſupplicandi morem, à Lutheranis paſſim appellari doctrinam Papiſticam. *Gilman. tom.* 1. *Symphor. part.* 1. *tit.* 2. *fol.* 165. *num.* 3. Nam in Supplicationibus ſuper Pace Religionis, non Päpſtlich / ſed Catholiſch poni debet, idq́ ſub hac pœnâ, vt non ſolùm libellus ſine decreto redhibeatur, verùm etiam vt ſupplicans arbitrariè mulctetur. *Petr. Frider. Mindan. lib.* 1. *d. proceſſ. cap.* 33. *num.* 3. *Vbi allegat praiudicia. Otto Meland. in Commentar. ſuper pac. relig. circa fin. apud Lehman. in Act. publ. lib.* 3. *cap.* 32. *f.* 309.

Quâ ratione autem in cæteris rebus huic §. ſatisfaciant Lutherani, prolixè refer-

refertur apud Londorp. *tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 74. *f.* 62. *& tom.* 2. *lib.* 1. *tract.* 21. *fol.* 243. *& ſeqq.* quæ inter præcipuum hoc eſt, quòd Proteſtantes reſiſtunt Catholicis; quoties hi in territorijs ſuis, reformationem religionis inſtituunt, vt legitimè factum fuit in Auſtriâ. Ertzhertzogs *Ferdinandi* zu Grätz *Edict* die *Religion* betreffend / *anno* 1620. *Apologe*tiſche *Interims-Relation*, wegen der nächſt fürgegangnen Kay: *Religions reformation* im Ertzhertzogthumb Oeſterreich ob der Ens / getrukt zu Wien *ann.* 1626. *Londorp. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 26. *tom.* 2. *lib.* 4. *tr.* 4. *fol.* 725. §. mit wahrheit. *& lib.* 8. *tract.* 18. *f.* 1331. §. betreffend. vt & in Bohemiâ. *Londorp. d. lib.* 4. *tract.* 6. §. 5. *reſcribi*ren darauff. *& d.* §. betreffend. non obſtantibus prætenſis quibuſdam priuilegijs, quæ abuſus irrita reddidit & delictum: *latè Felin. in cap. qua in Eccleſiâ. in* 27. *&* 28. *col. d. conſt.* vbi tamen Principes animaduertere debent, ne facilè priuilegia concedant, quia ſub vmbrâ eorum multò

plura

plura aguntur, quàm priuilegij vires ferant, & difficulter etiam auferuntur, nec ſine commotione populi. Hinc qui multa priuilegia immunitatêsque concedit, is vim & neruos Principatûs incidit, ſeditionibus materiam præbet, ciues & ſubditos contra iuſtitiam ac remp. armat; cumq; multus ſit priuilegiorum abuſus, neceſſe eſt eum, qui paucis gratificando, multos (imò ſeipſum) grauauit, nunc eoſdem aut eorum ſucceſſores grauiùs offendere, *vt grauiter ſcribit R. P. Adam. Contzen. lib. 9. Politicor. cap. 7. §. 5. in fin.*

Principes autẽ Lutherani, reformationẽ aduerſus ſuos liberrimè vſurpãt, ſi'q; Catholicus Princeps hoc facit, ſubditorũ eius, ſub prætextu alicuius interceſsionis, protectionem ſuſcipiunt, Catholicis Statibus minantur, commune grauamen exindè effingunt, & in Comitijs Imperij, alijsq; Diætis, tanquam ſalus publica in eo cardine vertatur, mille querelis Imperij negotia retardant, ſi'q; deſiderium ſuum explere

plere nequeunt, ferro tandem agunt; vnde bella hæc nemo poſthac Reuerendis Dominis Patribus Societatis Iesv (vt ſauerrimè vulgo perſuadere Lutherani conantur) *Londorp. tom. 2. lib.* 8. *tract.* 16. *fol.* 1319. §. darauff. Notw. Erinner. *f.* 31. 103. *& ſeqq.* ſed his ipſis perſuaſoribus ſiue poſterioribus Lutheranis, eorumq́; maximè verò Caluinianorum technis, *Londorp. tom.* 2. *tract.* 21. *lib.* 1. *fol.* 246. *col.* 1. §. Ob nun gleichwol. *& tr.* 22. *fol.* 254. *Vbi* vom newen *Caluiniſ*chen Model deß Heil. Röm. Reichs. *& lib.* 3. *tract.* 13. *fol.* 672. *& ſeqq.* adſcribat, qui vt maximè ſubditos ditionesq́; ſuas bellicis calamitatibus exponant, ſatis tamen lucrari, ciuilibus hiſce bellis, ſibi videntur, ſi æquo Marte iterum diſcedere, & eluſâ huius Conſtitutionis juſtiſsimâ executione, antiquum obtinere poſſent. *Vid. omninò DonaVV. Relat. fol.* 54. 62. 81. 116. 150. 175. Nothwend. Erinner. *fol.* 279. *& ſeq. Londorp. tom.* 2. *lib.* 1. vbi etiam von den vier Cloſterſachen / vt ſunt

(1) Or-

(1) Ordinis Carmelitarum, contra Hirſchorn, Mandati de non ſoluendo & reſtituendo 7. *Iul. ann.* 1597. (2) Epiſcopi Spirenſis cõtra Baden & Eberſtain 15. *Mart. ann.* 98. (3) Monialium S. Mariæ Magdalenæ, Argentinæ contra Magiſtratum ibidem 19. *Maij*, *anno* 98. (4) Ordinis Carthuſiorum contra Comitem Oetingenſem de reſtituendo & non offendendo, 16. *Ian. anni* 99. An verò Prædicantes verbalibus illis iniurijs, quas in Concionibus effundunt, derogent huic paci, negatur apud Gilman. *tom. 2. Symphor. part. 1. Vot. 11. n. 3.* cùm non ſint tantæ, vt poſſint cauſſare fractam pacem: quod tamen fallit, ſi ſeditioſa verba contra Conſtitutionem Religionis publicam euomerent.

§. 4.

Doch ſollen alle andere / ſo obgemelten beeden Religionen nicht anhängig / in diſem Friden nicht gemeint /

meint / ſondern gäntzlich außgeſchloſ-
ſen ſein.

Pace religioſâ frui debent tantùm Catholici & Lutherani, qui ſe Confeſſioni Auguſtanæ *anno* 1530. 25. *Iun.* Carolo V. Imp. in Comitijs oblatæ addixerunt. Contra Caluinianos verò cõmunis Imperij deciſio prodijt *anno* 1566. *Londorp. tom.* 2. *lib.* 8. *tract.* 70. *fol.* 1433. §. wir wollen. & 69. *in fin.* *Vbi dubitatur etiam, an Elector Brandeburgicus Caluiniſtica doctrina adſtipuletur, quãuis eam in ditionibus ſuis videatur tolerare.* Hosq; diu oderunt Lutherani, nec ſine causâ; quia non tantùm peſſimè de Sacr. Cæſ. Maieſtate ſentiunt Caluiniani, aliosq; eodem veneno inficiunt, *Londorp. tom.* 2. *tract.* 19. *f.* 188. *R. P. Contzen lib.* 9. *Politicor. cap.* 25. ſed ipſis etiam Lutheranis infenſi ſunt, ipſorumq; Confeſſionem multifariam dãnant atq; traducunt, *Id. d. l.* 9. *c.* 28. §. 1. *Vide* den wahrhafften vnd grundtlichen Bericht *anno* 85. zu Tübingen gedruckt/ wie die *Religion eod. ann.* in der

Pfaltz

Pfaltz *mutirt* worden/ *fol.* 121. *Vbi Calvinus dicit, Auguſtanam Confeſsionem eſſe facem ad excitandum incendium, qui conflagratura ſit tota Gallia.* Vnde *referente Sleidano lib.* 7. *&* 8. Heluetios, & Argentinenſes, qui tunc ſtabant à partibus Zvvinglianorum, Lutherani in ſocietatem fœderis Smalcaldici, & alibi, noluerunt admittere. Iam verò eos etiam Pacis Religionis participes reddere cupiunt, *DonaVV. Relat. part.* 2. *fol.* 118. nec voluerunt, vt Imp. contra Fridericum Electorem Palatinum, Caluinianam hæreſin introducentem, iuxta tenorem huius Conſtitutionis exequeretur, *vt videre eſt in Act. Publ. Chriſt. Lehman. lib.* 3. *fol.* 25. *& ſeqq.* ita vt verè dicatur inn dem beſtändigen wahrhafften Bericht / Erklärung vnd Defenſionsſchrifft Petri Eberzen D. wider die newe Staffortiſche Caluiniſten vnd Zwinglianer / betreffendt die fürgefallne Religionshandlungen mit der Statt Pfortzheimb / *fol.* 39. daß die Caluiniſche Confeſsion in deß Heyl.

Reichs

Reichs Conſtitution vom Religionfri-
den/nicht approbirt noch angenomen/
ſondern allererſt folgends/durch allerhand verkehrte gloßierungen / vermeintlich hinein geſpickt / vnd an denſelben / wie ein Schwalbenneſt an ein Hauß / geflickt worden. Et nuperis annis Heilbrunnæ & Francofurti, pro cōmunis Euāgelici negotij defenſione, fœdera cum Caluinianis pepigerunt Lutherani. Contra hanc Conſtitutionem non licet Principi Caluinianam introducere religionem. *Ioh. Baptiſt. Cæſar part. 1. conſ. 37. Vbi etiam de modo agitur, quem Status Prouinciales aduerſus Principem ſuum, illud attentantem, adhibere debeant.* Pariter nec filius Princeps poteſt cogi ad approbandam patris religionē, in Imperio prohibitam. *Id. part. 2. conſ. 42.* Rectè tamen contra Caluinianos agitur, ſi vel Catholicos, vel Auguſtanæ Confeſsioni addictos, reſpectu religionis moleſtare velint. *Frider. d. lib. 1. d. proceſſ. cap. 29 num. 2. Otto Meland. d. Commentar. ad Pac. Relig. num. 5. in fin.*

Aa §. 5.

§. 5.

Vnd nachdem bey vergleichung d
ſes Fridens ſtreit fürgefallen/ w
der Geiſtlichen einer oder mehr / vo
der alten religion abtretten wurden
wie es deren võ jnen biß daſelbſthin b
ſeſſenen vnd jnngehabten Ertzbiſtum
Biſtumb/ Prælaturn / vnd Benefici
halben/ gehalten werden ſoll / welch
ſich aber beeder Religionsſtändt nic
haben vergleichen können. Demna
haben wir inn krafft hochgedacht
Röm. Kay. May. vns gegebner Vol
macht vnd heimbſtellung erklärt / vn
geſetzt / thuen auch ſolches hiemit w
ſentlich / alſo / wo ein Ertzbiſchoff/B
ſchoff / Prælat, oder ein anderer gei
liches Stands / von vnſer alten relig
on abtretten wurden / daß derſelb
ſein Ertzbiſtumb/ Biſtumb/ Prælatu
vnd andere Beneficia, auch damit al
Frucht vnd Einkommen / ſo er dauo
gehabt/ alßdann ohn einig widerun
vnd verzug / jedoch ſeinen Ehren oh
nach

achtheilig/ verlaſſen/ auch den Capi-
ln/vnd denen es von gemeinen Rech-
n/ oder der Kirchen Stifft gewon-
eiten zugehört/ ein Perſon der alten
ligion verwandt/zuwöhlen/ vnd zu-
dnen zugelaſſen ſein/ welche auch
mbt der geiſtlichen Capiteln/vnd an-
rn Kirchen vñ Stifft Fundationen/
ectionen, Præſentationen/ Confir-
ationen/ alten Herkommen/ Ge-
chtigkeiten/vnd Gütern/ligend vnd
hrend/ vnuerhindert/ vnnd fridlich
laſſen werden ſollen/ jedoch künffti-
r Chriſtlicher/ freundtlicher vñ endt-
her vergleichung der religion vnuer-
eifflich.

Paragraphus hic (agens vom geiſt-
hen Vorbehalt/*vt vulgò vocatur*) non
inùs quàm alij, pars eſt huius Com-
ſitionis, *vt clariſſimè demonſtratur in*
ícto Diui Imp. Ferdinandi II. d. anno 29.
Mit weniger. *& in Compoſit. Pac.* ICC.
iling. c. 7. quaſt. 52. quod etiam nō-
ılli Proteſtantium haud abnuunt.
hm. in Act. Publ. lib. 3. *cap.* 35. *q.* 5. vbi

etiam dicitur, quòd Cæſar teneatur
poſsit, Ordinibus inter ſe diſſentien-
tibus, authoritatem ſuam interpone-
re, ſaltem quousq; conuenire poſsin.
Dubium autem eſſe videtur, vtrū
Eccleſiaſtica perſona, antiquam reli-
gionem deſerens, nihilominus cenſu-
ręEccleſiaſticę ſubiaceat, quia *hic* ei in-
famiæ tantùm fit remiſsio, ? quod ne-
gatur apud Lehman. *in act. publ. lib.*
cap. 23. *Vor.* 1. *fol.* 192. *col.* 2. quia ſic i-
anis libertas eſſet, quam tantæ pœn-
inflictio maneret, *Gilman. tom.* 1. *Sym-*
phor. p. 1. *tit.* 3. *Vor.* 6. Verùm contrari-
um docent ICC. Diling. *d. cap.* 7. *quæſt.*
51. Et maximè perſonis regularibus ſi-
Ordinem profeſsis, religionem muta-
non licet, prętextu huius Conſtit. q-
religioſus perſonaliter obligatus
Ordini aut Monaſterio, non min-
quàm mancipium domino ſuo, vnd-
impunè ſecedere nequit, *arg. l.*
Vbi Bl. ff. Vbi qui. d. Curiali. ICC. *Dilin.*
d. q. 51. *n.* 2. & *ſeqq.* Nec Capitulu-
hic per renunciationem, aut ſi æqu-

a

d Lutheranos deficiat, aliquid præ-
udicare poteſt. *d. cap. 7. q. 54.* Hæcq;
eſeruatio etiam ad Commendatores
xtenditur, *propter verba hic*, oder ein
nderer geiſtlichs Standts. ſi vxores
ucant, per hoc enim absq; dubio re-
gionem mutâſſe cenſeri debent. *Gil-
ian. tom. 1. p. 1. tit. 3. fol. 193. & ſeqq. ac
or. 6. fol. 234. n. 8.* Accenſentur enim
eligioſis, licet haut inter Clericos co-
ptentur, *Ioach. Stephan. d. iurisd. 4. c.*
). Inde etiam conſequitur, licet Col-
gia Canonicorum, præter alias cau-
is, ad conſeruationem quoq; familia-
um à pijs ac prudentibus noſtris Ma-
oribus inſtituta fuerint; quapropter
Ionaſteriū in Heluetica Eremo (zum
Einſidl) Principum Hoſpitale nomi-
atum fuit, *Ioh. Stumpf. in Chron Heluet.
b. 6.* & olim in Germania Principes
orti vel arbitrio virginis, electionem,
uis inter plures fratres ſuccedere de-
eat, permittebant: *quale exemplum ex-
at apud Munſter. lib. 3. Coſmogr. cap. 417.
n genealogiâ Landgrauiorum Haſsiæ.* Et

 Dux

Dux intrans religionem non adduci
ſecum Ducatum, ſi habeat animum
perpetuò ibi manendi, *& ita tenet gloſ.
in c. ſcripſit nobis regina. 27. q. 2. Iacob. à
S. Geog. tr. de feud. fol.* 18. *num.* 1. Luthe-
ranis tamen ad ea non datur aditus;
Nothwend. Erinner. *fol.* 91. *& ſeq.* nec
quicquam obtinere potuerunt *ann.* 66.
Auguſta, anno 75. *Ratisbona* in Conuen-
tu Electorum, & *ſequenti anno* in pu-
blicis Comitijs, Comites & Barones
in tractu Rhenano, Franconiâ, alijsq;
locis Auguſtanæ Confeſsioni addictis,
petentes, vt ad Eccleſiaſtica Collegia
(die hohe Stifft) pari jure cum Ca-
tholicis admitterentur. *Vid. Franc.
Burckhard. lib.* 1. *d. autonomiâ. cap.* 3. *&
lib.* 3. *cap.* 20. *& ſeqq.* Excluduntur au-
tem ex defectu habilitatis perſonæ,
quam omnia Teſtamenta, fundatio-
nes, diſpoſitiones, prouiſiones, gra-
tiæ, & ſimiles ordinationes, Eccleſia-
ſtica beneficia concernentes, ſemper
præſupponunt, cuius etiam potiſsima
pars eſt votum caſtitatis, quod tamen
Luthe-

Lutherani Prædicantes pro vndecimo præcepto impoſsibilis impletionis habent, propter verba, *Creſcite & multiplicamini*, *Geneſ*. 1. ꝟ. 28. quæ tamen in primis duntaxat illis mundi temporibus, quando hominum multiplicatio neceſſaria videbatur, pro replendâ habitatoribus terrâ, vim quodammodo habuiſſe præcepti, refert Auguſtin. Torniell. *in annal. ſacr. & profan. tom*. 1. *d. primâ mundi æta. Mundi die* 6. *num*. 25. *Adam. Keller. d. iure ſucced. ab inteſt. tit*. 5. *n*. 33. Vnde propter matrimonij ſequelas, bona Eccleſiaſtica, & fortaſſe etiam Electoratus Eccleſiaſtici, ſi Lutheranis concredi deberent, aliquando periclitarentur. Nec impedit, quòd non repugnet, bona Eccleſiaſtica ſecularibus perſonis, in matrimonio exiſtentibus, applicari, *ꝟt probat Franciſc. Sarmientus part*. 4. *d. redit. Eccleſ. cap*. 1. vbi *num*. 13. affert exemplum de Ordinibus S. Iacobi Calatrauæ & Alcantaræ in Hiſpaniâ. Tales enim milites non ſunt veræ Eccleſiaſticæ perſonæ

(quales in Imperio in obtinendis Beneficijs Canonicalibus vtplurimum requiruntur) licet modi viuendi ipſorum appellentur religiones: ſed ſecundum quid, in quantum participant quædam, quę ad ſtatum religionis pertinent. *S. Thom. 2. 2. q. 186. art. 4. ad 3.* adde, quòd illi, quia Catholici ſunt, ſacrorum canonum authoritate in officio contineri poſſunt, quod in Lutheranis falleret. Interim notandum eſt, contra maledicas Lutheranorum Prædicantium linguas, quamuis Ius Canonicum vnicuiq; qui votum continentiæ fecerit, contrahendi matrimonij poteſtatem adimat: hoc tamen non ideò fieri, quòd matrimonia non debeant eſſe libera, ſed propter votū, *cap. 1. & tot. tit. d. conuerſ. coniugator. c. 4. c. ad noſtram. c. ſapè. cap. porrectum. & tot. tit. d. regular. cum ſimil.* Alioquin enim omnes conſuetudines & ſtatuta expreſsè à Iure Cano. damnantur, quæ libertatem matrimonij vllo modo impediunt. Cùm enim matrimonium ſit

juris

iuris naturalis, §. 1. *Inſtit. d. iur. nat. gent. & ciu.* & quoad formam atque validitatem, iuris diuini, vtpote ab ipſo DEO inſtitutum, *cap. 32. q. 2. ſicut. §. 1. & ſeq.* imò à canonibus inter Eccleſiæ ſacramenta relatum, remedium noſtræ infirmitatis, & humanitatis ſolatium, *vt dicitur can. nuptiarum. cauſ. 27. q. 1.* non debet per eius prohibitionem aduerſario humani generis dari occaſio, animas peccatorum laqueis inneſtendi, & in perpetuum perdendi, *d. c. nuptiarum.* Sola enim eſt virginitas, quę ſuaderi poteſt, imperari non poteſt; res magis voti quàm præcepti. *d. cauſ. 32. q. 1. can. integritas.* 13. Et ſecundum vitam politicam neceſſe eſt, vel nubere, vel ingredi religionem, *ſec. Paul. d. Caſtro in l. Titio centum. §. 1. col. fin. ff. d. condit. & demonſtr. vbi dicit, quòd aliter faciens, dicitur beſtialiter viuere, & hoc facere, vt liberius fornicetur. Aegid. d. reg. princip. lib. 11. part. 1. cap. 7. Nicol. Berſius d. pact. famil. illuſtr. fol. 392. & ſeq.* quamuis propter præſentium tem-

porum calamitatem interdum neutrũ expediat. 1. *Cor.* 7. *v.* 26. *& ibi Marian. in Schol.* & maximè viro ſapienti & literis dedito, ſiue Religioſus ſit ſiue in ſeculo exiſtat, vxor ducenda non ſit, *ſec. Hugo. de S. Victore, quem refert Rodericus Epiſcopus Zamorenſis in Speculo vita humã. lib.* 1. *cap.* 12. quia ſtudium ſapientiæ impedit, nec poteſt quis libris & vxori pariter ſeruire. Nõ eſt quieta vita hominis, quam inquietat vxoris ſuſpicio, ſollicitat ancillarum ſumptus, conturbat filiorum peruerſitas.

In hunc tamen §. multipliciter hactenùs à Lutheranis peccatum fuit, Kayſerl. *Ediẞ. Ferdinandi II.* §. bey dem andern *articul. apud Lehm. in act. publ. lib.* 3. *cap.* 17. *Londorp. tom.* 2. *lib.* 8. *tr.* 70. adeò vt eum pro temporis neceſsitate receptum, contrariâ iam conſuetudine moderatum, atq; abrogatum, impudenter aſſerat Petr. Frider. Mindan. *lib.* 1. *d. Proceſſ. cap.* 29. *num.* 3. *in fin.* Indè quoq; bella exorta, in Epiſcopatu Argentoratenſi, cùm mortuo Epiſco-

po Iohanne von Manderſcheid / Comite Belgâ, à nonnullis Iohannes Georgius Marchio Brandeburgenſis, ab alijs autem Carolus Lotharingiæ Dux, S. R. E. Cardinalis & Epiſcopus Metenſis, in Epiſcopum eligeretur. *Munſter. lib.* 3. *Coſmog cap.* 151. deinde in Archiepoſcopatu Colonienſi, cùm Gebhardus Truchſeſsius Elector animum ad nuptias applicâſſet. *Vid. Michäel. ab Iſſelt de bello Colon. Lehman d. lib* 3 *cap.* 10. & 17. *Gilman. tom.* 2. *Symphorem. p.* 1. *r.* 3. *Vot.* 10.

Quandoq́dem autem hoc priuilegiũ perſonale eſt, vt Eccleſiaſticæ perſonæ, ſaluo honore ſuo temporali, ad Lutheranos diſcedere poſsint: ad alios ergò Catholicos Principes idem extendi nequit, partim quia in tranſactione pacis, libertas tenendi noua Lutheri dogmata ijs tantùm permiſſa fuit, qui eam tunc petebant, & cum Catholicis Ordinibus tranſigebant, nimirum Auguſtanæ Confeſsioni adhærentibus: partim quia hoc ipſo, quòd bona omnia

& beneficia Eccleſiaſtica, atq; parochialia iura, quæ eo tempore Eccleſiaſtici Prælati poſsidebant; eiſdem reſeruata ſunt; inde nullâ probabilitatis ſpecie dici poteſt, Eccleſias & beneficia, quæ eodem tēpore iuris Catholici, & in manibus ac poſſeſsione Catholicorum Ordinariorum ac Parochorum erant, eiſdem auferendi, atq; ad Prædicantes, aliosq; defenſores laicos transferendi poteſtatem aliquam à Catholiciſsimo Rege Romanor. Ferdinando I. alijsq; Catholicis Principibus conceſſam fuiſſe. *Lehman. d. lib.* 3. *cap.* 37. *tract.* 14. Accedit, quòd trāſactio ſit ſtricti iuris; nec mens tunc erat Catholicorum Principum acquirere ſibi libertatem tranſeundi ad Auguſtanam Confeſsionem, quam tunc temporis, vt impiam, execrabantur; idq; præterea patet ex Actis Comitiorum *anno* 1594. *Compoſit. Pac. Iureconſ. Diling. cap.* 6. *quæſt.* 40. *&* *cap.* 10. *quæſt.* 77. *num.* 52. *Lehman. d. lib.* 3. *quæſt.* 66. *fol.* 521. §. vnd daß auch. deq; Eccleſiaſticis perſonis, à Fide Ca-

de Catholicâ deficientibus, declaratio, ratione amiſsionis beneficiorum, facta, peculiare ſtatutum fuit, alios Principes non attingens. *Compoſ. Pac. Dil. c. 8. q. 64. n. 129.* Vnde nec Imp. poteſt eſſe Lutheranus, quia ipſi ex officio incumbit, vt Apoſtolicam Romanam Sedem, ac Summum Pontificem defendat; quod etiam mediante iuramento ſanctè & ante omnes alios articulos, promittere ſolet. *Clement. 1. d. iureiur.* ex quo vniuerſæ Chriſtianæ Eccleſiæ Aduocatus & Patronus exiſtit, Romanumq́ Imperium *ſacrum*, & Cæſarea Maieſtas *ſacra* appellatur; hócque ſenſu defendi poteſt, quod aliqui docent *ex doctrinâ Bart. in l. hoſtes. num. 6. d. captiu.* quòd Imp. ſit dominus totius Orbis, videlicet Chriſtiani; quia omnes gentes, quæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obediunt, quodammodò ſunt de populo Romano, cuius Aduocatus, Defenſor, & Vicedominus eſt Imperator Romanus. *Compoſ. Pac. Iurec. Diling. cap. 11. quæſt. 83. num. 120. & ſeqq.*

Sed hanc protectionem Sacræ Romanæ Sedis, nullus Princeps Lutheranus ſuſcipere vellet; ita namq; habetur in Capitulatione Ferdinandi II. Imp. *Francof.* 28. *Aug. anno* 1619. *artic.* 1. *in fin.* Gleichwohl ſovil diſen / auch den nachfolgenden 15. *articul* (*Vbi de Concordatis Germaniæ*) gegenwertiger *Obligation*, *Verſ.* daß ſollen vnd wollen wir mit jhrer der Churfürſten ꝛc. belangt / haben vorgemellte vnſere Oheimb / die Weltliche Churfürſten / ſich außtrukenlich gegen vnß erklärt / was daſelbſt von dem Stuel zu Rom / auch der Bäpſtlichen Heiligkeit für meldung geſchicht / daß Jhre Liebden darein nit bewilligen / noch vns damit verbunden haben wollen. Quæ etiam mala ex electione Lutherani Imperatoris in Romano Imperio conſequerentur, exemplum ſatis luculentum præbere poteſt Henricus IV. Galliæ Rex; *quâ de re conſulatur. Pierre Matthieu en l' hiſtoire de la Paix. Les Memoires d' Eſtat par Mr. de Villeroy. Iean de Serres en l' inuentaire ge-*

re ge-

re general de l'hiſtoire de France ſub anno 1589. f. 1761. Iulien Peleus en l'hiſtoire des faits & de la Vie de Henry le Grand, Roy de France & de Nauarre. Et hactenus quoq; non aliter in Imperio receptum fuit, vt non niſi Catholici Principes eligerentur in Imperatores, ita vt Catholici Principes inde ius quæſitum habere videantur. Haud enim veritati conſonum eſt, quod de Ferdinando I. Imp. iactitant Lutherani, eum ad Lutheraniſmum inclinâſſe, & literas ad Lutherum exarâſſe, *cuius contrarium luculentiſſimè oſtendunt Iurec. Diling. in Compoſ. Pac. cap. 6. quæſt. 45. num. 171. & ſeqq. cap. 7. q. 52. num. 37. & ſeqq. Author* der Nothwend. Erinner. *in causâ DonaWert. part. 1. fol. 105. & ſeq.*

§. 6.

DJeweiln aber etliche Stände/vnd derſelbē Vorfahren/etliche Stifft/ Clöſter/ vñ andere geiſtliche Güter eingezogen/ vnd dieſelbige zu Kirchen/ Schulen/ milten/ vnnd andern ſachen ange=

angewendt/ ſo ſollen auch ſolche eingezogne Güter / welche den jenigen / ſo dem Reich ohne mittel vnderworffen/ vnd Reichsſtänd ſeind / nicht zugehörig / vnd deren poſſeſsion die Geiſtlichē zu zeit deß Paſſawiſchē Vertrags/ oder ſeithero / nicht gehabt / in diſem Fridſtand nicht begriffen vnd eingezogen ſein / vnd bey der verordnung/ wie es ein jeder Stand mit obberührten Gütern gemacht / gelaſſen werden/ vnd dieſelbe Ständ derenthalben weder inn noch auſſerhalb Rechtens/ zu erhaltung eines beſtändigen ewigen Fridens / nit beſprochen noch angefochten werden. Derhalben befehlen vnd gebieten wir hiemit / vnd in krafft diſes Abſchidts / der Kayſ. May. Camerrichtern vnd Beyſitzern/ daß ſie diſer angezogener vnd verwendter Güter halben kein citation, mandat, vnd proceſſ, erkennen vnnd decerniren ſollen.

Proteſtantes hunc §. maximè dubium eſſe, & Imperatoriâ deciſione eum

Sta-

Statuũ Imperij cognitione iunctâ, indigere clamitant; quò proinde Delegatus Cæſareus Iohannes Marchio Brandeburgenſis, in cauſâ Abbatis Fuldenſis contra Saxoniæ Ducem, propter Monaſterium in Alendorf, ante Pacem Religionis occupatũ, totam rẽ per interlocutoriam retulit *anno* 1558. *die* 13. *May*. Pro Abbate tamen in Comitijs Spirenſibus *ann.* 1570. iudicatũ fuit, additâ ratione: quia allegatus articulus dieweil aber etliche. in ſe ipſo ſatis clarus ſit & apertus, ideò in ſuo ſtatu relinqui *&c. Compoſ. Pac. Diling. Iurec. cap.* 8. *q.* 56. *in fin.* Sanè §. hic etiam Proteſtantibus ſatis clarus videretur, niſi Eccleſiaſticorum bonorum cupiditas oculis eorum glaucoma obijceret; hæcq; in religione lites facilè ſopirentur, ſi illud abſq; iſtis bonis fieri poſſet, *Vt prudentiſſimè iudicauit Mathias Heldus, Imperij quondam Vice-Cancellarius, apud Hortled. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 11. ſiq; illis animæ ſalus tantoperè, vt iactitant, curæ eſſet; quia veritas Catho-

tholica, de'q; fide eſt, reſtitutionem rei alienæ, quam quis detinet inuito domino, eſſe faciendam ſub pœnâ peccati mortalis, & ad conſequendam vitam æternam, *ſecundum illud Pauli ad Rom.* 13. *reddite ergò omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, &c. nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis.* Inter neceſſaria ad ſalutem, ſeu iuſtificationem impij, numeratur reſtitutio ablatorum, Ezech. 33. *Si dixero impio, morte morietur, & ille egerit pænitentiam à peccato ſuo, feceritq; iudicium & iuſtitiam; & pignus reſtituerit, rapinamq; reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum: vitâ viuet, & non morietur.* Vnde B. Auguſtinus *in epiſt.* 14. *ad Macedon. Si res aliena*, inquit, *propter quam peccatum eſt, reddi poſſit, & non redditur, pænitentia non agitur, ſed ſimulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, ſi, vt dictum eſt, reſtitui poteſt. Vid. Philipp. Faber d. reſtitut. lib.* 4. *diſput.* 50. *diſtinct.*

ſtinct. 15. q. 2. cap. 1. num. 13. & ſeqq. Franciſc. de Platea in tr. d. reſtitut. vbi §. 32. docetur, quòd nec pietatis cauſâ furari liceat. Nec quoq; per hanc Conſtitutionem Lutherani ius aliquod ad bona Eccceſiaſtica acquiſiuerunt, quod ipſos in foro conſcientiæ ſecuros reddere poſſet; quia hoc non fuit in poteſtate Imp. concedere, nam, *vt ſuprà demonſtraui*, pax fieri poteſt etiam cum eo, qui iniuſtè nobis bellum mouet: ſed actiones tantùm aduerſus eos, atq; iuſtitiæ executio quoad externum forum, propter mutuam conuentionem iuratam, ſuſpenduntur. *Lehm. d. lib. 3. cap. 37. num. 3. vid. Kirchov. tom. 4. conſil. 5.* Bona namq; Eccleſiaſtica, à temporibus Conſtantini Magni, in nullius quàm Epiſcoporum poteſtate erant, *vt multarum Synodorum authoritatibus probat Rodolph. Hoſpinian. d. orig. bonor. Eccleſiaſt. cap. 5.*

Conſtat autem hic §. duobus membris: vnum fundatur ſuper medietate vel immedietate, alterum in tempore

occu-

occupationis, vtrum ea ante vel poſt Paſſauicam Tranſactionem facta fuerit; vbi quoq; conſiderandum, quid de tempore Interimiſtico ſtatuendum ſit. Quantum ad primum attinet, certum eſt, bona Eccleſiaſtica, ad Imperij Status (vti ſunt omnes Epiſcopatus, Abbatiæ, & Prælaturæ, quæ in matriculâ Imperij extant, *Lehm. d. cap.* 37. *n.* 4.) pertinentia, reſtitui debere, etiamſi ante Paſſauicam tranſactionem fuerint occupata, R. A. zu Speyr. *an.* 44. *& hic ann.* 55. idq; patet ex actis inter Epiſcopum Bambergenſem, & Georgium Marchionem Brandeburgicum, propter occupatum ab ipſo Monaſterium in Kizingen. *Vid. Compos. Pac. Inrec. Diling. cap.* 8. *quaſt.* 56. *n.* 7. Secus eſt in ijs bonis Eccleſiaſticis, quæ non pertinent ad Imperij Status, vbi notanda eſt diſtinctio huius §. vtrum ante Tranſactionem Paſſau. occupata fuerint, an verò poſt terminum admiſſum, hoc eſt, 2. Auguſti, Anno 1552. Notorium enim eſt toti orbi, omnia

bona

bona Eccleſiæ in Germaniâ, *ante annum Chriſti* 1517. imò etiam pòſt (nam multi tardiùs, bello Proteſtantium animoſiores facti, occupârunt) Catholicorum fuiſſe. *Lehm. d. c.* 37. *num.* 5. Hæc ergò antè occupata non, ſed illa reſtitutionis neceſsitati ſubiacent, argumento à contrario ſenſu, quod maximè validum eſt in conuentionibus, Roman. *conſ.* 399. *verſ. tert. Dec. conſ.* 316. *n.* 8. *Alex. conſ.* 46. *ponderatis verbis. n.* 5. *verſ. tertio in conuentionib.* & in pactis, in quibus argumentum à contrario ſenſu habet vim pacti expreſsi, *ſec. Angel. conſ.* 210. *n.* 4. *verſ. cõtrarium. Bl. conſ.* 390. *in fin. lib.* 4. *Anchar. conſ.* 213. *n.* 5. *Canalcan. deciſ.* 37. *n.* 11. & 12. *part.* 2. *Tuſch. lit. A. concl.* 498. *n.* 49. vnde in pactis conditionalibus, ſub conditione datum, contrariâ conditione ademptum cenſetur, *l. pecuniam. ff. d. reb. cred. Riminald. in l.* 1. *d. offic. eius. n.* 473. *Surdus deciſ.* 202. *n.* 11. *ad fin.* hinc vulgaris regula deſcendit: datum ſub conditione affirmatiuâ, contra-

trariâ exiſtente relictum non videri, *l. ſi legatum purè. ff. d. adim. leg. l. aliquando. d. condit. & demonſt. l. quod purè. ff. quando dies legati cedat. Surd. d.deciſ. 202. num. 7.* Et ita in Camerâ Imperiali iudicari, manifeſtum eſt auß den vier Cloſterſachen / idemq; oſtendit Thilman. de Benign. *Syntagm. 1. decad. 1. Vot. 2. Collectarius Deciſionum ſeu præiudiciorum Cameræ Imperialis, §. Religion*frid. quòd in Camerâ, in caſibus deß Religionfridens / Eccleſiaſticis, Statuum dignitatem ſibi minimè arrogantibus, Proceſſus retrò fuerint conceſſi. Et quòd inſuper etiam poſt fori declinatorias, aut caſſationis propoſitas exceptiones, litis conteſtatio fuerit decreta, non obſtante, quod allegabatur, Religionis Conſtitutionem ad ſolos Status pertinere. Hicq; idem ex multis præiudicijs apparere addit, Eccleſiaſticis, etiamſi Status Imperij expreſsè non ſint, Proceſſus tamen in Camerâ decerni poſſe, quicquid plerię; in contrarium dicant. Maximam autem

eſſe

eſſe authoritatem Cameralium prę iudiciorum, neminem latere poteſt, *arg. l. filius. in pr. ibi: ſic enim inuenio Senatum cenſuiſſe. ff. ad L. Cornel. d. fals.* & quòd deciſiones Imperialis Cameræ, vtpote Imperatoriam Maieſtatem, totumq́; (loquor cum aduerſâ parte) Imperiũ Romanum in cauſis illi commiſsis repræſentantis, inſtar legis debeant eſſe, firmat Græuæus *in proœm. concluſ. 2. vbi plures alios allegat.* Nec poteſt obijci, decreta eiuſmodi in Camerá odio reformatæ Religionis excidiſſe, quia adſunt p̃iudicia, vbi mediatis Euangelicis Nobilib⁹, alijsq;, in Camerâ ſubuentum fuit, vt in cauſâ Drolshagen/ nobilis in VVeſtphaliâ, vaſalli Monaſterienſis Epiſcopi, ob id quòd infantem contra Romanæ Eccleſiæ morem, ſecundum ritum Auguſtanę Cõfeſsionis in arce ſuá baptizari curauerat. Nec obſtat, quòd *in hoc §.* duo copulatiuè requiri videantur, *per verba,* welche den jenigen/ ſo dem Reich ohne mittel vnd- worffen / vnnd Reichßſtänd ſeindt / nicht

nicht zugehörig/ vnd deren poſſe
die Gaiſtliche zu zeit deß Paſſawi
vertrags oder ſeithero nicht ge
Licet enim ad veritatem copulatc
videatur requiri concurſus omi
copulatorum, *l. ſi haredi plures.*
hared. inſtit. §. pen. Inſt. eod. Vbi
Hoc tamen non eſt vniuerſale;
hæc copula, &, operatur diuerſos
ctus, ſecundum naturam materi
quâ ponitur: nam in vltimâ volu
operatur coniunctionem talem
quam oritur ius accreſcendi inter
iunctos; in contractibus verò ſe
quia operatur partitionem ſine
accreſcendi. *Bald. conſ.* 251. *pr. l.*
Auguſt. Barboſa de dictio. Vſufrequen
dict. 110. *num.* 34. & interdum eſt
tinuatiua, & non copulat ſeque
ſed potiùs continuat orationem
quentem, *Paris. conſ.* 38. *num.* 26.
Corn. conſ. 129. *in fin. lib.* 2. *Decian.*
17. *num.* 34. *lib.* 1. *Tuſch. lit. D. co*
274 *num.* 26. quod fit, quando ſu
rationes perfectæ; ſecus ſi ſunt im
f

fectæ ratione verbi, vel ratione ſuppoſiti, aut appoſiti; quia tunc fit repetitio, aut coniunctio, Tuſch. *d. concl. n.* 27. *Vbi num. ſeq. poſt Alex. conſ.* 110. *num.* 14. *lib.* 3. ſubdit, idem eſſe, quando duæ diuerſæ orationes copulantur propter ſe, quia tunc continuatiuè ſtat. Adde quòd hæc dictio auget, & ampliat in materiâ largâ, vt in materiâ legatorum, non verò in materiâ ſtrictâ, quia tunc hæc copula reſtringit. *Cened. ſingul.* 50. *num.* 13. *Barboſa d. loc. num.* 34. Deberet autem augere, ſi tantùm illa bona Eccleſiaſtica, quæ, cùm Statuum eſſent, poſt Tranſactionem Paſſauicam occupata fuêre, non etiam illa, quæ non-Statuum erant, reſtitui deberent: qualis extenſio repugnat naturæ tranſactionis, vtpote quæ ſtricti iuris eſt, §. *actionum. Inſt. d. act. Alexād. in l. ſi maior* 25. *annis. C. d. tranſact.* Et, quod omne dubium aufert, Lutherani etiam ante Pacificationem alijs Statibus ablata, reſtituere tenentur, *ſec. ſuprà allata. idq; probat etiam* §. als auch. 8. *in-*

8. *infrà.* vnde neceſsitas huius copulatiuæ prorſus euaneſcit. Fatetur hoc ipſe Erneſtus Cothmannus Lutheranus, *olim Academiæ Roſtochienſis Profeſſor Iuris primarius*, *conſil.* 100. *Vol.* 2. vbi inter alia ſcribit; *ſed nec color ex titulo pacificationis publicæ quæſitus, detentatoribus iſtis ſubuenire & opem ferre poteſt. Nam præterquàm quòd Pacificationem eã ad illa bona, quæ iſto tempore occupata erant, ſolummodò pertinere, & ad res, quæ poſteà & hodiè quaquà occaſione profanatæ ſunt, & inuaduntur, minimè extendi poſſe certum eſt, ſcimus quoq́, pacem religionis factam eſſe, non vt Eccleſiæ pauperes rebus ſuis ſpoliarentur ac fraudarentur, ſed vt pax publica in Imperio conſeruaretur, & vt Põtificijs res Eccleſiæ olim dicatas repetendi, facultas & poteſtas omnis eriperetur & abſcinderetur.* Nihil quoq́ impedit, quòd *infrà in* §. 13. Vnd in ſolchem Frieden. nobiles includantur, vnde cæteri omnes excludi videantur, propter reg. *Vnius incluſio eſt alterius excluſio:* quia hæc multis modis fallit, vt quando

do agitur de magno præiudicio;& quia non cenſetur derogatum alijs caſibus, qui aliá viâ includuntur; tum quia vno permiſſo alij non ſunt prohibiti,ſed in diſpoſitione juris remanent. *Auguſtin. Barboſa axiom. iur.* 120. *in fin.* Nec iuuat Lutheranos, ſi talia bona Eccleſiaſtica, v.g. Monaſteria, in eorum territorijs ſita ſint, in jhrer Landtsfürſtlichen Oberkeit; quia in §. dagegen ſollen die Stånd. poſtquam de Statibus Imperij immediatè Cæſari ſubditis facta eſſet mentio, expreſsè additur: vnd andern geringern Standts perſonen. quæ verba non poſſunt intelligi, niſi de ijs Eccleſiaſticis, qui non ſunt immediati Status Imperij, quales etiam ſunt, qui in alicuius territorio Ducali degunt, quia in pacificatione nullum diſcrimen fit inter inibi ſita, & non ſita. Siq; ex jure territoriali Monaſteria occupare licuiſſet, rem certè non tamdiu diſtuliſſent Lutherani poſt Pacificationem Religionis, nec occaſiones captâſſent, aut per cuniculos, ſed

apertè egiſſent, ſuo jure (vt aliâs ſole vſuri. Accedit, quòd Princeps ſecularis, in Religioſos & Eccleſiaſticos ſu territorij nullam habet juriſdictio perſonalem (hac enim ratione ſubdi ſunt ſuis ſuperioribus Eccleſiaſticis a Religioſis) Ergò illis ſaltem non po teſt Dominus territorij imperare reli gionem, aut eos fidei cauſâ è mona ſterijs abigere, aut ſuis juribus & redi tibus ſpoliare; *Vt iam ſuprà innui, id etiam patet ex Reſponſo Catholicorum in Comitÿs Auguſtanis anno* 1559. *ad Grauamina Lutheranorum exhibito die* 30. *Iun Grauam.* 6. §. zu dem wiewol. Quod ſi à parte Principum opponeretur, *quod refert Corn. conſ.* 219. *in* 1. *incip. Vi ſoreſcripto.* quòd Princeps poſſit hoc in ſuo territorio, quod Imperator in Imperio, licet illud in feudum ab Imp. teneat &c. Reſpondendum erit, tales leges intelligendas de ciuilibus negotijs, & quæ ab ipſo Imp. in terris Imperij tractantur, vt ſunt telonia, vectigalia &c. *in Vſib. feud. tit. quæ ſint regal.*

regal. *vt clarè patet ex eod. conſil.* Nam & ipſe Imp. caſſa & irrita ꝓnunciat omnia Statuta, contra libertatem Eccleſiæ lata, *authoritate iuris Cano.* & *Ciu.* *ra. benè quidem.* 16. *diſt. cap. Eccleſia S. Maria. d. conſtit. Deci. conſ.* 134. *Corn. conſ.* 35. *part.* 3. ideoꝗ omnia bona Eccleſiaſtica & perſonę, à ſecularium diſpoſitione eximuntur, quâcunꝗ etiam fulgeant dignitate, ſub maximâ pœnâ, *per authent. caſſa* & *irrita. C. d. SS. Eccl. Auth. nulla communitas. C. d. Ep.* & *Cler.* cũ Eccleſia ac Monaſteria in nullius hominis bonis ſint, ac ſub commercium hominum non cadant, ſed tantùm in bonis Omnipotentis DEI. §. *nullius. I. d. rer. diuiſ. Ioh. Andr. in Mercur. in reg. quod ſemel DEO dicatum. d. reg. iur. in* 6. & *ita quoq; conſuluit Marc. Luſcouius, Senator Roſtochienſis, apud Kirchou.* 1. *conſ.* 33. *num.* 36. Quod idem aſſeritur de parochijs & capellis, quæ ſitæ ſunt in pagis & oppidis, pertinentibus ad Monaſteria, aliaꝗ ſacra Collegia. *Compoſ. Pac. Diling. cap.* 8. *q.* 64.

num. 128. Nec valent renunciationes Prælatorum, quia hi non domini, ſed adminiſtratores tantùm ſunt Eccleſiarum, Monaſteriorum, præbendarum, ac jurium Eccleſiaſticorum. *cap. 2. d. donat.* Et licet Prælatus non dicatur propriè procurator, cùm poſsit latiùs & liberiùs diſponere de bonis Eccleſię, *per gloſſ. notab. in cap. fin. 5. q. 3. in can. duo ſunt genera. 12. q. 1. cap. præſentium. d. offic. ordinar. in 6.* Sed tamen dicitur procurator in eo, quòd habet procurare vtilitatem Eccleſiæ, non autem diſponere ad libitum, vt dominus. *c. 2. d. donat. & ibi Panor. in 1. notab. item procurator. in can. fin. 12. q. 1. cum ſimilib. Schurpf. cent. 1. conſ.* 48. nec etiam Canonicorum renunciationes valent, quia jus horum, licet domini quodammodo ſuæ præbendæ dici poſſint, ad vitam eorum duntaxat extenditur, *cap. ſeniens. 8. d. tranſact. Compoſ. Pac. d. c. 8. q. 58. num. 66. & ſeq.* Vnde etiam talia bona à quolibet bonæ fidei poſſeſſore repeti poſſunt, *per cap. redintegranda. cauſ. 3. q. 1.* Et licet

Pro-

Proteſtantes nullius ſpolij accuſari velint, prætendentes, bona Monaſtica Religioſis, contra præſcriptum Euangelij ijs abutentibus, juſtè adimi, *Vid. Hortleder. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 4. *n.* 22. imò ea, de jure diuino, & ex primæuæ Eccleſiæ inſtitutione, ad ſe legitimè pertinere, *Hortled. d. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 7. *per tot.* cuius farinæ ſunt illi prætextus, Ducis Alberti de occupatâ Pruſſiâ, *Hortled. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. Haſsi, bona Eccleſiaſtica occupantis, *Hortl. d. lib.* 5. *c.* 2. & aliorum, Monaſteria reducere ſe iactantium ad priſtinum ſtatum, Scholarum nempe, *quos refutat ICC. Diling. in d. Compoſ. Pac. cap.* 9. *q.* 72. *num.* 28. *& ſeqq.* Quâ ratione enim pleraq; bona Eccleſiaſtica profanata fuerint, conqueritur d. Cothman. *alleg. loc. Habuerunt*, inquit, *nonnulli manus oculatas, quæ, quod videbant & prehendebant, id facilius credere poterant, rem magnam ſibi ac poſteris ſuis vtilem feciſſe ſe opinati. Quid verò accidit? Quemadmodum quod ex bonis priuatorum nō capit*

pit Chriſtus, id rapit Fiſcus, ſic bonis illis ſacris in patrimonium publicum conuerſis, quod non capit Chriſtus, id rapit luxus. Quâ in re Turcicum Tyrannum imitantur, qui omnes Eccleſiaſticos reditus vendit. *Cruſ. in Turco-Græcia, fol.* 262. Friuolum quoq́ eſt argumentum Lutheranorum, dum dicunt, ſe erepta bona Eccleſiaſtica in alios, vel (ſi dis placet) in magis pios vſus conuertere: Huius enim rei dijudicatio, penes Principes Proteſtantes eſſe non debet, ſed relinquenda eſt ſummi Imp. judicio, generalibus Concilijs, ac toti Chriſtianitati. Nam eiuſmodi negotia Eccleſiaſtica non ſunt de reſeruatis Principi, nec ad regalias pertinent, *c. decernimus. c. quanto. de iudic. Kirchov. d. conſ.* 33. *num.* 35. *circa fin.* Obijciunt quidem Acatholici, etiam ab ipſis Catholicis bona Eccleſiaſtica transformari, menſæ Epiſcopali incorporari, Ordines Ordinib⁹ permutari &c. *Lehman. d. lib.* 3. *c.* 36. *f.* 380. *& ſeq.* Et fateor, nõnunquã mutari in locis religioſis,

pro

pro re natâ, Ordines, alioſq́; ſubſtitui; talemq́; Catalogũ quadraginta duorum Monaſteriorum, in quibus Ordines ſubindè mutati fuerunt, exhibet VVigulëus Hundius *in metrop. Saliſb. tom. 2. fol. 279. & ſeqq.* Nemo verò rem intelligens dubitabit, non poſſe, aut non debere tale quid fieri, à Summo Paſtore & Rectore Orbis Chriſtiani, ſedisq́; Apoſtolicæ pro tempore moderatore. *Hund. d. loc.* Nothwend. Erinner. *fol.* 109. *& ſeq.* qui tamen nec ipſe talia bona in ſuum commodum, ſed ad communem Reip. Chriſtianæ vtilitatem, in alios vſus æquè pios, vel ad alios Religioſos transfert; veluti circa ann. 1307. egit cum bonis Templariorũ, *vt Br. in l. 1. ff. d. colleg. illic. indicat.* Poſtquã etenim cum Sarracenis Aſiæ, contra Chriſtianos, in quorum terris habitabant, vt in Franciâ atq́; Italiâ, ratione juramenti ac pactorum conſpirâſſent: bona eorum propter delictum tale, confiſcata, paulò pòſt, eodem Papâ autore, cum patronorum

conſenſu, Regis Franciæ, & aliorum Principum, alijs religioſis Perſonis, Iohannitis &c. ſunt collata ac reſtituta. *Hiſt. Templarior. Vid. apud Abrah. Bzouium in Continuat. Annal. Eccleſiaſticor. Card. Baron. anno Chriſti* 1308. *& ſeqq.*

Notandum autem, quòd, ſi dubium ſit, vtrum ante vel poſt Tranſactionē Paſſauienſem, bona Eccleſiaſtica occupata fuerint, probatio Proteſtantibus incumbat, ꝓpter prærogatiuam antiquę poſſeſsionis, pro cuius cōtinuatione omninò eſt p̄ſumptio, *c. olim.* 17. *de reſtit. ſpoliat. Maſcard. de probat. Vol.* 3. *concl.* 1321. *num.* 5. ſiq; tempore Tranſactionis in Monaſterijs Monachi vel Moniales adhuc ſuperfuerunt, licet adminiſtratio ipſis fuerit adempta, nihilominus tamē Monachos ſiue Moniales verè in eorundem poſſeſsione permanſiſſe dicendum eſt; quia Eccleſiæ, & bona omnia, ac iura quoq; Eccleſiaſtica, omnium perſuaſione, etiam ipſorum occupantium confeſsione, ad

Mo-

Monaſterium pertinere credebantur. Ex quâ re, cùm Monachi manſerint in poſſeſsione Monaſterij, etiam in poſſeſsione acceſſoriorum manſiſſe cenſendi ſunt. Idq́ reipsâ agnouerunt Occupatores, quando ex ijſdem bonis, in Monaſterio reſidentibus Monachis ſuſtentantionem, veluti iure debitam, ſuppeditârunt: notiſsimum autem eſt vtroq́ iure, quòd per ſolutionem penſionis, tanquam debitæ ex re, acquiritur poſſeſsio ei, cui penditur. *c. cùm venißet. d. reſtit. ſpoliat. l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog. Lehm. d. lib.* 3. *cap.* 37. *num.* 18. vnde monaſterium adhuc in ſuo antiquo ſtatu permanſiſſe credendum eſt, vtpote quod regulariter Monacho alimenta præbere tenetur, *Br. d. alim. n.* 43. *Geminian. in cap. vt periculoſa. in pr. num.* 11. *nec cler. nec monach. ſec. negot. ſe immiſc. in* 6. tanquam filio ſuo ciuili, *Homed. conſ.* 70. *num.* 18. *per auth. ingreſſi. & auth. ſi qua mulier. C. d. SS. Eccleſ. Damboud. in Enchir. Par. verb. Monachus. Martin. Coler. lib.* 1. *d. alim. cap.* 4. *num.*

 6. Ale-

6. Alere autem, vel pro filijs vltrò agnoſcere voluiſſe Monachos Lutherani non præſumuntur, qui aliàs Vatiniano erga eos odio laborabant.

Iam verò q̃d de tẽpore Interimiſtico ſentiendũ ſit, paucis aperiemus. Carol⁹ Imp. in Comitijs Auguſtanis *ann.* 1548. publico decreto ſanxit, ne quiſquã ex Catholicis Imperij Statibus veterem Religionem deſereret; qui autem deſeruerunt, & nouitates introduxerunt, vt ſe cum Catholicis coniungant, ſecundum libellum Interimiſticum, *vſq;* ad Concilium generale. Interim hoc, vt vocant (id eſt, doctrinam intereà temporis in Imperio ſeruandam, vſq; ad Concilij Generalis, aut Nationalis definitionem) Proteſtantium multi receperunt, eiectis Prædicantibus; nã præter ſacerdotum coniugium, & ſumptionem Euchariſtiæ ſub vtrâque ſpecie (qui tantùm accidentales ritus ſunt, & ab Eccleſiaſticâ poſitiuâ lege dependent) inibi permiſſa, à Lutheraniſmo alieniſsima, & abſolutè loquendo,

do, ſiue quoad ſubſtantiam, Catholica fuit Interimiſtica doctrina, *vid.* R. A. *d. ann.* 48. *Hortled. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 86. aliqui verò illud non receperunt, de quibus conqueritur Carolus in Comitijs Auguſtanis *anno* 1550. *in propoſit. factâ die* 26. *Iul.* §. vnd hett. *Compoſ. Pac. cap.* 4. *q.* 20. *num.* 10. Cùm igitur nonnulli Status, etiã tempore Tranſactionis Paſſauiẽſis, ſubſecutęq; Pacificationis Religioſæ illud adhuc retinuerint, exurgit hîc magna quæſtio: Vtrum illi in eorum bonorum Eccleſiaſticorum, quæ ante introductum *Interim* reformauerant, non obſtante Pace ſubſecutâ, permanſerint poſſeſsione tali, qualem §. *hic*, dieweil aber. requirere videtur, ita vt, vigore huius Conſtitutionis, non teneantur ad reſtitutionem illorum? Et hæc quæſtio tractatur apud Gilman. *tom.* 1. *Symphor. part.* 1. *tit.* 3. *vot.* 3. vbi concluditur *num.* 5. prædictis non obſtantibus, verbum illud *poſſeſsionis*, in Religionis Conſtitutione poſitum, non poſſe ve-

rificari in interpretatâ illâ, & iuris quadam ſubtilitate intellectâ iuris poſſeſſione, ſed accipiendum eſſe de verâ, reali, & corporali inſiſtentiâ rei, ſiue etiam nudâ detentione, ita vt non ſit ſpectandum, an iuſtè quis detineat vel poſsideat, ſed realiter poſsideat, detineat, occupet; atq; hunc intellectum ipſa Conſtitutionis verba ſatis arguunt. Nam *in pr.* §. dieweil. expreſſa verba ſonant de reali & corporali rei inſiſtentiâ. Mox limitatio ſubijcitur, de bonis ante tractatum Paſſauinum poſſeſsis, quòd ſub eâ Conſtitutione comprehendi non debeant. Verbum igitur *poſſeſsionis*, ad præcedentia relatum, non poteſt aliter accipi, quàm de naturali poſſeſsione; de quâ præcedentia loquuntur. Verba enim ſequentia ex præcedentibus declarantur, maximè quando obſcura ſunt. *l. quoties. C. fam. erciſc. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. d. legat.* 1. *Panorm. conſ.* 111. *n.* 40. *cum ſeq. Vol.* 1. Itaq; videntur legiſlatores ad communem loquendi vſum reſpe-

ſpexiſſe. Et pro hac ſententiâ reſponderunt etiam Iureconſulti Tubingenſes, *anno* 1629. 20. *Maij*. hocq; reſponſum *anno* 1633. Coloniæ Agrippinæ publicæ luci donauit Helfricus-Vlricus Hunnius, *inter* 12. *præiudicia & reſponſa Lutheranor. & Caluin. d. bon. Eccleſ. præiudic.* 12. *fol.* 42. *& ſeqq.*

Tandem, quia tanta bonorum Eccleſiaſticorum profanatio, multos à donationibus ad pias cauſas, alijsq; fundatationibus pijs abſterrere potuit haćtenus, conſultum fortaſſe erit, talia bona fideicommiſſo grauare, vt mutatâ religione aliò migrent. Vtile quoq; erit, ſi pecunia, ad pios vſus deſtinata, in extraneo loco aſſeruetur, ſiue collocetur, quia faciliùs mutatur vnum, quàm duo territoria.

§. 7.

Damit auch obberührte beeder ſeits *Religion*s verwandte / ſouilmehr in beſtändigem friden vñ gueter ſicherheit / gegen / mit / vnd bey einander / ſitzen /

ſitzen/ vnnd bleiben mögen: ſo ſoll die Gaiſtlich *iuriſdiction* (doch den gaiſtlichen Churfürſten / Fürſten / vnnd Ständen / *Colle*gien / Clöſtern / vnnd Ordenßleütten / an jhren renten / gülten / zins / vnd zehenden / weltlichen lehenſchafften / auch andern rechten / vnd gerechtigkeiten / wie obſtehet / vnvergriffen) wider der Augſpurgiſchen *Confeßion, religion,* glauben / beſtellung der *miniſt*erien / Kirchengebräuchen / Ordnungen / vnnd *Ceremo*nien / ſo ſie aufgericht / oder aufrichten möchten / biß zu endtlicher vergleichung der *religion*, nit *exerci*rt / gebraucht / oder geüebt werden / ſondern derſelbigen *religion,* glauben / Kürchengebräuchen / Ordnungen / *Ceremo*nien / beſtellung der *miniſteri*en / wie nachfolgendts ein beſonderer *arti*cul geſetzt / jhr gang gelaſſen / vnd kein hindernuß oder eintrag dardurch beſchehen / vnd alſo hierauff / wie obgemelt / biß zu entlicher Chriſtlicher vergleichung der *religion*, die gaiſtliche *iuriſdiction* ruehen ein=

eingeſtelt/ vñ ſuſpendirt ſein vnd bleiben: Aber in andern ſachen vnd fällen der Augſurgiſchen *Confeßion*, Glaubẽ/ Kirchengebräuchen/ Ordnungen/ *Ceremonien*/ vnd beſtallung der *miniſterien* nicht anlangendt/ ſoll vnd mag die geiſtlich *iuriſdiction*, durch die Ertzbiſchoff/ Biſchoff/ vnd andere *Prælaten*/ wie deren *exercitium* an einem jeden ort hergebracht/ vnnd ſie in deren vebung/gebrauch/ vnd *poſſeßion* ſeind/ hinfüro/ wie bißher/ vnuerhindert *exercirt*, geůbt/ vnd gebraucht werden.

Dicitur hîc, iuriſdictionem Eccleſiaſticam quoad Lutheranos, debere eſſe ſuſpenſam; quod etiam ad Summi Pontificis vſq; iuriſdictionis ſuſpenſionem ab ipſis extenditur, *Gilman. tom.* I. *Symphor. p.* I. *tit.* 3. *Vot.* 9. *n.* 4. *cui aſſertioni contrariatur Compos. Pac. Iurec. Diling. cap.* 6. *quæſt.* 42. *num.* 137. *& ſeq.* Hæcq; ſuſpenſio non obtinet in omnibus cauſis Eccleſiaſticis, ſed tantùm in ijs, quæ ad fidem eiusq; exercitiũ pertinent, *propter Verba hîc*, aber in andern

ſachen

ſachen vnd fällen der Augſpurgiſchen *Confeßion* glauben / Kürchengebräuchen / ordnungen / *ceremonien* / vnd beſtellung der *miniſterien* nicht anlangedt. quales ſunt cauſę matrimoniales, diuortij, iuriſpatronatûs, decimarum, commiſſæ ſimoniæ &c. quæ inter Catholicos & Lutheranos æquè obſeruantur, exceptis quibuſdam differentijs cauſarum matrimonialium. *Vid. Gilman. d. tit. 3. fol. 187. num. 1. & ſeqq.* Quod tamen Lutherani Principes Epiſcopis hactenus concedere noluerunt, ſed omnia ſub territoriali ſuâ concludunt ſuperioritate, cuius vi, Eccleſiaſtica Conſiſtoria conſtitunt, quibus tamen haud ordinariam (quam ſibijpſis reſeruant) ſed delegatam tantùm iuriſdictionem tribuunt, ſeipſos pro capitibus Eccleſiæ iactitant, à nemine in ſpiritualibus iudicandi, ſed omnia ipſi iudicantes. *Vid. Ioach. Stephan. lib. 1. Inſtit. Iur. Cano. cap. 7. num. 52. & ſeq.* id quod refutat Dn. Beſold, in ſeinen Chriſtlich vnnd erheblichen

Moti-

Motiuen / Warumb er Catholiſch worden / *cap.* 3.

§. 8.

ALß auch den Stånden / der alten Religion verwandt / alle jhre zuſtändige renth / zinß / gült / vnd zehenden / wie oblaut / folgen ſollen / ſo ſoll doch einem jeden Stand / vnder dem die renth / zinß / gülten / zehenden / oder güetter gelegen / an denſelbigen güetern / ſein Weltliche Obrigkeit / renth / vnnd gerechtigkeit / ſo er von anfang diſes ſtreits in der *Religion* daran gehabt / vnd im brauch geweſen / vorbehallten / vnnd dardurch denſelbigen nichts benommen ſein / vnd ſollen dannoch von ſolchen obgenanten güettern die nottürfftige *Miniſteria*, der Kürchen / Pfarzen / vnd Schuelen / auch die Allmoſen / vnnd *Hoſpitalia*, die ſie vormahls beſtellt / vnnd zubeſtellen ſchuldig / von ſolchen obgemellten güettern / wie ſolche *Miniſteria* der Kirchen vnnd Schuelen / vormahls beſtellt / auch

auch nachmahls beſtellt vnd verſehen werden / vngeacht / waß *Religion* die ſeyen.

Hic §. limitat §. 6. vbi conuentum erat, vt Status Statui bona occupata reſtituat, quod hîc modificatur, vt nihilominùs antiquitùs indè præſtari ſolita, absq; reſpectu contrarię religionis, in poſterum quoq; pendantur. Sed quotidiana ſunt exempla, quibus conqueruntur partes, ſe cõtra religionem grauari, & impediri, tam in cenſibus & reditibus, quàm etiam exercitio *religionis*, & in ſpecie auff die Pfandung & arreſta, ob reditus contra religiõſtriden detentos; nec enim adeò magna eſt differentiæ ratio, ſiue de exercitio agatur, ſiue de ſuſtentatione eius, ſine quâ non facilè poteſt aut debet ſuſcipi exercitium. *Gilmann. tom.* 3. *Symphor. in Decis. ſeu praiudic. Cam. Imp. Verb. Religion*frid. §. *ita mandata. fol.* 298. & quàm multipliciter Lutherani Catholicos *contra hunc* §. grauârint, demonſtrat Compos. Pac. *Dilng. cap.* 9. 73. *num.* 38.

§. 9.

§. 9.

Vnd ob ſolcher beſtellung halber zwiſpalt/vnd mißuerſtand fürfielen/ ſo ſollen ſich die Partheyen etlicher Scheidtzperſonen (deren jeder theil eine oder zwo zubenennen / vnd da ſich dieſelbige nicht vergleichen könten / einen Vnpartheyſchen Obman zuerwehlen/ der nachmahls mit jhnen den zuſetzen / die ſach zuentſcheiden) vergleichen / die nach Summariſcher verhörung beeder theil in 6. Monaten erkennen/ waß vnd wieuil/ zu vnderhaltung obgemellter *Miniſterien* vnd ſtuck gegeben werden ſoll: doch daß die jenigen/ ſo der vnderhaltung halben der *Miniſterien* angefochten werden / ehe vnnd dann diſer güettlicher Außtrag oder Beſcheid der Schidtßperſonen / vnd auff den fahl Obmans / erfolgt / deß jhren / ſo ſie in *poſſeßion* ſeind/ nicht entſezt / oder auch *arre*ſtirt / noch aufgehallten werden / deſtoweniger aber nicht / ſo ſollen doch mitter weil / die-

jeni-

jenigen / ſo / wie obgemelt / denen die rent / gülte / zinß / zehenden / vnnd güetter / dauon von altersßhero die *Miniſteria*, der Kürchen verſehen werden / vnnd die ſolch *onus* auff jhnen gehabt / zuſtehen / biß zu außtrag der ſachen / waß ſie von altersßhero ſolchen *Miniſtern*, gegeben haben / auch fürter entrichten.

Eſt hæc continuatio prioris §. de quo ſi controuerſia oriatur, partes arbitros liti decidendæ nominare, hic cauſâ ſummariè cognitâ, intra ſextum menſem, quid quantum'q; eo impendendum videatur, pronunciare debet: Intereà quibus penſitationis iſtius controuerſia mouebitur, nec ſuâ poſſeſsione deſtitui turbariuè, nec eò minùs, quod antiquitùs ex fundis, emolumentis'q; ad miniſteria contulerint, deinceps vſ'q; ad finem litis porrigi debet. Vbi nota, hunc §. ad alias controuerſias, quæ ſuper cauſis religionis oriri poſſunt, non poſſe extendi. Nam id demum venit in compromiſ-

miſſum, de quo actum eſt, vt veniret, & tutius eſt de illo ſolùm exprimere. *l. ſi cum dies. §. ſed ſi fortè. d. arbitr.* Vnde compromiſſum ſtrictè eſt accipiendum. *l. non diſtinguimus. §. de officio. §. item ſi iubeat. §. fin. eod.* Nec enim quis cogi poteſt ad compromittendum, aut renunciandum libero iuri ſuo, quò minùs rem ſuam propoſitâ actione in ordinario iudicio proſequatur, *l. 3. §. 1. §. ſtari. d. arb. l. ſi dictum. §. ſi cõpromiſero. ff. d. euict. §. quia verò. Nou. vt litig. iur. ſeu de litigat. conſt.* 124. *l. ex ſtipulatione. & ibi Bl. Salic. Paul. d. Caſt. C. d. ſentent. gl. Br. Bl. Paul. Alex. in l. furti. §. qui iuſſu. ff. d. ijs qui not. infam. Ang. in d. §. quia verò.* aliàs omne quod agitur, nullum eſt. *d. §. quia verò. & ibi Angel. d. §. fin. Franc. Pfeil. conſ.* 161.

§. 10.

Es ſoll auch kein Stand den andern/noch deſſelben Vnderthonen/ zu ſeiner *Religion* tringen / *abpracticiren* / oder weder ihr Obrigkeit in Schutz

Schutz vnd Schirm nemen / noch ver-
thädigen / in keinen weeg / vnd ſoll hie-
mit den Jenigen / ſo hiebeuor von al-
ters Schutz vnd Schirmherren anzu-
nemen gehabt / hierdurch nichts beno-
men / vnd dieſelbige nit gemeint ſein.

Quod hîc conuentum, ex Pace Noribergenſi *d. ann.* 1532. dubium fuit & variè diſputatum, *apud Hortled. tom.* 1. *lib.* 6. *per tot.* & *lib.* 7. *c.* 2. *num.* 12. 13. 15. quod iam per hunc §. definitum apparet, quamuis à Proteſtantibus multifariàm contra eum peccetur, *ex rationibus, quas videre eſt apud Londorp. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 47. maximè in Ciuitatibus Imperalibus. Nothwend. Erinner. *part.* 1. *fol.* 53. quò tamen non referri debet, quando Lutheranus Prędicans, ad Catholicam religionem accedens, apud Catholicos refugium quærit, *veluti oſtendit Compos. Pac. c.* 6. *q.* 47. quia nec cogitur, nec dolo abducitur, ſed ſpontè domicilium mutat.

Patet etiam ex hoc loco, ius protectionis ſiue aduocatiæ non amitti ob mutationem religionis, *quod ex profeſſo*

tra-

tractat, multisq́; docet Martin. Mager. d. aduoc. arm. cap. 16. num. 560. & ſeqq.

§. *11.*

WO aber Vnſer / auch der Churfürſten/ Fürſten vnnd Ständen nderthonen / der alten religion, oder lugſpurgiſchen *Confeßion* anhängig / on ſolcher jhrer *religion* wegen / auß)nſern / auch der Churfürſten / Für ten / vnd Ständen deß Heyl. Reichs anden / Fürſtenthumben / Stätten der Flecken/mit jhren Weib vnd Kinern / an andere ort ziehen / vnd ſich ıderthun wolten / denen ſoll ſolcher b: vnd zuezug / auch verkauffung jher Haab vnd Güter/ gegen zimblichē illichen abtrag der Leibaigenſchafft / nd Nachſtewer / wie es eines jeden rts von alters her veblich herbracht nd gehalten worden iſt / vnuerhinert meniglichs / zugelaſſen/ vnnd beilligt / auch an jhren Ehren vnnd)flichten allerdings ohnentgoltē ſein; och ſoll den Obrigkeiten/an jhren ge-

rechtigkeiten vnd herkomen der Leibaigenen halber/dieſelbige ledig zuzehlen oder nicht / hierdurch nichts abgebrochen oder benommen ſein.

Priuilegium *hic* ſubditis conceſſum indè fluxiſſe videtur, quòd illi, mutatâ religione dominorum ſuorum, antè bonis, vitâ & famâ exuebantur, *vt patet ex ijs, quæ habentur apud Hortled. tom. 1. lib. 7. cap. 3. num. 10. in fin. & cap. 4. n. 19.* quibus iam per emigrandi beneficium plenâ ſecuritate, dum jus directū, quod habebant, domini, ob mutationem religionis (ſæuiendi ſcil. in bona, corpus, & famam ſubditorum) remiſerunt, cautum eſt, non quidem vt ſi nolint dominorum ſuorum religioni adſtipulari, liberum eis ſit emigrare, vel manere, retento priuatim religionis ſuæ exercitio, vt contendunt Lutherani, freti ſuppoſititiâ quadam Declaratione Regis Ferdinandi I. quam Rex ipſis circa finem Comitiorum anni 1555. maximè pro libertate Eccleſiaſticorum ſubditorum, elargitus fuerit;

rit; *cuius falſitas detegitur in Edicto Cæſareo Ferdinandi II. d. ann.* 1629. §. wann auch endtlich. *& in Compoſ. Pac. cap.* 6. *num.* 161. *& ſeqq.* quia neq; ex Cancellariâ Cæſaris, neq; Imperij producta, minùs alijs Conſtitutionibus Imperij inſerta, aut Cameræ inſinuata, neq; omni Statuum conſenſu ſubſcripta (ſicut altera illa *d. anno* 55. 30. *&* 31. *Aug.* quæ perpetuo in juramento inculcata Cameralibus & commendata eſt) neq; vnquam in vitâ ad Cæſaris mandatum *ann.* 55. 59. vel aliâs in lucẽ prodijt, neq; poſt annum 66. præſertim verò anno 76. Ratisbonæ, recepta; ſed repudium paſſa eſt ſæpiùs. *Gilman. tom.* 1. *p.* 1. *t.* 3. *Vot.* 5. *n.* 4. *&* 8. neceſsitatis igitur eſt hoc jus, non facultatis, vt in Camerâ quoq; iudicatum fuit. *Vid. omninò Gilman. tom.* 1. *Symphor. p.* 1. *t.* 3. *Vot.* 5. *n.* 8. *& ſeq.* Non enim ſubditorum tantùm, ſed & Statuum causâ hæc Conſtitutio facta, hocq; ipſo conceſſum eſt, ſubditos eius beneficio vti & frui debere, arg. *l. cuius effectus omnibus prodeſt, eius*

& partes ad omnes pertinent. 148. *d. reg. iur.* Parem itaq; dedit libertatem domino Conſtitutio hæc, bonâ gratiâ dimittendi ſubditum, vt huic relinquendi & deſerendi dominum, ſeruatis tamen viciſsim conditionibus illis, vt ſcil. conueniens terminus, vel diſcretione ipſius magiſtratûs præfigatur, vel decreto Cameræ, conſideratis circumſtantijs, conſtituatur, & ne intereà detrimentum patiatur in corpore ſuo, bonis, & famâ, ſubditus. *Gilman. d. n. 9.* haud denegatâ Magiſtratui ſpirituali cenſurâ ſuâ Eccleſiaſticâ, ſi datâ licentiâ emigrandi, nolit ſecedere; aliàs enim effectus ſuperioritatis territorialis, quam Proteſtantes tanti faciunt, eluderetur, dum ſubditi, nec migraturi nec eâdem cum domino religione vſuri, ſeſe juriſdictioni domini, quantum ad hoc, poſſent ſubtrahere, quod in ſuis territorijs Principes Proteſtantes nunquam permiſſuri eſſent, aliterq; fit ab ipſis, quando emto Catholico pago, ſubditos inibi cogunt

ad

ad conciones & catechiſmum ſuum, nullo relicto priuato exercitio. *Vid. omninò* Nothwend. Erinner. *p.* 1. *fol.* 81. *&* 86. *ac ſeqq.* Sed hîc idem Proteſtantes aucupari volunt, quod *iam ſuprà* attigi, vt Catholicis liberum in ſuis territorijs reformandi jus præripiant, & diſcordias inter dominos ſerant & ſubditos, quibus gliſcentibus Catholicos faciliùs opprimere poſsint. *add. declarationem Rudolphi II. Imp.* auff der drey weltlichen Churfürſten Anbringen / *de dato* 27. *Iul. ann.* 1590. *apud Londorp. tom.* 2. *lib.* 1. *tract.* 4. *num.* 3. *fol.* 54. *col.* 1. §. waß fürders. vbi hunc §. explicat de neceſſariâ emigratione: igitur de illâ quoq́ꝫ, & non de voluntariâ emigratione erit intelligendus. In arduis namq́ꝫ conſuli debet ſuperior, qui habet poteſtatem legis condendæ, *l. fin. & ibi Dec. in* 1. *not. num.* 1. *& Hieron. Lang. num.* 18. *C. de pact.* Et eſt de reſeruatis Cæſ. Maieſtatis, nouam dubitationem decidere: & id, quod obſcurũ eſt in lege, interpretari, duritiemq́ꝫ e-

mendare, *l. humanum. l. cùm de nouo. l. leges latæ. 3. in fin. C. de legib.* & generaliter dicimus, quòd in arduis ad Principem recurritur; *quod eleganter tradit Caſtal. in tr. d. Imp. in quaſt. 110. in reſeruat. 312. & facit text. notab. in auth. de rapt. milit. in pr. ibi, legis interpretationem tantùm culmini Imperiali competere, nemini venit in dubium, cum gl. concord. & idem voluit Dec. in c. Nicomachi. n. 3. not. ext. d. appellat.* Idem, quòd Princeps in arduis committat examinationem, & ſibi reſeruet declarationem; tradit etiam Bald. *in l. 1. per illum text. notans prudentiam regis. C. nō veſt. inſtit. non poſſ. Reſtant. q. 110. in reſeru. 154. 188. & 57. in terminis noſtris Roſacorb. pract. forenſ. cap. 31. in fin. vid. ſuprà in proœm.* Ex quo ſequitur, ſubditos indiſtinctè teneri ad jus detractionis, licet contrarium in Camerâ deciſum eſſe, ſi inuiti migrent, dicat Reichvvin *in formul. f. 202. n. 3.* hoc enim eſt contra expreſſa verba *§. noſtri, vt quoq́ animaduertit Dn. Beſold. in Theſ. Pract. verb.* Abſchoß. De bonis

bonis verò immobilibus, extra territorium ſitis, non ſolui den abzug/ docet Rauchb. *quæſt.* 17. *p.* 1. *n.* 10. *& ſeqq.*

Hocq; beneficium etiam Eccleſiaſticis perſonis competere, oſtendit Compoſ. Pac. *cap.* 8. *q.* 57. *n.* 53. quia *hîc* tantùm excipiuntur homines proprij, & tamen etiam eâ lege, vt ſi conſuetudo regionis ita ferat, eos ſoluto redemptionis pretio dimitti debere: præſtitâ hac ſatisfactione à dominis detineri nequeant; quod intellige, ſi ſimul eiuſdem domini & ſubditi ſint & mancipia; ſi enim ſint ſubditi tantùm huius domini, & huius tantùm mancipia, tunc à nullo impediri poſſunt, quò minùs emigrent, quia quocunq; migrent, ſub eâdem conditione ſeruitutis obſtricti manent. *Lehman. d. lib.* 3. *cap.* 35. *q.* 8.

§. 12.

Vnd nachdem ein vergleichung der Religion vnnd Glaubensſachen/ durch zimbliche vnnd gebürliche weeg

geſuecht werden ſoll / vnd aber ohn beſtändigen Friden / zu Chriſtlicher freundtlicher vergleichung der *Religion* nicht wol zukommen: So haben Wir / auch der Churfürſten Räth / an ſtatt der Churfürſten/erſcheinende Fürſten/ Stände / vnnd der abweſenden Bottſchafften vnnd Geſandten/ Geiſtliche vnd Weltliche / diſen Fridſtand / von geliebten Fridens wegen / das hochſchädlich mißuertrawen im Reich auffzuheben / vnd diſe lobliche *nation*, vor endtlichem vorſtehenden Vndergang zuuerhüten/ vnd damit man deſto eher zu Chriſtlicher freundtlicher vnd ehender vergleichung der ſpaltigen *Religion* kommen möge/ bewilligt/ ſolchen Friden in allen obgeſchribnen *articuln*, biß zu Chriſtlicher/ freundtlicher/ vñ endtlicher vergleichung der *religion* vnnd glaubensſachen/ ſteht/ feſt / vnnd vnuerbrüchlich zuhalten / vnd denſelben trewlich nachzukommen; wo dann ſolche vergleichung durch die weeg deß *General Concilij Nationalis*, verſamblun=

lungen/ *Colloquien* / oder Reichßhandlungen nicht erfolgen wurde / ſoll alßdann nichts deſto weniger diſer Fridſtand/ in allen oberzehlten Puncten vñ *articuln*, bey kräfften/ biß zu endtlicher vergleichung der *religion* vñ glaubensſachen / ſtehen vnd bleiben / vnnd ſoll alſo hiemit obberührter geſtalt / vnnd ſonſt in alle andere weeg/ ein beſtändiger / beharzlicher / vnbedingter / für vnd für ewig wehrender Frid/ auffgericht vnd beſchloſſen ſein vnd bleiben.

Colligitur hinc, Pacem hanc fuiſſe præambulam Concilij alicuius Oecumenici, in quo Controuerſiæ religionis debebant definiri, quale à Statibus ſæpè efflagitabatur. *Compoſ. Pac. c. 2. q. 11. & c. 6. q. 45.* vnde pax religioſa pro temporariâ lege habenda eſt, quæ ſubſequuturâ Concilij definitione exſpiraret, *Sleidan. lib. 20. Arnis. d. iur. maieſt. lib. 1. c. 7. n. 5.* eâ verò non ſuperueniente, pax hæc perpetua exiſtit: vnde illâ ratione induciarum, hac verò, ob perpetuam cauſam, veræ pacis

nomen meretur, *Felin. in cap. ſignificauit. d. iudic. Bellin. d. re milit. part. 5. tit. 2. Mantica d. tacit. & ambig. conuent. lib. 28. tit. 2. num. 2.* quod etiam determinat Rudolphus II. Imp. *apud Londorp. d. Declarat.* §. vnd ſoll anfänglich. vnde & ſucceſſor obligatur, *Mantic. d. lib. 27. tit. 5. in pr.* licet eam per Concilium Tridentinum quidam ſublatam eſſe dictitent, *Lehm. d. lib. 3. cap. 35. q. 4.* quod tamen Proteſtantes, ab initio quidem omnibus votis expetentes, *Hortled. tom. 1. lib. 1. c. 16.* poſteà agnoſcere noluerunt. *Vid. Hortleder. tom. 1. lib. 1. cap. 29. 43. & ſeqq. tom. 2. lib. 5. c. 1. & 5. num. 3.* prætendentes, illud pugnare cum verbo DEI, *Hortled. d. tom. 1. lib. 8. cap. 13. num. 2. Lehm. d. lib. 3. cap. 29. in fin.* quapropter ab ipſis iudicatũ fuit in Comitijs *anno* 1566. per talia Colloquia aut Concilia res fidei componi non poſſe, ſed animos contra ſe inuicem magis exacerbari. *Thuan. lib. 35. lib. 37. lib. 44.* quia præconceptæ opiniones, quæ pro diuinis oraculis haben-

habentur, ex animis radicitùs nunquam euelluntur. *Richter. axiom. hiſt.* 136. nec enim temperari vult vna aut altera religio, ſed vincere, ex eâq; ratione Caſſandri Syncretiſmũ damnat Card. Bellarminus *cap.* 19. *d. Laicis.*

§. 13.

Vnd in ſolchem Friden ſollen die freyen Ritterſchafft / welche ohne mittel der Kayſ. May. vnd vns vnderworffen / auch begriffen ſein / alſo vnd der geſtalt / daß ſie obbemelter beeder *religio*nen hálber / auch von niemandt vergwáltigt / betrángt / noch beſchwert werden ſollen.

Priuilegium hoc, reſpectu nobiliũ, videtur eſſe merè perſonale, *vt oſtendit Compoſit. Pac. cap.* 6. *q.* 38. Sed reale eſſe contendit Gilmann. *d. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *d. relig. vot.* 7. *n.* 4. *& ſeqq.* diſtinguẽs *poſt vot.* 12. *num.* 29. ratione ſuperioritatis, vt ſi omnimodam in illis locis, vbi exercitium religionis inſtituere volunt, habeant jurisdictionem; eo-

eorum maximè, quorum reſpectu dicuntur Fürſtenthumb / Landherrſchafft / als Schatzung / Steurbott &c. vel illa alioquin libera ſint: liceat ibi illis eam publicè exercere, quamuis Statui alicui nexu feudali ſint obligati, *Vid. Dn. Beſold. de educat. diſſ.* 1. *cap.* 10. *num.* 13. In alijs verò, ac vbi alius jus ſuperioritatis habet, minùs; cùm qualitas hæc tanquam præſtantior, maximè quoad effectum huius Cõſtitutionis, abſorbere eam videatur, & eluſoria, ſi aliter obtinere debeat, fieret Conſtitutio, in verbis maximè in ihre Fürſtenthum / Landtherrſchafften. Facit Tranſactio Comitis Ortenburgenſis *anno* 66. in Comitijs Auguſtan. *de quâ Gilmann. d. tit.* 3. *Vot.* 5. *n.* 4. Quoad Landſaſſen verò, & ipſorum quidem perſonas, ſine tamẽ publico exercitio, humanius eſſe, id illis relinqui refert Gilm. *d. l.* Sed prior ſententia ex verbis Conſtitutionis, vtpote quæ ſtrictè accipienda, eſt verior, quia Proteſtantes quidem, ſecundum alteram opinionem,

nem, rem à Cæſare decerni & concludi voluerunt, ſed ſine effectu; *vt etiam innuere videtur Edictum Cæſ. Imp. Ferdin. II. d. anno* 29. §. wañ auch endtlich. Et pariter, non attentâ Declaratione Ferdinandeâ, cuius valor *ex ſuprà allegatis* hebeſcit, Landſaſsij nullo hîc priuilegio gaudent, ſed cum alijs ſubditis pari jure cenſentur, cùm æquê præſtent ſubiectionis juramentum, die Erb: vnd Landhuldigungspflicht / ac Principem pro ſuo agnoſcant Domino, für jhren Erb: vnd Landtsherren. *Natta conſ.* 628. *tom.* 3. *n.* 1. *Gail. d. arreſt. c.* 6. & 7. *Tilman. d. Benign. deciſ.* 2. *vol.* 6. *Steph. d. iuriſd.* 2. *c.* 7. *num.* 209. Liberi verò & immediati Nobiles hac veluti characteriſticâ notâ à Landſaſſijs dignoſcuntur, quòd illi, quoties Conuentus celebrantur der freyen Ritterſchafft / ad iſtos vocantur, & cùm Nobilium Circuli loco eines freywilligen Ritterdienſts (quales contributiones tres illi circuli Nobilium, der gefreyten Ritterſchafften in Schwaben/

ben / Francken / am Rheinſtrom / vnd deß zugehörigen orts/præſtare ſolent) in cauſâ neceſsitatis ſe imperio ſubuēturos promittunt, ij de omnibus ſuis bonis, non alibi dann in gemeinen der Ritterſchafft Kaſten contribuunt. *Gilman. Symphor. p.* 1. *tit.* 4. *fol.* 299. *tom.* I.

§. 14.

NAchdem aber in vilen Frey: vnnd Reichsſtätten die beede Religionen/ nemblich vnſer alte *religion*, vnd der Augſpurgiſchen *Confeſsion* verwandten *religion*, ein zeithero im gang vnnd gebrauch geweſen / ſo ſollen die hinfüro auch alſo bleiben / vnnd in ſolchen Stätten/ gehalten werden / auch derſelben Frey: vnd Reichsſtätt/ Burger vnd andere Einwohner / geiſtlichs vnd weltliches Standts / fridlich vnd ruhig / bey vnnd neben einander wohnen/ vnd kein theil deß andern *religion*, Kirchengebräuch oder *Ceremonie*n abzuthuen / oder jhn dauon zutringen / vnterſtehen / ſondern jeder theil den

an-

andern / laut diſes Fridens / bey ſolcher ſeiner *religion*, glauben / Kirchengebräuchen / Ordnungen / vnnd Ceremonien / auch ſeinen Haab vnnd Gütern / vnd allen andern / wie hieoben beeder Religion Reichsſtänd halber verordnet vnd geſetzt worden / ruhiglich vnd fridlich bleiben laſſen.

Imperiales Ciuitates *hic* vocantur liberæ, quia inſignia præ alijs priuilegia habent, vel, vt alij putant, quia quaſi ex poteſtate Principum & Epiſcoporum ereptæ ſunt: Imperiales verò dicuntur, quia primordialiter ſub Imperio manſerunt. *Brunin. d. Vniu. theſ.* 13. *Thomas Lindeman in hiſtor. iur. theſ.* 28. *& ſeq.* Vel Freye Reichßſtätt werden genant / die nichts vom Adler in inſignijs haben / quæ olim ſub iugo Epiſcoporum vel aliorum fuerunt, poſtmodùm liberæ factæ. Simpliciter aber Reichßſtätt / die einen gantzen Adler / oder etwaß dauon führen / vt Nürnberg. Hinc in genere dici debet, die Erbare Freye vnd Reichßſtätt. *Gilman*

man. tom. 3. in praeiudic. Camer. Verb. Ciuitas. in fin. Propriè vero Reichßſtätt ſeind Kayſ. May. vñ deß Reichs Stätt vnd Vöſtungen/ auch deroſelben patrimonium, vnd haben wegen erzaigter trew vnd beſtändigkeit / jhr exemption, vnd freyheit / auch theils regalia, vnd Herzligkeiten / von den Römiſchen Kayſern erhallten. *Ferdinandi II. Mandat* ann die Reichßſtätt 14. *Maij. anno* 1631. quapropter ciuitates Imperiales habent quidem die hohe Landtßfürſtliche Oberkeit / ſed tamen ita, vt illa reſideat apud Imperatorem: *quia* non conceſſa reſident & remanent penes Imperatorem, in iure; ſine Imperatoris enim conceſſu iura territorij acquiri nequeunt, *Knichen in epopſ. hypot. Dauth. num.* 96. *& in Velit. apologet. num.* 138. *& ſeq.* hinc Imperatori ingredienti ciuitatem Imperialem, Conſules & Senatus claues ciuitatis, eiusq; fiſci & archiui offerunt, ac nouiter electo iuramentum fidelitatis ac obedientiæ, ciues omnes & ſinguli præſtare de-

debent. *Aruma. Vol. 2. diſc. 13. q. 1. Compoſ. pac. cap. 6. q. 34. n. 28. Gilm. d. Verb. Ciuitas. pr. Vbi* ait, multos alios Catholicos ſecum tenere hanc opinionem iuri & praxi conſentaneam: attamen in Ciuitate Colonienſi Catholicos contrarium aſſerere, quaſi nî hoc illis concedatur, Catholicam ibidem religionem conſeruare, nullo modo poſsint; & ideò, vigore huius Landtßfürſtlicher Oberkeit/ fiſcum conſtituiſſe in hac ciuitate contra hæreticos, quo illos compeſcunt, cùm alioquin ius fiſci ſit regale penes ſolum Imperatorem. Conſultiùs tamen facerent, ſi hoc ius fiſci ſibi per priuilegium curarent tradi ab Imp. ne aliæ ciuitates iſtius veſtigia ſequerentur, & conſimilia tentarent contra Catholicos, quod hi faciunt contra hæreticos. Addit etiam, ciuitates Imperiales, hactenus Catholicas, non poſſe nunc demum mutare religionem. Et tales ſunt, Cölln/ (*de quâ Vid. Gilman. tom. 1. pr. 1. tit. 2. f. 164. & ſeqq.*) Ach/Weil &c. quæ hactenus etiam

am maſculè pugnârunt contra irruptiones hæreticorum, monitæ exemplo aliarum ciuitatum, in quibus admiſſa reformata religio, Catholicos mille malis mactauit. *Vid.* Nothwend. Erinner. *part.* 1. *fol.* 55. *& ſeqq. fol.* 49. *& ſeqq. fol.* 59. Donawert. *Relat. fol.* 11. *& ſeqq.* Namq; Conſtitutio Pacis Religioſæ complectitur tantùm eas Ciuitates, in quibus tunc temporis vtraq; religio exercebatur, vt vtraq; in eodem ſtatu permaneat, æqualitate in diſtributione officiorum, ciuiumq; receptione, ſeruatâ, quod tamen multipliciter neglectum fuit. *Vid. Londorp. tom.* 2. *lib.* 8. *tract.* 69. nec huc reuocari debet §. 2. qui de Statibus loquitur; quia hæc de Ciuitatibus poſita conuentio, tanquàm ſpecialis, ſecundum illam priorem regulari nequit, ſed in ſuis proprijs terminis eſt intelligenda, propter expreſſa verba *hic.* beede *religionen.* Ergò vbi vna tantùm fuit, aut vtraq;, ſine mutatione vllâ ita manere debet; hîcq; multò minùs ciuibus licet,

quod

quod toti Ciuitati non licet, *vid. Gilman. d. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 2. *fol.* 173. *num.* 42. *& ſeqq. Frider d. proceſſ.* 1. *cap.* 3. *Otto. Meland. apud. Lehman. d. lib.* 3. *cap.* 30. *n.* 15. *cap.* 31. *& cap.* 35. *quaſt.* 5. *Schwanman. Obſeruat. Cam.* 148. *Compoſ. Pac. cap.* 6. *q.* 34. *& ſeqq. Roſacorb. cap.* 32.

Notandũ etiam *ex hoc* §. quòd Monaſteria in Ciuitatibus Imperialibus, etiam ante Tranſactionem Paſſauicam occupata, à Lutheranis retineri nequeant, ſed Catholicis omninò reſtitui debeant. (1) quia §. dieweilen aber. de Statibus Imperij propriè ita dictis, id eſt, *vt ibi*, Von Churfürſten/ Fürſten/ Graffen &c. loquitur: de Ciuitatibus autem *alius* §. longè pôſt ſequitur, qui Status & Ciuitates, tanquam diuerſa, ab inuicem diſtinguit, *per verba*, wie oben beeder *religion* Reichßſtänd halbẽ *&c.* nam ſi eadem eſſent, iterum deberet poni: wie obẽ anderer/beeder *religionen* Reichßſtänd halber. Sicuti quoq; altera notabilis differentia in hac Conſtitutione deprehenditur in-

ter Status & Ciuitates, quòd illi ſubditis ſuis, alterius religionis exiſtentibus, flebile emigrandi beneficium obtrudere poſsint, hæ verò non (2) Pax Religionis ſtrictiſsimè eſt accipienda. Vetat autem in Ciuitatibus Imperialibus tantùm turbationem in vnâ aut alterâ religione, non etiam approbat violentam occupationem Monaſteriorum; quam integro §. Statibus Imperij *ſuprà* conniuebat Imp. Aliud enim eſt, einen bej ſeiner *religion*, glauben/ Kirchengebräuchen/ Ordnungen vnd Ceremonien verbleiben laſſen / & iterum aliud, einem zubehalten geſtatten / waß er dem andern widerrechtlich abgenommen (3) Hoc ipſo, quòd vnus alterum in bonis ſuis turbare non debet, Lutherani Monaſteria retinere nequeunt, quia non ſua, ſed Catholicorum bona ſunt; nec §. *hic* ita intelligi debet, vt dum prohibet turbationem in poſterum fieri, factam iam antè ratificare velit, quia vox *ſua* dominium denotat, *Vt in l. quintus, 2. §. argento. & ibi*

Br.

Br. num. 3. *de auro & argento legato. Menoch. conſ.* 129. *num.* 7. *& de praſ. lib.* 4. *praſ.* 162. *num.* 58. (4) ſed in hoc parificantur Status & Ciuitates, *per verba*, es ſoll keiner den andern *turbiren &c.* wie oben beeder *Religion* Reichßſtänd halber verordnet. vt quemadmodum *in* §. dieweil aber. ſancitum fuit, vt Status Statum in ſuis bonis Eccleſiaſticis non turbaret, ſed Monaſteria, etiam ante Tranſactionem Paſſauicam occupata reſtituere teneretur: ita Ciuitates Imperiales ad paria obligatæ eſſent, & Monaſteria prædicto modo inuaſa, retinere non poſſent.

§. 15.

VNnd ſoll alles daß in hieuorigen Reichßabſchiden / Ordnungen / oder ſonſt begriffen vnnd verſehen / ſo diſem fridſtand in allem ſeinē begriff / *articuln* vñ Puncten zuwider ſein oder verſtanden werden möchte / demſelbigen nichts benemmen / *derogiren* / noch abbrechen / auch dagegen kein *de-*

cla-

claration, oder etwaß anders / ſo denſelbigen verhindern oder verändern möcht / nicht gegeben / erlangt / noch angenommen / oder ob es ſchon gegeben / erlangt / vnd angenommen wurde / dannoch von vnwürden vnd vnkräfftig ſein / vnnd darauff weder in noch auſſer Rechtens nicht gehandlet oder geſprochen werden.

De pace religionis non per hanc noſtram Conſtitutionem tantùm *anno* 55. erectam, ſed & quaſdam præcedentes Conſtitutiones diſpoſitum eſt, *quales* ſunt *d. ann.* 41. 42. 44. quibus quidem nil reperitur per hanc poſteriorem derogatum, niſi in quo illæ huic aduerſantur. *arg. huius* §. Et ita huic noſtræ interpretandæ, illæ procul dubio adhiberi poterunt, quod & alioquin in legum interpretatione vſitatum eſt, *Gilman. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *poſt Vot.*12. *num.* 23. hocq; modo interpretandi vſus eſt Auguſtiſsimus Imp. Ferd. II. *in Edict. Cæſ. ann.* 29. §. diſem nach. Hîc quoq; attendẽda eſt Declaratio Ferdinandi I. 30. *&* 31. *Aug. ann.* 55. *& ita ante hanc*

Con-

Conſtitutionem emanata, non etiam illa quam ſe pôſt obtinuiſſe iactitant Lutherani. *Compoſ. Pac. cap.* 10. *q.* 76. *de quâ iam ſuprà.* eſtq; Tranſactio Paſſauica Pacis Religionis fundamentum, *Donavv. Relat. fol.* 159.

Hæc verò Conſtitutio non comprehendit caſus ſpeciales ante Paſſauinum Receſſum tranſactione ſopitos, *per ea quæ tradit Br. Bl. & Fulg. in l. fin. C. ſi contra ius vel. vtilit. publ. Ias. in l. cauſas vel lites. C. d. tranſact. vbi dicit:* quodſi fiat Statutum nouum, & in eo expreſsè dicatur, quòd locum habeat ſeu trahatur ad omnia negotia, nedum deciſa, ſed etiam præterita: tamen non trahitur ad negotia deciſa tranſactione, niſi ſpecialem faciat mentionē. Quandoquidem pacta & tranſactiones ſunt iuris gentium, ijsq; ius partibus acquiritur: ac proindè per ſubſequentem generalem diſpoſitionem nec ſolēt nec poſſunt mutari. *Bl. in d. l. cauſas.* Quod idem eſt in negotijs pendentibus, v. g. cōpromiſsis, & cauſis per appellationē

in

in iudicium deductis. *d. l. cauſas. l. pen. C. d. SS. Eccleſ. Thilman. d. Benign. deciſ. Cam. Imp. Syntag. 1. decad. 1. Vot. 3. d. Conſtit. Pacif. relig. num. 6. & ſeq. fol.* 15. *Gilman. tom. 1. Symphor. p. 1. t. 3. Vot.* 4. *n.* 5. *& ſeqq.* Ratio eſt, quia cùm talis lex ſit exorbitans, contra communes iuris regulas, in quantum præterita irritat, debet ſtrictè in ſuo caſu intelligi, & ſic de præteritis perfectis, non autem de pendentibus & indeciſis. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 88. vbi de decreto, quod imponit foro cedentibus *portare la biretta gialla*, Lucæ in Italiâ, *Ann.* 70. *April.* 22. lato, nec tamen hanc pœnam impoſitam fuiſſe ait illis, qui *eiuſdem anni* 14. *Octobr.* petierant, ſe admitti ad ceſſionem, licet illam impetrauerint demum 25. *Martij anni ſubſequentis.*

§. 16. & 17.

SOlches vnd jedes / ſo obgeſchriben / vnnd in einem jeden *articul* namhafftig gemacht / vnnd die Kayſ. Mayſt. vnd Vns antrůhret / ſollen vnd wol=

wollen Jhr Liebd vnd Kayſ. Mayſt. vnd Wir/ bey Jhren Kayſerlichen / vñ Vnſern Königlichen Würden vnnd Worten / für Vns vnd vnſere Nachkommen / ſteht / feſt/ vnuerbrüchlich / vnd auffrichtig / halten vnd vollziehẽ/ dem ſtrack vñ vnwaigerlich nachkommen vnd geleben/ vnd darüber jetzt oder künfftiglich / weder auß vollkommenheit / oder vnder einigem andern Schein / wie der namen haben möcht/ nichts fürnemen/ handlen / oder außgehen laſſen / noch jemandts anders von J. L. vnd Kayſ. Mayſt. vnd Vnſertwegen zuthuen geſtatten.

Vnnd wir die verordnete der Churfürſten Räthe / an ſtatt Jhrer Churfl. Gn. auch für jhre Nachkommen vnnd Erben / wir die erſcheinende Fürſten/ Prælaten/ Grafen/ vnd Herrn/ vnnd deß H. Reichs frey: vnnd Reichsſtätt geſandte Bottſchafften vnd gewalthaber/ an ſtatt vnnd von wegen vnſerer Herrſchafften vnd Obern/ auch für jhre Nachkommen vnd Erben / willigen vnd verſprechen bey Fürſtlichen Ehren,

vnd Würden / in rechten guten trewē / vnnd im Wort der wahrheit / auch bey trawen / vnd glauben / ſouil ein jeden betrifft / oder betreffen mag / wie allenthalben obſtehet / ſteht / feſt / auffrichtig / vnd vnuerbrůchlich zuhalten / vnd dem getrewlich vnd vnwaigerlich nachzukommen vnd zugeleben.

Præſtatur *hic* juramentum reciprocum de tuendâ ſeruandâq; Pace Religionis, quia hæc verba, bey Kayſer: vnd Königlichen Würden / item bey Fürſtlichen Ehren vnd Würden. inter Principes juramentum inducunt, vel etiam juramento æquipollent. *Myns. 1. O. 17. Gail. 2. O. 59. n. 2. Vbi teſtantur de conſuetudine Germaniæ; Vid. VVehner. Verb.* bey glauben vñ trewen. *Dn. Speidel. in Notab. Iur. Polit. Hiſtor. Verb.* an Aidtsſtatt. quamuis contrarium de jure verius eſſe velit Bernard. Græuæus. *lib. 2. conclus. 99.*

Quòd autem Epiſcopus Auguſtanus ab hac obligatione immunis exiſtat, propter interpoſitam Proteſtationem ſolennem publicam, & iteratam

tam Ottonis Cardinalis Truchſeſsij: id verò dubio omni caret, *& integro Tractatu demonſtratur à Iurec. Diling. in Compoſit. Pac. in præf. b.3. & maximè c. 11. q. 78.* Licet enim aliàs in Comitijs maiora vota præpolleant: illud tamen in cauſis religionis fallere fatentur ipſi Proteſtantes, nec procedit, ſi aliquid in Collegio quocunque decernatur circa rẽ, aut jus, quod ad ſingulos pertinet; tunc enim neceſſariũ eſt omnes & ſingulos conſentire. *Bl. in l. 1. ff. d. magiſtrat. conuen.* Vbi ait: ſi actus pertineat ad jura vniuerſitatis, quod fit à parte maiore, ratum eſſe oportere. Sin autem actus non pertineat ad jura vniuerſitatis, tum ſolos præſentes ac conſentientes obligari. Et Gloſſa *in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet.* etſi millies, *inquit*, conſentiat maior pars, vt ego tenear, non tenebor. Sic quoque inter alios factam tranſactionem abſenti (& ita etiam, non conſentienti) non poſſe facere præiudicium, notiſsimi juris eſt. *l. 2. C. res inter alios acta &c.*

Sed à cæteris Imperij Principibus Catholicis, omninò Pax hæc omnibus modis ſoueri debet, non ſolùm, propter juramentũ ſuper eâ prǣſtitum, ſed etiam, quia res cũ alterâ religione jam eò deuenit, vt non vnius aut alterius pœnâ, quod fortaſſe ab initio licuit, malum, ne latiùs ſerpat, reſecari poſsit; ſed cùm totos populos, totas nationes, atq; adeò bonã Europæ partem peruaſerit, non iam magiſtratûs ferro, ſed gladio Dominico opus eſſe videm⁹. *Vid. Thuan. tom. 1. in præfat. ad Henric. IV. G.R.* vbi Galliam allegat & Belgium, in quibus iam per 70. ferè annos, in extirpandis hæreticis, parum fuit effectum. *adde les Memoires d' Eſtat par Mr. de Villeroy. fol.* 126.

§. *18.*

Ferner verpflichten vnd verbinden Wir vns zu allen theilen ꝛc. hic §. dependet à pace publicâ, de præſtandis inuicem auxilijs contra iniuſtè offendentes.

§. *19.*

§. 19.

WIR befehlen vnd gebieten auch hiemit / vnd in krafft diſes Vnſers Reichs Abſchids / den Kayſerlichen Camerrichtern vnd Beyſitzern / dz ſie ſich diſem Fridſtand gemeß halten vnd erzaigen / auch den anrueffenden Partheyen darauff / vngeacht / welcher der obgemelten *religion* die ſeyen / gebürliche vnd nottürfftige hilff deß Rechtens mittheilen / vñ wider ſolches alles kein *Proceſſ* noch *Mandat decerniren* / oder auch ſonſt in einigen andern weg thuen noch handlen ſollen.

Apparet ex hoc §. in cauſis religionem concernentibus, cognitionem ſtatim eſſe Cameræ, excluſo primæ Inſtantiæ priuilegio, ita tamen vt mandata cum clauſulâ decernantur, *Memorial. ann.* 79. ferner iſt bey jetziger. non verò ſine Clauſulâ, niſi in 4. caſibus, *part.* 2. *Ord. Cam. tit.* 23. *Mindan.* 1. *d. proceſſ. c.* 33. *Otto Melander apud Lehm. d. lib.* 3. *f.* 249. *c.* 32. *n.* 4. & 20. & *c.* 33. *fol.* 327. *SchWanmã. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 4. & *lib.*

2. *Proceſſ. Cam. c.* 17. *Gail.* 1. *O.* 2. *n.* 1. Qualiter autem Proteſtantes hactenus non tam Cameræ, quàm ipſius Imp. iudicium, in cauſis religionis effugere voluerint, videri poteſt apud Londorp. *tom.* 1. *lib.* 1. *tom.* 2. *lib.* 1. *tr.* 3. *fol.* 24. *tr.* 21. *fol.* 246. *lib.* 8. *tract.* 70. Nothwend. Erinner. *fol.* 98. 128. 193. 197. 212. 254. & *paſſ.* Donawert. *Relat. fol.* 114. 125. 163. 180. &c. *Suite des Memoires d' Eſtat, Vol.* 3. *fol.* 455. *Vbi de querelis, quas anno* 1620. *nonnulli Proteſtantium Vlmæ congregati, Ambaſciatoribus Regis Galliæ, in ſcriptis obtulerunt.* In cauſis verò talibus, vtriusq; Religionis Aſſeſſores pari ſemper numero, partim vetuſtiores, partim iuniores deputari debent. *Memorial. ann.* 60. *Denais. rubr. Mandata. ſuper Pac. Rel.* §. 2. haud ſecùs ac in Galliâ, eiusq; diuerſis Parlamentis, ab Henrico IV. inſtituta fuit *la Chambre de l' Edict, où la Chambre my-partie*, è Conſiliarijs diuerſæ religionis, ſed æqualis numeri, eodem modo conſtitutis duobus eiuſdem Parlamẽti Præſidi-

ſidibus. *Pierr. Matthieu liu. 2. de l' hi-ſtoi. de la paix. num. 30. & ſeqq. fol. 227.*

Hæcq; de Pace Religionis dicta ſunto, quæ vtinam Publicam quoq; Pacem, quam omnes tantoperè efflagitamus, aliquando ſibi aggregaret, auream'q; tranquillitatem priorum temporum Imperio redderet poſtliminiò: auderem promittere, quòd luxata Imperij membra, à Concordiæ calore illo iterum conſolidarentur, multũq; quàm anteà compactiora redderentur. Et certè etiam citiùs Pax deſiderata nobis affulgeret, ſi omnes, non qualem ſinguli volunt, ſed qualis omnibus conducit, amplecteremur Pacem. *Mais les bons & mauvais ſuccez changent ſouvent, non ſeulement nos conceptions, mais auſſi nos paroles, teſmoignage très-certain et manifeſte du fond de nos intentions. Memoire d' Eſtat par Mons. de Villeroy, fol. 317. vbi hæc pax in Indice vocatur: Paix deſirée d' un chacun à ſa mode.*

ELEN-

ELENCHVS MATERIARVM.

De Arcan. Imp. Monarch.

	Proœmium.	*fol.* 1.
Cap. I.	*de Monarchiâ.*	*fol.* 6.
II.	*de Succeſſione in Regno.*	11.
III.	*de Religione.*	30.
IV.	*de perpetuo milite.*	77.
V.	*de Vicinis.*	136.
VI.	*de præcauendis internis motibus.*	155.
VII.	*de Officialibus.*	177.
VIII.	*de conſervando ſtatu præſenti.*	194.
IX.	*de Conſilio Senatûs.*	203.
X.	*Minima quoq; curanda.*	249.

Aur. Bull.

	Proœmium.	251.
Tit. I.	*Qualis eſſe debeat conductus Electorum, & à quibus.*	263.
II.	*de electione Regis Romanorum.*	268.
III.	*de Seſſione.*	290.
IV.	*de Principibus Electoribus in communi.*	298.

V. *de*

V. *de Iure Comitis Palatini & Saxoniæ Ducis.* 304.
VI. *de comparatione Principum Electorũ ad alios Principes communes.* 334.
VII. *de ſucceſſione Principum.* 346.
VIII. *de Regis Bohemiæ, & regnicolarum eius immunitate.* 373.
IX. *de auri, argenti, & aliarum ſpecierum mineris.* 375.
X. *de monetis.* 383.
XI. *de immunitate Principum Electorum.* 396.
XII. *de congregatione Principum.* 402.
XIII. *de reuocatione priuilegiorum.* 406.
XIV. *et XVII. de his, quibus vt indignis auferuntur bona feudalia, & de diffidationibus.* 409.
XV. *de conſpirationibus.* 413.
XVI. *de Pfalburgerijs.* 418.
XVII. *Vid. XIV.*
XVIII. *Litera Intimationis.* 419.
XIX. *Forma Procuratorij, mittendi per eum Principem Electorem, qui nuncios ſuos ad electionem faciendam duxerit deſtinandos.* 420.
XX. *de Vnione Principatuum Electorum, & iurium eis connexorum.* 425.

XXI. *de*

XXI. *de ordine Proceſsionis inter Archiepiſcopos.* 427.
XXII. *de ordine Proceſsionis Principum Electorum, & per quos inſignia deportentur.* eod.
XXIII. *de benedictionibus Archiepiſcoporum in præſentiá Imperatoris.* 433.
XXIV. *quòd Electores offendens maieſtatis teneatur.* 434.
XXV. *de integritate Principatuum Electorum ſeruandâ.* 438.
XXVI. *de Curiâ Imperiali & ſeſsione.* 443.
XXVII. *de Officijs Principum Electorum in ſollennibus Curijs Imperatorum vel Regum Romanorum.* eod.
XXVIII. *de Ordinatione Menſæ Imperialis, Auguſtæ, & Electorum.* 446.
XXIX. *de iuribus Officialium, dum Principes feuda ſua ab Imp. vel Rege Rom. recipiunt.* 447.
XXX. *de Electoralium hæredum in linguis inſtitutione, ſiue id domi fiat, ſiue peregrè.* 454.

Conſtit. Pac. Relig.

Prœmium. 465
§. 1. *vbi prohibetur iterum diffidatio.* 502.

§. 2.

§. 2. *ne Catholici Lutheranis in cauſis religionis, contra hanc Pacificationem, negotia faceſſant.* 505.

§. 3. *ne Lutherani turbent vicißim Catholicos.* 528.

§. 4. *Pax hac tantum inter duas Religiones conſiſtit, excluſis alijs.* 534.

§. 5. *de reſeruatione Eccleſiaſticâ,* oder geiſtlichem vorbehalt. 538.

§. 6. *de bonorum Eccleſiaſticorum occupatione, & nonnullorũ reſtitutione.* 551.

§. 7. *de ſuſpenſione iurisdictionis Eccleſiaſtica.* 575.

§. 8. *de reditibus Eccleſiaſticis in alieno territorio ſitis.* 579.

§. 9. *de compromiſſo ſuper lite ob reditus tales exortâ.* 581.

§. 10. *de protectione licitâ & illicitâ alterius ſubditorum.* 583.

§. 11. *de beneficio emigrandi.* 585.

§. 12. *de duratione huius Pacis vſq; ad Generale Concilium Nationale.* 591.

§. 13. *de liberis Nobilibus, quatenus hac Pace fruantur.* 595.

§. 14. *de liberis & Imperij Ciuitatibus.* 598.

§. 15. *Vtrum Pax hac prioribus Imperij Conſtitutionibus deroget.* 605.

§. 16,

ELENCHVS MATERIAR

§. 16. *Confirmatio Imperatoris.*

§. 17. *Confirmatio Statuum.*

§. 18. *loquitur de pace publicâ, de quâ*

§. 19. *mandatur Cameræ, ne contra Conſtitutionem decernat proc* 613.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Google

ALFREDO FARNESI
ROMA
Piè di Marmo 19-20
Legatore di Libri

Google

image
not
available